S



IOANNIS

DESPAVTERII

NINIVITÆ VNIVERSA GRAMMATICA MVLTO QVAM ANTEHAC EMACVLATIOR.

CVM DOCTISSIMIS COMMENTARIIS ex præstantissimis quibusque Grammaticis desumptis, & huc ferè ad verbum transpositis, atque maiori ex parte in Gallicum sermonem traductis.

Addita in puerorum gratiam sub vnumquemque versum scholastica (quod vocant) constructione: & eadem quæ hactenus desiderabatur in Quantitatibus syllabarum, hac vltima editione expressa. In hac etiam puriore & postrema emissione accesserunt Tabulæ aliquot in omnes eas regulas, quæ in fronte Figurarum de omnibus orationis vitiis tractant.

PER GABRIELEM PRATEOLVM MARCOSSIVM.

D. F. O.





PARISIS,
Ex officina Gabrielis Buon, in clauso Brunello, ad insigne D. Claudij.
1580.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Gabriel Buon, Libraire iuré en l'vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer, mettre en vente, ou diſtribuer, vne ou pluſieurs fois, vn liure, intitulé, *Ioannis Deſpauterij Niniuitæ vniuerſa Grammatica, multò quàm antehac emaculatior: cum doctiſsimis commētariis ex præſtantiſsimis quibuſque Grammaticis deſumptis, & huc ferè ad verbum tranſpoſitis, atque maiori ex parte in Gallicum ſermonem traductis: Addita in puerorum gratiam ſub vnumquemque verſum ſcholaſtica (quod vocant) conſtructione: & eadem quæ hactenus deſiderabatur in Quantitatibus ſyllabarum, hac vltima editione expreſſa. In qua etiam puriore & poſtrema emiſsione acceſſerunt Tabulæ aliquot in omnes eas regulas, quæ in fronte Figurarum de omnibus orationis vitiis tractant, Per* GABRIELEM PRATEOLVM *Marcoſsium.* Et fait defenſe ledit Seigneur à tous Libraires, Imprimeurs, ou autrrs, de quelque qualité qu'ils ſoient, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre ne diſtribuer en ſes pays, terres & ſeigneuries, autres que ceux qu'aura imprimé, ou fait imprimer, ledit Buon, ſur les peines contenues eſdites Lettres. Et ce iuſques au terme de dix ans, à cōpter du iour & date qu'ils ſeront paracheuez d'imprimer. Et a voulu en outre ledit Seigneur, que appoſant vn bref ou extraict du preſent Priuilege à la fin, ou au commencement dudit liure, il ſoit tenu pour bien & deuëment ſignifié & notifié à tous ceux qu'il appartiēdra, ſans qu'ils en puiſſent pretendre cauſe d'ignorance: comme plus à plein eſt contenu par Lettres patentes ſur ce donnees à Paris, le 22. iour du mois de Mars, l'an mil cinq cens ſoixante quinze.

Par le Roy en ſon Conſeil.

Signé, MORE.



IOANNI DES CAVRRES, VIRO ET DOCTO, ET PIO, Ambiannensi gymnasiarchæ, Gabriel Prateolus. S. D.



VM, vel Marco Tullio teste, nobis à natura nihil iucundius, nihil gratius, nihil denique dignius datum sit, quàm sui cuique liberi: permaximum sanè mihi fecisse videntur, mi amantissime Ioannes, qui hac in re omnem patrum diligentiam indulgentiámque consumendam esse censuerunt. Non enim videmus hominibus accidere, quod reliquis penè animantibus, quarum solæ fœminæ curam alendorum filiorum suscipiunt: & paruo quidem tempore, dum materna ope indigent. Videmus enim aues pullos suos educare, quandiu implumes sunt atque inuolucres. Sed vt primùm cernunt eos alis vti, sensim è nidis abducunt, & circumuolantes antecedunt, quoad firmiore nixu regantur. Quod cùm primùm cernunt, libero cœlo filios permittunt, neque eorum deinde curam aliquam habent, aut aliquando internoscunt: sed

marem rurſus quæritant, nouæque proli operam dant. Pater autem cùm cernit liberos ſuos, tanta iucunditate & indulgentia afficitur, vt nihil magis habeat, quàm victum illis parare, & patrimonia adeò ampla, vt perpetuò nihil eis poſteríſque deeſſe poſſit. Cúmque ſit illi incertum, quàm longa ſit ei vita futura, ſolet viuus cõſulere ac proſpicere, vt illorum ſolicitudo & pueritia, quàm firmiſſimo præſidio munita exiſtat.

At cùm nulla hæreditas (inquit idem ille libro primo Officiorum) quæ à patribus traditur liberis ſit præſtantior, quàm gloria virtutis, rerúmque præclarè geſtarum: nullúmque monimentum pater clarius relinquere poſſit, quàm effigiem morum ſuorum, virtutis, conſtantiæ, pietatis, & ingenij filium: illáque omnia non niſi labore aſſiduo, bonis artibus, & circa eas diligentiſſima cura parari poſſint: perbellè mihi facere videntur patres illi, qui quàm primùm filiis ſuis optimos præceptores ſeligendos curant, vt ij bene viuendi ratione in primis, deinde vt liberalibus illis artibus ac diſciplinis erudiantur, ad quas natura ipſa aptiores genuerit. Nihil enim optabilius parentibus eſſe debet quàm filios habere eruditos: à quibus quidem vinci, & omni laudum genere ſuperari, non modò æquo animo perpeti debent, verùm filiorum gloriam victoriæ palmam ſibiipſis exiſtimare. Nec eſt aliquid præclarius, quod à parentibus liberis tradi poſſit, ſtudiis diſciplinarum ac bonarum artium: quæ ideò Liberales appellatæ ſunt, quia liberos homines efficiunt ab omni turpi ac ſordido quæſtu, & ab omni voluptate & turpitudine. Redigunt enim nos ad ſapientiam, qua nihil præſtantius mor-

talibus eſſe poteſt, quáque Deo Optimo Maximo coniuncti eſſe cernimur: Adeò quidem, vt ſi reliquæ omnes diſciplinæ atque artes filiis deeſſent, bonorum morum regula ne vſpiam deſit, proſpicere debent parentes. Præſtat enim filiis carere, ac perpetuò omni prognie orbari, quàm eos malè moratos ac turpes alere.

Quò fit quidem, vt quotquot vnquam honeſtis rebus publicis præfuerunt viri probi, peregregiè egiſſe videantur, quum publica mercede ſingulæ cuiuſque doctrinæ præceptores, non modò literis, ſed moribus quoque probatiſſimos habendos curarunt, qui publicè inſtituerent. Nam quemadmodum non omnes priuati poſſunt victum filiis ſuppeditare, & mercedem præceptoribus penſitare: ita maximum periculum eſt, vt Prouerbio dicitur, Ouem lupo committere, & eum, quem præceptorem pueris adhibueris, corruptorem experiri. Vitia enim, quibus ea ætate pueri inquinantur, perpetuò hærent, vel cum magna difficultate tolluntur. Nam, teſte diuo Hieronymo, difficilè raditur, quod rudes animi perbiberunt. Lanarum nempè conchilia (inquit) quis in priſtinum colorem reuocet? Recens teſta diu & ſaporem retinet, & odorem, quo primùm imbuta eſt. Græca narrat hiſtoria, Alexandrum potétiſſimum regem, orbis domitorem, & in moribus, & in inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere vitiis, quibus adhuc paruulus fuit imbutus. Procliuis eſt enim malorum æmulatio: & quorum virtutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia.

Quæ omnia ſatis abundéque perpendiſſe Ambianenſes ciues vel hac in re potiſſimùm commun-

ſtrarunt, quum te, mi amantiſſime Ioannes, & probum, & doctum virum ſelegerunt, quem ſui præficerent collegij moderatorem. Quo in officio, qualem te præſtiteris ab hinc octo plus minus annis, ex quo illud moderaris, non ſumma ſolùm animi tui moderatio, prudentia, diligentia, ſolertia, ſagacitas, labor improbus, ſtudium peruigil, mores denique incorrupti, ſed & complures à te tum Latini, tum Gallici libri perſcripti, & in lucem editi, ad formandos in religione ſanctimoniáque Chriſtiana puerorum animos perutiles & neceſſarij, plus ſatis arguunt & comprobant. Vt interim taceam, quàm fœlici ingenio in edendis & Latinè & Gallicè verſibus præditus ſis: adeò quidem, vt cum Horatio dicere liceat, tuam chordam eum ſonum vbique reddere, quem vult manus & mens.


Qua ratione adductus, cùm his proximis diebus, Gabrielis Buonij, illuſtris apud Lutetiam Pariſiorum Bibliopolæ, & mei amantiſſimi hortatu, poſtremam manum meis in Ioãnem Diſpauterium commentationibus addidiſſem, quò emaculatiorem, quàm hactenus in lucem prodierat, vltimam redderem editionem, meo ſanè muneri defuiſſe fuiſſem arbitratus, ſi tibi & pro his tuis virtutibus, & ſumma in me amicitia & meritis, opus non dicaretur. Suſcipies itaque illud à me tui & amantiſſimo & colendiſſimo, ea animi humanitate & beneuolentia, qua ſolent accipi, quæ vtrinque ab amicis grato & officioſo animo prodeunt & donantur. Neque enim mihi in omni vita res tam erit vlla propoſita, quàm vt quotidie vehementiùs te de me iamdiu optimè meritum eſſe lætêre, Vale. Ex noſtro Peronenſi muſeolo, Calendis Februarij. 1575.

IN COMMENDATIONEM OPERIS, N. le GROS *Parisini Epigramma.*

NOn ita molliculos flores, vt mella reponat,
Trinacriæ pratis ſedula libat apis:
Vt labor immenſus per claſſica ſcripta cucurrit
Prateoli, vt tandem ſurgeret iſtud opus.
Fœlix noſtra ætas tali ſcriptore, leuata
Quo fuerat dudum pondere preſſa graui.
Nam quæ ſparſa priùs fuerant, ſcopæq́ue ſolutæ,
Congeſta in corpus iam tibi, Lector, habes.

IN ZOILVM.

Quid ſupercilium rotans cachinnos
Tollis, Zoile? non erat mihi mens
Iſthæc vt legeres modeſtè: at olim
Hæc eram meditatus, vt crepares
Totus inuidiâ, nigrúmque tabum
Vt tandem vomeres acerba peſtis.



AD GABRIELEM PRATEOLVM MARCOSS.

EPIGRAMMA.

Nomina dum ſoluis, generum quoque dogmata, dignam
Nomine perpetuo rem facis & genere.
Et breuibus verbis dum verba facillima reddis,
Extorques diris verbera Grammaticis.
Nec magè conueniunt fixum vnà & mobile, leges
Soluere Grammaticæ quàm tibi conueniat.
Dum verò diuerſos numeros, variáſque figuras,
Atque viam ad Phœbi culmina ſacra doces:
Floribus innumeris pratum, variiſque figuris
Ornas, hinc meritò dicere Prateolus:
Et opus exactum numeris ſic omnibus ipſum,
Laudibus exactum te vehit innumeris.

Βλῆτ' οὐκ ἤτοι ἀδῖος.



DE GRAMMATICA, ET EIVS PARTIBVS.



GRAMMATICA est certa loquendi & scribendi ratio. *Grammaire, est vne certaine façon & maniere, qui enseigne de commodémēt parler, & bien escrire.* Docet enim Grammatica (vt verbis Melanchthonis vtar) non solùm qua ratione ac lege, verba inter seiuncta sententiā absoluant: aut quo discrimine casuū, vel inclinationis sigillatim alia ab aliis differant: verùm etiam quibus quæque literis scripta, id, cuius significandi gratia adhibētur, exprimant atque exponant. Estque propria huius artis diffinitio. Nā quòd Quintilianus illi tribuit poëtarū enarrationē, non magis est Grammaticæ, quàm Dialecticæ, aut Physicæ, aut alicuius aliarum artium. Cùm enim in poëtis omnes artes reluceant, fit vt ad omnes illas pertineat illorum enarratio. *Quid doceat & complectatur Grammatica.* *Poetarum enarratio.*

Dicitur autem Grammatica, à Græco nomine Gramma, atis, vel atos, id est, litera. Habet enim appellationem à primis artis initiis, videlicet à literis. Vnde Grammatica quæ Gallis significat, *Science d'escrire.* Latinè à Fabio dicitur Literaria, siue Literatura: & multitudinis numero, Literæ literarum: quo nomine interim scientiam quamlibet intelligimus. Vnde & Literatores à quibusdam vocatos videmus eos qui in re Grammatica, hoc est, in literis versentur. *Vnde deducta Grammatica.*

Habet itaque Grammatica nomen à literis, quia à literis incipit, ex quibus efficiuntur syllabæ, & ex his dictiones: ex dictionibus rursus orationes. Quorum omnium vim, vt rectè loquamur, & scribamus, pulchrè enucleat. *Literarum vsus.*

Grammaticæ partes sunt quatuor Orthographia, Etymologia, Syntaxis, & Prosodia. Ex quibus Orthographia, Etymologia, & Prosodia, ad singulas dictiones pertinent: Syntaxis autem ad compositionem multarum. *Grammatica partes quatuor.*

Orthographia. Orthographia, est recte scribendi peritia, *C'est vne science qui monstre la maniere de bien & deuëment escrire*: vt Fallo, per f, quando idem quod decipio significat: Vallo per v, quando idem quod circundo, aut munio. Item, Pareo per e, quando idem quod obedio, siue obtẽpero notat: Pario autem per i, quando idem quod gigno, siue procreo. Dicitur autem hæc ab ὀρθῶς. quod rectè Græcis sonat, & γράφω, idẽ quod scribo.

Etymologia. Etymologia, est scientia ostendens veram dictionum originem, cũ reliquis accidentibus: Aut doctrina, partes orationis suis accidentibus distinguens, *Vne doctrine pour mettre difference entre les parties de l'oraison par leurs accidens.* Hanc Cicero vertit Veriloquium, eò quòd dictionum proprietatem tradat. Quanquam enim eadem significent Bonus, & boni: Æquus, & æqui, &c. alia tamen est in alio casu proprietas. Est autem ἔτυμον, idem quod verum, rectum, siue certum ab ἔτεν, quod ab εἶμι deducunt Grãmatici: & λόγος, idẽ quod sermo.

Syntaxis. Syntaxis, est qua congruam orationem ab incongrua discernimus. Vel est oratio coniungendarum vocum, seu faciendæ orationis: hoc est, quæ docet, quibus generibus, personis, numeris, aut casibus, quæque vox cum alia composita, sententiam absoluat: *C'est vne doctrine, qui enseigne la maniere de conioindre les mots & dictions les vnes auec les autres, & qui met differẽce entre l'oraison congrue, & celle qui ne l'est pas.* Neque enim eodem modo dicimus, Careo tibi, vt Do tibi: Aut eodem, Quies bona, vt Dies bonus: Sed est sua cuiusque compositionis ratio, suus ac certus omnium vsus. Dicta est autem Syntaxis, à συντάσσω, quod verbum idem quod ordino, atque compono significat.

Prosodia. Prosodia est, quæ docet accẽtus, hoc est, qua voculatione seu tono, dictio quæque pronunciãda sit, *Qui monstre l'accent, & de quel ton & voix toute diction se doit proferer*: vt, Libêre, cùm verbum est, media circunflexa: Liberè aduerbium, prima acuta, &c. Nomẽ prosodia, Latinis Accentũ significat, à πρὸς, & ᾠδὴ: quorum hoc accentũ, illud idem quod ad, significat.

Duæ Grammaticæ partes generales, Methodica & Historica. Atque hæc communis partitio artis est, qua proprium atque potissimum Grammaticæ officiũ, hoc est, tota loquendi scribendíque ratio continetur, quam vno eodémque generali nomine Methodicen, hoc est, rectè loquendi & scribendi præcepta continentem, appellarunt.

Subiicit autem Grammaticæ Fabius & poetarum enarrationẽ, quam Græco nomine Historicen vocat, ab ἱστορέω, id

eſt, enarro. Sed hæc maioris operę eſt (inquit Melanchthon) quàm vt inter Grammaticæ fines contineatur: ideóque latè patet, vt non vnius alicuius artis: ſed omnium propè diſciplinarum cognitionem requirat. Proinde (vt iam diximus) ad docentis profeſſionem & officium potius, quàm ad artis ipſius ſubiectum pertinere eadem videtur: nec magis Grammaticæ pars cenſenda, quàm vel Medicinæ ſcientia, Phyſices aut Legum peritia, eius quæ eſt de moribus appellata. Hactenus ille. Sed de literis & ſyllabis priùs dicamus, de dictionibus & orationibus ſubinde dicturi.

DE ORTHOGRAPHIA, PRIMA PARte *Grammatices, literarum vim & rationē complectente.*

LIBER PRIMVS.

ORthographia igitur continet literarum rationem. Pertinet enim ad rectè ſcribendum differentiam, cognationem omnémque vim literarum. *Duæ partes orthographiæ.*

Huius duæ ſunt partes: Lexigraphia, & Diſtinctio. Prior in literarum, ſyllabarum, apicum & dictionum formatione conſiſtit: ex ſuis quibuſque & propriis literis ſyllabas, ex ſyllabis dictiones, delineare docens: vt nulla neque deſit, neque abundet litera: neque alia pro alia ſubſtituatur, aut etiam tranſponatur.

Sunt autem literæ, quibus Latini vtuntur, viginti duæ, a, b c, d, e, f, g, h, i, K, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, y, z. Quæ quomodo, & quot modis depingantur, vſus & induſtria præceptoris docebunt. *Literæ Latinæ.*

K autem, qua olim Kalendas, & propriorum quorundam nominum principia notabant, hodie nullo in vſu eſt, tantúmque in numero cæterarum, vt Fabius inquit, manet. H, quoque non numeratur, quia aſpirationis nota magis eſt, quam litera, ad hoc comparata, vt vocalis ſequens in eadem ſyllaba fortiori vehementiorique ſpiritu pronuncietur. *K.* *H.*

Dictæ porrò ſunt Literæ, teſte Priſciano, à Litura, id eſt, deletione, quā ſæpè ſuperinducto atramēto, vel re alia, patiuntur. Antiqui etiam in tabulis ceratis ſcribere ſolebant, poſteaque delere. Vel Literæ dicſitur, authore Melāchthone, à Lego, quòd legendo iterantur, quaſi legiteræ. Dicūtur & Elemēta, quaſi prima orationis principia: quòd vt ex terra, aqua, aëre, igne, corpus cōflatur, ita ex literis ſyllabæ, di- *Litera vnde dicta.* *Quare dicta ſunt Elemēta.*

ctionésque constent.

Literarum nomina apud Latinos monoſyllaba ſunt omnia, præter Zeta, quod tamen plures ze proferunt.

Literarum partitio. Diuiduntur autẽ literę bifariã, in Vocales, & Cõſonantes.

Vocales quare ſic dictæ. Vocales ſunt, a, e, i, o, u, & y, Græca. Sic dictæ, quòd per ſe vocalem plenam, & ſonum efficiunt purum: & ſolæ poſitæ, ſyllabam faciant. Hinc factum eſt, vt Sonantes eas nonnulli vocarint.

Diphthongi ex vocalibus conflata. Ex his diphthongi conflantur, æ, œ, au, eu, & in paucis ei: vt Cæſar, Cœna, Auſter, Eurus, Parteis. In quibus duæ vocales vim ſuam retinentes, in vnam ſyllabam coaleſcunt: quod voce ipſa ſignificatur. δὶς enim Græcis, bis eſt Latinis, & φθόγγος ſonus, hoc eſt, bis ſonus, vel duplex ſonus. Quòd ſi altera illarum, vim vocalis amittat, hoc eſt, aut liqueſcat, vt u in Lingua, aqua, ſuadeo, & ſimilibus: aut migret in cõſonantes, vt Iuuo, viuo, non iam diphthongus dicenda eſt.

Ei, antiquæ diphthõgi vſus. Porrò, ei, antiquæ diphthongi vſus eſt in accuſatiuis tertiæ declinationis nominum, quæ in duas cõſonantes exeunt, vt Ars pars, mens: aut quę genitiuum ſingularẽ nominatiuo ſimilẽ faciunt, vt, Omnis, pinguis, dulcis & ſimilia. Quanquã eadem antiqui etiam in aliis quibuſdã ſæpè vſi fuerint, quæ tamẽ ſcribẽdi cõſuetudo noſtris tẽporib. prorſus exoleuit.

Diphthongus quid. Eſt ergo diphthõgus geminus vnius ſyllabæ ſonus, vt apparet in au & eu: quæ vt ſcribuntur, ita proferuntur: vt Aula Eurus. Nam quòd æ, & œ vt e pronuntiantur, ei vt i, id potius ignorantia hominum factum eſt, quàm ratione aliqua. Veteres enim aliter atque nũc ſolemus, pronunciabant. Quare vtramque vocalem pronunciandam eruditi cenſent: remiſſiùs tamẽ & obſcuriùs priorẽ, vt Aetas, fœtus, omneis.

Conſonantes quare ſic dictæ. Conſonantes, reliquæ omnes appellantur, quòd ſimul cũ vocalibus non per ſe ſonum faciunt, ſúntque numero octodecim b, c, d, f, g, h, K, l, m n, p, q, r, s, t, x, z, quibus adduntur interdum i, & v, vt paulò antè dictum eſt.

Conſonantium partitio. Eas Grammatici in ſe conferentes, bifariam diſſecuerunt, in Mutas, & ſemiuocales.

Mutæ, quare ſic nuncupatæ. Mutæ ſunt octo, b, c d f, g p, q, t. Sic vocatæ, nõ quòd prorſus in dictione obmuteſcant, ſed quod ſonũ magis exiguum & obtuſiorem vocalitatem in pronũciando, quàm Semiuocales reddant, Ideò in fine dictionum minus crebrò quàm illæ pleræque etiam nunquam poſitæ reperiuntur. Aut ideò Mutæ dicuntur, quòd dũ pronunciantur, a ſeipſis incipiunt,

& in vocales desinunt. Contrà Semiuocales à vocalibus incipiunt, & in seipsas desinunt. Quod manifestum fit inscribenti literarum nomina, vt be, ce, de, ge, &c. In quibus consonans præcedit, vocalis sequitur. In consonantibus verò vocalis præcedit, consonans sequitur, vt ef, el, em, &c. Aut alia quadam ratione, quàm ipsi præuiderunt.

Semiuocales, sunt septem, l, m, n, r, s, x, & z. Sic appellatæ, quòd ad vocales propiùs accedentes, sonum clariorem, dentibúsque compressis proferant: hæ ore semi-aperto. *Semiuocales quare sic dictæ.*

Ex his item quatuor priores, l, m, n, & r, Liquidæ appellantur, quòd post mutam positæ, quasi liquescentes ac euanescentes, vim consonantis interdum amittant, neque vocalem præcedentem semper longam, vt aliæ consonantes, sed communem efficiant: vt in Tenebræ, latebræ, obsecro, & similibus: quarum mediæ alibi producuntur, alibi corripiuntur. Sed de hac re in Prosodia latiùs dicetur. *Liquidæ, cur ita appellatæ.*

Duæ præterea x, & z, Duplices censentur quia duarum literarum loco ponuntur, vt x pro cs id quod ex obliquis nominum in x deprehenditur, vt Dux, ducis: Rex, regis: in altero x in c & s, in altero in g & s, resoluta: z, pro ss gemino, vt Patrisso, Atticisso. Interdum pro s & d, vt Esdras. *Duplices, & quare sic dicantur.*

Illud postremò admonendum est, literas non eandem semper habere figuram, nec vbique eadem vti licere figura: sed aliàs maiuscula, aliàs minuscula. *Literarum figuræ.*

Vtimur maiusculis.
- in principiis { Periodorũ, Versuum, } vt { Ego omni officio &c. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
- in nominibus propriis. { Virorum, Mulierum, Locorum, Nationũ, Officiorũ, Sectarum, } vt { M. T. Cicero, Terẽtia, Tulliola Lugdunũ, Lutetia Gallus, Britannus. Consul, Syndicus Christianus, Academicus, Peripateticus, Stoicus.
- In titulis siue inscriptionibus librorum.

Minusculæ literæ in cæteris locis ponuntur, siue in principio dictionum, siue medio, siue fine. *Minusculæ primæ.*

Q non potest poni sine u, etiã quacũque vocali sequente:

vt aqua, æquè, iniqui, æquor: à qua etiam consonante u. potestatem mutuatur, mixtúmque quiddam ex h, & u, reddit: vt in Equus, Obliquus, & similibus. in quibus apud antiquiores, u. prius, quiescere solebat.

Y. Y. non scribitur initio vocabuli sine h: peculiare enim illi est in capite dictionum aspirari: vt Hyssopus, Hyems.

C. C, aliquàdo profertur vt g: vt in his. Cneus, Caius, Amurca, Lycurgus: in quibus quidem c scribitur, sed profertur g.

Præ. Præ, syllaba, vbique ferè diphthongatur, etiamsi simplex videatur dictio: vt Præco, præbeo præs, prædis. Carent auté diphthongo, quæ naturâ corripiuntur, vt Premo cũ deriuatiuis, precor, preces, preciũ, apprecior, interpres, interpretor.

Paucæ consonãtes aspiratæ apud Latinos. In Latinis nullæ consonantes aspirationem recipiunt, nisi in paucis, vt Charus, charitas, pulchrũ, sepulchrum, simulachrum: in quibus (vt ait Gellius) consuetudo obtinuit, vt vegetioris soni causa aspiratio recipiatur. Nam i aspiratum, nõ consonans, sed vocalis est: vt, Hierosolyma sex syllabarum est: atque sic est distinguẽdum, Hi, e, ro, so, ly, ma. Malè igitur proferunt qui dicunt Hie, vna syllaba Sic Hieronymus.

Quibus literis vnaquæque dictio scribi debeat, pronũtiatione & origine cognoscitur. Cæterùm, quibus literis vnaquæque dictio scribi debeat, partim ex pronuntiatione vocis dignoscetur, quam (sicut & ipsa mentis est index & prænuncia) manus scriptura imitari & exprimere contendit. partim ex origine dictionis: vt Verbalia in io, per t scribenda esse, non c, velut cõmendatio, non commendacio ex supino intelligeretur. Formatur enim hęc à posteriore supino: vbi cùm fuerit illa litera t, remanere candem in deriuatiuis necesse est. Sic in comparatiuis quibusdam: vt doctior, qui venit à docti, addito or, sic Prudentior, qui venit à prudeti, nõ prud cior. Nisi vbi c, in positiuo est, vt Amicior ab amici: Pudicior, à pudici: Fœlicior, à fœlici.

Plurima per t, scribenda alia per c. Sed & alia pleraque cùm nomina, tum verba, per t, scribenda sunt: vt Martius, qui à genitiuo Martis: Prudentia, quia a genitiuo Prudentis venit. Quædam etiam per c, vt Audacia, iudicium, mendacium, commercium: quia ab Audacis, iudicis mendacis, mercis fiunt.

Flexus variatio, sæpe literas distinguit. Flexus etiam variatio, eiusdem soni literas sæpè distinguit: vt Sitio, patior, potior, percutior, &c. per t scribi debere ostendũt personæ insequẽtes: velut Sitis pateris, potiris, percutis Contrà Resarcio, vincio, facio, iacio. per c: nam dicimus Resarcis, vincis facis, & iacis. Sic Laurentius, Vincentius, Terentius, per t mõstrant scribenda esse vocatiui Lau-

renti, Vincẽti, Terenti. Peiero per i: Insipiẽs, per si: Ingessi, per g: Inieci, per i scribimus, propter simplicia, Iuro, sapiens, gero, iacio.

Sola item declinatione intelligimus, genitiuis & datiuis singularibus, nominatiuis & vocatiuis pluralibus nominũ primæ declinationis, æ diphthongum apponendam esse: vt Musæ, fenestræ, poetæ, &c.

Quarundam etiam dictionum orthographiam faciliùs vsu & lexico, quàm aliter assequemur: vt ferè sunt quę aspirantur, & diphthongo insigniuntur, ac y retinent: vt Aedes, ætas, sæpè, nympha, homo, habeo, &c. Sic item innotescet quasdam dictiones aliter in prosa, quàm versu scribi: vt Litera, littera, litus, littus. *Vsu & lexico multarum dictionum Orthographia dignoscitur.*

Sunt & compendia quædam syllabarum & dictionum apud Latinos, quemadmodum apud Græcos, quæ vsu etiam innotescunt vt q;, pro que: & pro et: ã, ẽ, ĩ, õ, ũ, pro, am, em, im, om, um, vel an, en, in, on, un: ꝙ, pro quòd: p̃, pro pre: ꝑ, pro per, &c. Hæc compendia, notæ etiam dicuntur: vnde fit Notis scribere (qua locutione vsus est Suetonius) pro, *Escrire par abbreuiatures.* *Compendia & abbreuiationes syllabarum.*

Vtuntur denique Latini Apicibus, id est, accentuũ notis, quos literis superponunt. Hi sunt varij, quos sequens tabella indicat. *Apices.*

Apices

Apices	Accentus,	à, á, â.
	Spiritus,	a, ha, e, he.
	Temporis,	ā, ă.
	Vnionis,	de-repente.
	Diuisionis,	ïi: aë.
	Apostrophi,	b', ain', viden'.
	Compendij,	hi ad notas pertinẽt abbreuiationũ.

DISTINCTIO.

Restat distinctio, altera pars Orthographiæ, quæ miram orationi & sensui lucem affert, & confusionem tollit atque obscuritatem. *Distinctio, secunda pars Orthographiæ.*

Primùm itaque singulæ dictiones interualli spatio seiungendæ sunt: tum Commata & Periodi partes imperfectæ puncto caudato, & sinistrorsum ad imam literam deflexo, incidendæ. Deinde Cola & suspensæ sentẽtiæ perfecta structura, duobus punctis intersecentur. Postremò, Ambitus ac Periodus, & perfecta sententia, vno puncto concludi debet *Commata, seu partes imperfecta periodi. Cola. Periodus.*

Interrogatio. Accidunt ſæpè in oratione Exclamatio, ſiue Admiratio, & Interrogatio, quæ ſuis etiã notis depingendæ ſunt. Prior duobus punctis, ſed ſuperiori acuto: Poſterior item duobus ſed ſuperiore ſurſum caudato.

Parentheſis. Interponitur nõnunquam diuerſæ ſententiæ oratio, quæ tamen remota ſermo manet integer. Hanc Græci Parentheſin, Latini Interpoſitionem vocant: quæ duobus ſemicirculis ſibi oppoſitis notatur.

Obelus. Obelus verò, fragmentum carminis denotat: qui ſi præponatur, finis eſt: ſi poſt ponatur, initium carminis.

Notæ diſtinctionum.

Notæ diſtinctionum.	,	Coli.
	:	Commatis.
	.	Periodi.
	!	Admirationis.
	?	Interrogationis.
	()	Parentheſis.
	-	Fragmenti carminis.

Exemplum commatis, coli, & periodi. Nunc exemplis rem omnem hanc illuſtremus. Noli te obliuiſci Ciceronem eſſe, & eum qui aliis conſueueris præcipere & dare conſilium: neque imitari malos medicos qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſciẽtiam, ipſi ſe curare nõ poſſunt: ſed potius quæ aliis tute præcipere ſoles, ea tute tibi ſubiice, atque apud animum propone. Hic ſunt tria cola, quæ per ſe quidem ſenſum perfectũ reddunt, ſed ſuſpenſum: diſtinguntúrque puncto caudato. Vnumquódque habet Commata geminis punctis diſtincta. Ad extremum, tota periodus, id eſt totus ductus orationis, puncto vno clauditur. Quod non eſt ſic accipiendum, quaſi periodus omnis plura contineat cola, aut commata. Aliquando enim paucioribus membris conſtat: vt, Ita viuere, vt non ſit viuendum, miſerrimum eſt: mori autem nemo ſapiens miſerum duxit ne beato quidem. Interdum vnico: vt, Nocet empta dolore voluptas.

Exemplum exclamationis. O fortunatos nimiũ, ſua ſi bona norint, agricolas! exclamatio eſt. Et in illo O térque, quatérque beati, Queis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere! Et apud Terentium, Di veſtram fidem, quanti eſt ſapere!

Exemplum Obeli. Obelus vero præfixus monſtrat illud, O térque quatérque beati, finem eſſe alicuius carminis: vt hic-Labor omnia vincit.

Parenthesis & interrogationis exempla sint: Aeneas(neque enim patrius consistere mētem Passus amor)ad naueis rapidum præmittit Achatem. Item de interrogatiuo: Quis te Dea per tanta pericula casus Insequitur? Quæ vis immanibus applicat oris? Túne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ, Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam?

Exemplum parenthesis & interrogationis.

Hæc paulatim præceptores & pædagogi suis declarabūt, curabúntque vt his rectè figurandis & distinguēdis assuescant, si modò eos bene institutos voluerint. Hactenus de Orthographia prima Grammaticæ parte.

Proxima eiusdem Grammaticæ pars Prosodia est. Hæc ad syllabas propriè pertinet, perinde vt superior ad literas. Fiunt enim (vt iam diximus) ex literis syllabæ, quemadmodum rursus ex syllabis dictiones, & ex his deinceps orationes. Sed cùm syllabæ duo potissimùm accidant, quantitas, & tonus siue accentus, id est, pronunciandi ratio, qua syllaba alia attollitur, alia deprimitur, cúmque absque syllabarum quantitate, tonus cognosci rectè non possit, quantitas autem fusior paulò & maioris operæ sit, quàm vt à pueris statim à principio, aut ante Etymologiæ traditionē percipi possit: ideò de tota hac parte hìc supersedendum duximus, de ea postremo loco infrà tractaturi, vbi de versuū ac carminis ratione trademus. Intempestiuum enim fuerit, atque ineptum hoc loco, & quasi in vestibulo artis, puerū iis rebus remorari velle, de quibus etiam inter adultos, & in arte prouectos, dubitari interdum videmus. Et frustrà in iudicandis tonis atque temporibus vocum laborabunt, qui origines illarum, & discrimina casuum nondum perceperunt.

Prosodia ad syllabarum rationem spectat propriè.

Finis primi libri, qui est de Orthographia.

DE ETYMOLOGIA, SECVNDA PARTE GRAMMATICES, PARTIVM atque casuum discrimina in dictionibus tradente, Liber secundus.

Expeditis igitur breuiter his quæ ad literarum rationē pertinent, ad secundam Grammaticæ partem deinceps redeamus, quā Etymologiā vocari diximus, eò quòd partiū atque casuū discrimina in dictionib' tradat. Hæc ad dictiones propriè ꝑtinet, quas singulas à se mutuò discernit.

DE NOMINE

Nomen vnde dictum.

NOmen, est pars orationis declinabilis, aliquid significans, sine vlla temporis aut certæ personnæ adsignificantia. Dictum Nomen ab Onoma, aut verbo Nosco, quòd rem notificet: *Pource qu'il manifeste & donne à cognoistre la chose. Car à toute chose le nom est impose & donné pour la cognoistre.* Significat enim nomen id quo res aliqua appellatur, non illud quo agere vel pati aliquid dicitur: vt Homo, equus, animal.

Triplex nominis diuisio.

Diuiditur autem nomen tripliciter. Primò in Substantiuum & Adiectiuum.

Substãtiuum.

Substantiuum est, cuius significatio absque altero addito intelligitur: vt Homo, equus, animal.

Adiectiuum.

Adiectiuum est, cuius significatio absque aliquo altero intelligi non potest: vt Albus, niger. Nihil enim intelliges, nisi substantiuum aliquod adiiciatur: quale fuerit, Albus paries, niger capillus.

Alia commodior substantiui & adiectiui definitio.

Commodiùs fortassis ad orationem referentur, si dixeris hoc modo: Substantiuum est, quod per se substat verbo, hoc est, quod cum verbo positum, orationem sensus capacem efficit: Adiectiuum, quod alteri, nempè substantiuo, necessariò adiicitur, vt cum verbo sensum reddat.

Substantiuum duplex.

Substantiuum nomen est duplex, Proprium & Appellatiuum.

Proprium.

Proprium est, quod vni soli rei conuenit, hoc est, quod ad demonstrandũ rem vnam, & vna est, & à cæteris singulari sua propria substantia distincta, impositum est: vt Alexander, Iulius, Bucephalus, Roma, Tyberis, &c. Tametsi enim sæpè contingat, vt eodem nomine plures appellentur, non tamen id fit secundum communem aliquam cæterorum similium notionem ac speciem, sed secundum propriam sui cuiusque substantiam: vt cùm Equum dicis aut Canem, secundum communem eius animalis notionem, quemlibet equum aut canem intelligis. At cùm Bucephalum, aut Lælapem dici audis, non quelibet, sed eum solum equum, qui Alexandri fuit, eúmque solum canem, qui Cephali fuit, intelligis. Sic cùm Catonem Censorium & Catonem Vticẽsem audis, non tamen id fieri intelligere debes, propter cõmunem in ipsis speciem: propter hãc enim homines dicuntur, non Catones: sed ob solam nominum similitudinem.

Notandum diligenter.

Appellatiuũ.

Appellatiuum autem dicitur, quod multis commune est,

hoc eſt, quod ſecũdum aliquid commune quod illis ineſt, multis accommodatur: vt homo, omnibus hominibus accommodatur, propter eandem & communem illis humanitatis & rationis naturam.

Diuiditur ſecundò nomen in quinque genera. Maſculinum, vt hic Dominus. Fœmininum, vt hæc feneſtra. Neutrum, vt hoc templum. Commune, vt hic & hæc exul. Omne, vt hic, & hæc, & hoc fœlix. His quinque generibus contenti ſunt eruditi. Dubium enim genus diuerſum non eſt, ſed modò maſculinum, modò fœmininum reperitur, nulla alia ratione, quàm quòd authores variarunt de vocis alicuius genere, vt Talpa, Dama. Virg. Aut oculis capti fodére cubilia talpæ. Et, Cum canibus timidi veniēt ad pocula damæ. Horat. Et ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ. Plinius lib 3. cap. 3. Dente talpæ viuæ exempto, ſanari dentum dolores adalligato affirmant. *Secunda nominis diuiſio in quinque genera.* *Dubium genus.*

Commune verò nunc maſculinè, nunc fœmininè vſurpatur, ſexu rei ſignificatæ id exigente: vt Sacerdos cùm de ſexu virili dicitur, maſculini generis eſt: cùm de muliebri, fœminini eſt generis. *Commune genus.*

Promiſcuum item (quod Græci Epicœnum dicunt) genus non eſt, propterea quòd hic de qualitate vocum non de natura rerum agitur. Continet autem ſub vno genere, ſub vnóque articulo vtrumque ſexum: vt hæc Aquila, hic paſſer. Sub vno itaque ſuperiorum quinque generum contineri omne nomen neceſſe eſt. *Promiſcuum genus.*

Eſt autem Genus, excogitata quædam nominum diſtinctio, vt congruentius ſubſtantiua adiectiuis ſubiici poſſint. Itaque propter ſola adiectiua, reperta ſunt in ſubſtantiuis genera. Nam ſi adiectiua non eſſent, nihil eſſet opus generibus: vt cùm dicimus. Reuereor patrem. Ne lædas hominē, Exclude canem, non refert cuius ſit generis: ſi ſit addendum adiectiuum, tunc conſiderandum eſt cuius generis ſit. *Genus quid.*

Porrò genera tribus modis noſcuntur: Significatione, vt Ioannes eſt maſculini generis, quia virum ſignificat. Terminatione, vt Vulpes eſt fœminini generis, quia terminatur in es. Authoritate, vt Talpa aliquando eſt maſculini generis, quia Virgilius dicit, Talpæ oculis capti. *Genera tribus modis dignoſcuntur.*

De ſignificatione habētur regulæ generales, a regula Omne viro ſoli, &c. vſque ad regulam, Hæc dat a, &c. A qua

deinceps speciales terminationum regulæ patent. Quærenti igitur tibi alicuius nominis genus, non segniter videndum est an eius significantia ad aliquam generalium regularum spectet. Per regulas enim generales bona pars generum patet. Sunt autem hæ memoriæ mandandæ. Nam pleraque apud alios otiosè, & nulla necessitate ex specialibus exempta generalibus, si rem & significatum introspexeris abundè continentur: quare hìc breuitatis gratia nusquam repetentur. Si verò significatio non seruierit confugiendum ad terminationem, & ad regulas speciales de a, e, i, o, u al el, &c. Cæteris, quorum genus omninò est anceps & incertum, vt probati authores vsi sunt, ita vtendum est.


Latinus sermo articulis caret, sed illorum loco tria pronomina vsurpantur.

Cæterùm quia sermo Latinus omninò caret articulis, hoc est propriis notis, quibus genera nominum internoscantur, tria pronomina in illorum discretione vsurpantur: vnde hic, est discretio masculini: hæc, fœminini: hoc neutri: hic est discretio masculini: hæc, fœminini: hoc, neutri: hic & hæc communis: hic & hæc & hoc omnis. Quo fit, vt hoc in loco monendus venias candide Lector, in regulis De generibus nominum, aliquando non apertè exprimi genus nominum, carminis lege id non ferente, sed tantummodò adiuncto pronomine demonstratiuo, hic, hæc, hoc. Quare scito, vbicunque leges hic, masculinum genus intelligi: vbi verò hæc fœmininum: & vbi hoc, neutrum. Id exemplo faciliùs intelliges. Cùm ergo leges Insula capit hæc, sic interpretaberis: Nomen significans insulam, capit hæc, id est, fœmininum genus. Et paulò pòst. Hoc Cim vult, id est, neutrum genus. Et, Lesbos donat hic aut hæc id est masculinum vel fœmininum genus. Sic quoque de aliis locis sentiendum est, vbicunque in regulis generum reperientur ea pronomina. De numero & casu dicetur in declinationibus. Sed iam ad instituta pergamus.

Admonitio.

Hic.
Hæc.
Hoc.

Hic aut hæc.



Regulæ generales, de *ſignificatione.*

GENVS VIRORVM, OFFIciorúmque virilium.



MNE viro ſoli quod cónuenit, eſto virîle:
Omne viri ſpécie pictum, vir dícitur eſſe.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Omne (ſubaudi nomen) *tout nom.*
Quod conuenit (quod competit & tribuitur) *qui conuient, & eſt attribué.*
Soli viro, *à l'homme ſeul.*
Eſto virile, *ſoit du genre maſculin.*

Appendix.
Omne pictū (omnis res picta) *toute choſe peinte & pourtraicte,*
Viri ſpecie, *à la ſemblance de l'homme.*
Vir dicitur eſſe, *eſt icy appellé homme, ou eſt entendu pour le nom de l'homme.*

Omne nomen ſoli viro datum, eſt maſculini generis: *Tout nom propre & appellatif, à l'hõme ſeulemẽt attribué & appartenãt, eſt du genre maſculin:* vt hic Seneca, hic Hercules, hic Virgilius. Proprij autẽ nominis quatuor ſunt genera, ſic à Priſciano diſtincta. Prænomen, quod vel differẽtiæ cauſa præponitur, vel veteri ritu, quòd Romani poſteaquàm Sabinos aſciuerunt in ciuitatem, eorum nomina ſuis præpoſuerint, inuicémque Sabini ipſorum, *Tiltre d'honneur.* Talia erãt Aulus, Publius, Marcus, multáque alia, quæ non antè pueris, quàm virilem togam ſumerẽt: puellis, quàm nuberent (Tito authore) ſunt impoſita. Nomen, quod ſuum cuique eſt. *le nom propre de chacun,* vt Paulus, Tullius, Virgilius. Cognomẽ,

Propriorum nominum ſpecies.
Prænomen.
Nomen.
Cognomen.

quod cognationis est commune, *Le nom de la race, le surnom.* vt Scipio, Gracchus, Fabius. Agnomen quod ab aliquo euêtu est impositum. *Qui est acquis par quelque euenement*, vt Africanus, Creticus, Germanicus.

Agnomen.

Appellatiuũ nome i sub terminatione quã habet.

Appellatiuũ ad hanc regulã spectans, virilis officij nomé est, quãcunque in terminationẽ desinat: cuiusmodi sunt Papa, *Pape.* Scriba *Greffier.* Pirata, *Escumeur de mer.* Tetrarcha, *le Roy & gouuerneur de la quarte partie d'vne prouince.* Propola, *Vn reuendeur & regrattier.* Patriarcha, *Le chef & plus excellent des Peres, & qui est comme le Prince des autres.* Trapezita, *Changeur.* Verna, *Vn serf nay en nostre maison de nostre serue & esclaue.* Pharmacopola, *Apoticaire.* Rabula, *Vn plaidereau.* Monarcha, *Vn Prince qui a le seul gouuernement d'vn peuple en souueraineté.* Mas, *Masle.* Vas, vadis, *Plege & caution en matiere capitale* Cornicen, *Vn corneur.* Fidicen *Qui ioue d instrument de Musique ayant cordes.* Liticen *Qui sonne du clairon.* Lyricen, *Qui ioue de la harpe.* Tubicen, *Vn trompeteur.* Tibicen, *Ioueur de fluste.* Flamen, *Qui a charge de faire les sacrifices.* Præs, prædis, *Celuy qui respond pour vn autre, ou pour vn affaire publique.* Satelles, *La garde d'vn Empereur, Roy, ou autre Prince, vn officier & sergeant.* Veles, itis, *Homme de guerre armé à la legere, comme auiourd'huy sont noz haquebutiers.* Aedilis huius ædilis, *Qui auoit la superintendance & charge des temples & autres edifices publiques de la ville: Maistre des œuures, Voyer.* Sodalis, *Compagnon de table à boire & à manger, & à iouer.* Contubernalis, *D'vne mesme châbre.* Perduellis, *Nostre ennemy, qui a guerre contre nous.* Riualis, *Qui aime celle qu'vn autre aime.* Prædo, *Escumeur de mer* Epulo, *Qui est inuité à vn banquet.* Spado, *Qui le nature est chastré* Cerdo, *Tout homme mechanique: c'est aussi vn sauetier* Prætor, *Qui auoit l'authorité & puissance de toute la iustice, tant publique que priuee, de faire ordõnances & loix nouuelles, & d'abroger les anciennes.* Quæstor, *Thresorier.* Imperator, *Capitaine & chef d'armee* Consul, *Qui auoit la souueraineté de tout l'Empire Romain.* Præsul, *Souuerain sacrificateur.* Manceps, mancipis, *Vn fermier de quelque ferme publique, cõme vn huictiesme, & autres semblables: c'est aussi celuy qui vend auec promesse de guarẽtir.* Carnifex, *Vn bourreau.* Auspex, *Qui auoit la principale conduicte des nopces. Et ainsi de plusieurs autres noms appellatifs, qui estãs seulement attribuez aux hommes, sont contenus sous ceste reigle.*

A. *As.* *En.* *Æs.* *Es.* *Is.* *O.* *Or.* *Vl.* *Ps.* *Ex.*

Vir quid hic significet.

Vir autem hic dicitur esse, quicquid vt vir pingitur, vt Deus, Angelus. *Par le nom d'homme est icy entendu toute chose, qui communément est peinte & pourtraicte à la semblãce de l'homme: par-*

quoy à ceste reigle appartiennent quatre manieres de noms. Premieremẽt ceux des Dieux, qu'anciennement adoroient les Payens. vt Iupiter. Mars, *Le Dieu des batailles.* Bacchus, *Le Dieu du vin.* Priapus. *Le Dieu des iardins.* Aeolus, *Le Dieu des vẽts.* Mercurius, *Le Dieu d'eloquence* Pluto. *Le Dieu d'enfer.* Neptunus, *Le Dieu de la mer. Secondemẽt le nom des bons Anges,* vt Michaël, Gabriel, Raphaël, Vriel, &c. *Tiercement des mauuais esprits,* vt Lucifer, Satanas, Asmodeus Beelzebub. *Quartement, le nom des vents,* vt Eurus, *le vent d'Orient.* Zephyrus, *le vent d'Occident.* Auster, *le vent de Midy.* Aquilo, *Le vent de Septentrion, ou de Bize.* *Quatuor genera nominũ contenta per regulã, Omne viri specie pictum, &c.*

Genus mulierum officiorúmque muliebrium.

Esto fœmíneum, récipit quod fœmina tantùm.
Fœmina dicâtur fácie pictũ muliébri.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Quod (subaudi nomen) *tout nom que.*
- Fœmina, *la femme.*
- Recipit, *reçoit, c'est à dire qui est à la femme attribué.*
- Tantùm, *tant seulement.*
- Esto fœmineum, *soit du genre feminin.*

Appendix.
- Pictum (omnis res picta) *toute chose peinte & pourtraicte.*
- Facie muliebri, *a la semblance de la femme.*
- Fœmina dicatur, *soit icy appellee femme, c'est à dire, soit icy entendue pour le nom de femme.*

Omne nomen soli fœminæ datum, est fœminini generis. *Tout nom, tãt propre qu'appellatif, à la seule femme attribué, est du genre feminin:* vt, Catharina, Magdalena, Susanna, Lucretia, Paula, &c.

Appellatiuum sub hac regula contentum, muliebris officij nomen est, in quamcũque terminationẽ exeat: vt Saga, *Vne sorciere.* Amita, *La tante du coste du pere.* Fratria, *La femme de mon frere.* Matertera, *La sœur de ma mere.* Priuigna, *La fille de ma femme, ou de son premier mary.* Nouerca, *Marastre.* Matrona, *Vne femme honorable & d'hõneur.* Ludia, *Basteleuse.* Lena, *Maquerelle.* Soror, *Sœur.* Vxor, *Femme mariee* Glos, gloris, *La sœur de mon mary.* Nurus, *La femme de mon fils.* Socrus, *La mere de ma femme, ma belle mere* Anus, *Vieille.* Pellex, licis, *Concubine d'vn hõme marié* Obstetrix, *Vne sage fẽme.* Nutrix, *Nourrice.* Pistrix, *Vne boulengere.* Sarcinatrix, *Cousturiere, qui refait vieux habillements.* Sal-

Appellatiuũ nomen ad hãc regulam spectans.

A. *Or.* *Os.* *Vs.* *Ex.* *Ix.*

tatrix, *Danseresse.* Cistellatrix, *Chambriere qui porte le coffret de sa maistresse. Et plusieurs autres semblables noms appellatifs, qui sont seulement aux femmes attribuez & comprins sous ceste reigle.*

Fœmina quid hic significet. Fœmina, hîc dicitur, quicquid specie muliebri pingitur, vt Dea, Nympha, Furia. *Par le nom de femme est icy entendu toute chose, qui communément est peinte & pourtraicte à la semblance de femme. Parquoy à ceste reigle appartiennent trois manieres de noms. Premierement ceux des Deesses, comme* Pallas, *La deesse de science.* Iuno, *la deesse des richesses.* Ceres, *la deesse des bleds.* Flora, *la deesse des fleurs.* Bubona, *la deesse des bœufs & vaches. Secondement, les noms des Nymphes, comme* Oreas, *Nymphe qui habite aux montaignes.* Naïs, *Nymphe qui habite aux riuieres, & aux fontaines.* Dryas, *Nymphe qui habite dans les forests. Tiercemēt les noms des Furies poëtiques,* vt Alecto, Megæra, & Clotho, Lachesis, Atropos, à Poëtis Parcæ appellatæ: *lesquels les Poëtes feignent estre trois femmes, qui destinēt & ordonēt tout ce qui doit aduenir à ceux qui naissent.*

Parcæ. Clotho. Lachesis. Atropos.

Genus commune.

Quicquid vtrîque datur, commûne locâtur, vt Exul.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Quicquid (omne nomen quod sub vna terminatione) *tout nom qui sous vne terminaison.*
- Datur vtrique, *est attribue a tous les deux, à sçauoir, au masle & à la femelle.*
- Locatur, *est mis & doit estre.*
- Commune, *au genre commun, à sçauoir, masculin & feminin.*
- Vt Exul, *comme par exemple ce nom cy, lequel est du genre cōmun.*

Omne nomen mari & fœminæ sub vna terminatione cōueniens, est communis generis, masculini videlicet, & fœminini: *Tout nom qui sous vne terminaison est attribué au masle & à la femelle, est du genre commun, à sçauoir masculin & feminin:* vt hic & hæc Exul, *banny ou bannie.* Auriga, *chartier ou chartiere.* Aduena, *estrāger, ou estrangere* Conuena *qui vient, ou est venu auec d'autres en quelque lieu, pour y habiter ensemble* Accola, *qui demeure aupres de quelque lieu, voisin.* Alienigena, *estranger ou estrangere.* Indigena, *nay & natif d'vn pays.* Incola, *vn estranger faisant sa demeure auec nous: qui est venu demeurer auec nous d'vn autre pays ou ville* Infans, *enfant.* Parēs, *le pere ou la mere.* Puber, *qui est en aage de pouuoir engendrer* Vber *planturcux, abondant, fertile.* Degener, *qui forligne & faict deshonneur à sa lignce.* Quæ tria nomina

A.

Ans. Ens. Er.

ſunt communis generis in nominatiuo accuſatiuo, & vocatiuo ſub hac regula contenta Quicquid vtrique, &c. Sed in reliquis caſibus ſunt omnis generis, per regulã, Adiectiua triũ, &c. Comes, *Comte & Coteſſe.* Obſes, *celuy ou celle qu'on baille en oſtage.* Hebes, *qui a l'eſprit lourd* Affinis, *aſſin & allié par mariage.* Hoſtis, *ennemy ou ennemie.* Teſtis, *teſmoin.* Sponſor, *qui promet & s'oblige ſelon l'interrogation & demande qu'on luy fait.* Author, *qui premier fait & inuente quelque choſe.* Interceſſor, *vn oppoſant, empeſcheur.* Profeſſor, *Qui publiquement lit & enſeigne quelque choſe.* Rhetor, *Qui enſeigne la Rhetorique* Fur, *larron, ou larronneſſe.* Trifur, *plus que larron.* Augur, *Deuin, ou deuinereſſe.* Index, *celuy ou celle qui de ſon bon gré accuſe & deſcouure ſes complices à la iuſtice, ſous condition qu'on luy pardonne.* Iudex, *Iuge.* Vindex, *qui fait la vengeance de quelque choſe, qui defend & met en ſeureté.* Dux, *celuy ou celle qui guide & mene autruy, vne guide.* Redux, *qui eſt ramené des dãgers ſain & ſauf, ou d'exil & de captiuité en ſon pays.* Tradux, *c'eſt quand on ioinct les branches d'vn arbre à celle d'vn autre, & fait on paſſer la vigne par deſſus, & la y lie on.* Dicit autem ſub vna terminatione: quia vbi ſunt diuerſæ terminationes, diuerſa ſunt genera. *Car ſi par chacun ſexe il y a diuerſe terminaiſon, il y aura auſſi diuers genres* vt hic Gallus, *Homme de Gaule.* Hæc Galla, *femme de Gaule.* Hic poëta, *vn poete.* Hæc poëtis, poëtidis, vel poëtria *femme qui eſcrit en poeſie.*

Es.
Is.
Or.
Vr.
Ex.
Vx.
Annotatio.

Neutrum genus in um, deſinens.

Vm neutrum pones: hóminum ſi própria tolles.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula genera. Pones (tu locabis) *tu mettras.* um, *le nom qui a ceſte terminaiſon.* Neutrum, *du genre neutre.*

Except. Si tolles, *pourueu que tu en exceptes.* Propria hominum. *les noms propres d'hommes & de femmes.*

Omne nomen in um, eſt neutri generis, niſi fuerit viri aut fœminæ proprium: *Tout nom terminé en* um, *eſt du genre neutre, exceptez les noms propres d'hommes, qui ſont maſculins,* vt Pegnium, Dinacium: *& de femmes, qui ſont feminins,* vt Euſtochium, Glycerium. *Des noms neutres, comme* Mancipium, *Seruiteur ou priſonnier de guerre* Scortum, *la peau des beſtes qui ont la peau eſpaiſſe: vne putain publique.* Sagum *vn ſaye, c'eſt auſſi vn hoqueton de guerre, que les Romains portoient.* Lorum, *Toute ſorte de lien, longue cour-*

Mancipium.
Scortum.
Sagum.
Lorum.

Lutum. *Prostibulum.* *Stabulum.* *Vestibulum.*

roye de cuir, vne laniere. Lutum, *Fange ou boue.* Prostibulum, *La maison d'vne putain, ou la putain mesme.* Stabulum, *Hostelerie, logis, estable à bestes.* Vestibulum, *anciennement estoit vn lieu vuide deuant les plus honorables maisons, qui n'estoit point de la maison, mais par lequel on entroit en icelle.*

Annotatio.

Omnibus ergo regulis sequentibus, quæ de dignoscendo genere ex significatione traduntur, hæc tanquam communis exceptio accommodanda erit, ac perpetuò excepta intelligentur: nisi viri aut fœminæ propria fuerint, quæ in um terminãtur: vt Crustumium apud Lucanum. Plemmyrium, & Rhenum, nomina fluuiorum sunt, quæ ex regula generali masculina esse debebant, sed propter terminationem neutra sunt. Sic Comum, Lugdunum, Gandauum, Louanium, & similia vrbium neutra sunt: quamuis significatio fœminina sit.

Adiectiuorum genus.

Adiectiua, trium generum communia sunto.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Adiectiua (sup. Nomina vnius terminationis) *Les noms adiectifs, qui n'ont qu'vne terminaison.*
Sunto communia trium generum, *soient communs à tous les trois genres, masculin, feminin & neutre.*

Fœlix. *Audax.* *Discors.* *Quatuor.* *Quinque.* *Discolor.* *Memor.* *Nostras.* *Vestras.* *Deses.* *Effrons.* *Præcox.*

Omne nomen adiectiuum est omnis generis, si vnica sit terminatio. *Tout nom adiectif, n'ayant qu'vne terminaison, est commun à trois genres:* vt Fœlix, *heureux.* Audax, *hardy.* Discors, *discordant, mal accordé.* Quatuor, *quatre.* Quinque, *cinq.* Sex, septé, Centum. Discolor, *de differentes couleurs.* Memor *qui a memoire de quelque chose.* Nostras, *de nostre pays.* Vestras, *de vostre pays.* Deses *paresseux.* Effrons, *effronté, qui a perdu honte.* Præcox, *meur deuant la saison.* & similia.

Quare dictum sit, Si vnica sit terminatio.

Dictum est autem, si vnica sit terminatio. Nam si declinetur per duas terminationes prior est communis generis, vt fortis: posterior neutri, vt forte. Si verò per tres, prima masculina est, vt bonus. Secunda fœminina, vt bona. Tertia neutra, vt bonum. *Des adiectifs donc qui sont declinez par deux terminaisons, la premiere seruira au genre masculin & feminin, l'autre au neutre. Mais s'ils sont declinez par trois, à chacune sera baillé son genre: à la premiere, le masculin: à la seconde, le feminin: à la troisiesme, le neutre, dont est la reigle qui s'ensuit.*

Diuersarum terminationum genus.

Esto genus varium, fuerit nisi terminus idem.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Genus, *le genre des noms substantifs & adiectifs.* Esto varium, *soit diuers.*

Except. Fuerit nisi terminus idem (si terminatio non fuerit vna & eadem) *c'est à dire, si sous vne mesme terminaison, ne peut estre accommode a tout ce qu'il se peut accommoder.*

Græcū exeunt in yos. quæ in nominatiuo in ys per y exeunt: vt Atys, Atyos, *Vn enfant fort aimé de Cybele.* Chelys, yos, *vn Luth.* Tiphys. Capys, propria virorum. Erinnys, *vne furie d'enfer.* Thetys, yos, *La deesse de la mer, la femme d'Ocean.* Thetis, idis, *la mere d'Achilles.* Quæ quia synæresin in quibusdam casibus Græcè patiūtur, vulgus paribus syllabis declinat, hæc Erinnys, huius Erinnys, huic Erinny. Sed Poëtæ Græcam ferè declinationem sequuntur.

Quæ desinunt genitiuum in entis. Quæ verò in is præcedente vocali, hoc est, in Græcam diphthongū desinunt, genitiuū per entis faciunt: vt Simois, huius Simoëntis, *vn fleuue de Troye.* Pyrois, Pyroëntis, *vn des cheuaux du Soleil.* Opois, Opoëntis, & per contractionem Opûs, Opûntis, *vne ville.*

Exceptio prima.

Quod dedit er, dat eris. Quod in n fuit, vt priùs effer.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix.
- Quod dedit er (nomen sup.) *Le nom qui au passé se terminoit en er, & maintenant est en* is.
- Dat eris, *faict son genitif en* eris.
- Quod in n fuit, *celuy qui anciennement estoit terminé en* n, *& à present en* is.
- Effer vt priùs, *baille luy le genitif comme le temps passé il auoit, & suyuant sa terminaison premiere.*

Quæ ab antiquis nominatiuis in er veniunt, genitiuos in eris penultima breui retinuerūt, *Quelques noms font leur genitif en* is, *pource qu'au passé se terminoient en* er, *à leur nominatif.* vt Puluis, huius pulueris: Cinis, huius cineris: Vomis, huius vomeris: Cucumis, huius cucumeris. Antiqui enim Puluer, Ciner, Vomer & Cucumer, dicebāt: ex quibus Vomer & cucumer, etiā hodie in vsu frequentia sunt, quæ omnia in generibus patuère. Impubis etiā quod à Puber, siue Pubis (vt Cæsari placebat) compositum est, Impuberis & impubis, genitiuo casu facit. Virg. Aeneid. 5. Impubis Iuli. Cicero in Ver. Filiúmque eius impuberem, legatum à patre missum.

Quod in n fuit, &c. Nomina in is desinentia, quæ etiā in n, literam desinere reperta sunt, obseruāt regulam de N, litera: vt Sanguis, facit genitiuum sanguinis, penultima correpta: quia olim dicebant hoc Sanguen, huius sanguinis penultima breui: quo Lucretius vsus est lib. 1. Et de visceri-

bus viſcus gigni, ſanguénque creari. Huius tamen compoſitum Exanguis, huius exanguis facit, regulam generalem inſequens Faciunt & genitiuum Pollinis à nominatiuo Pollis cùm tamen analogia arguat, nominatiuum eſſe pollen, *Fleur de farine tiree par le ſaz & bluteau. C'eſt auſsi celle qui volle par les moulins, & ſe tient contre les parois, dicte Folle farine.*

Exanguen. Pollen.

Multa quoque Græca faciunt genitiuum in inis, penultima longa: quia eorum nominatiuus per in efferri poteſt: vt Salamis vel Salamin, huius Salaminis. Delphis, vel Delphin, huius delphinis. Eleuſis, vel Eleuſin, huius Eleuſinis, *Vn nom de ville voiſine d'Attique pres Athenes, en laquelle a regné Eleuſius.* Trachys vel Trachyn, huius Trachynis, *Vn nom de ville en Beotie.* Phorcys, vel Phorcyn, huius Phorcynis, *Vn propre nom d'homme.*

Quæ in inis faciunt genitiuũ.

Secunda exceptio.

Dis, lis dant itis, cum ſamnis: iunge Quirîtem.
Glis ſolùm gliris: ſemis ſemíſſis habêbit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Except.
- Dis, lis, *ces deux noms icy.*
- Dant itis, *ont ceſte terminaiſon, à leur genitif, & font,* ditis, & litis.
- Cum Samnis, *auec ce nom,* Samnis *qui fait* Samnitis.
- Iunge Quiritem, *auquel tu adiouſteras ce nom,* Quiris, *qui fait* Quiritis.
- Glis ſolùm gliris, *ce nom* Glis, *a ſeulement* gliris, *& non* glitis, *ou* gliſſis.
- Semis, ſemiſſis habebit, *ce nom,* Semis, *aura,* ſemiſſis, *au genitif.*

Quatuor in is habét in itis in genit. penultima lõga. Dis, ditis *Riche.* Hinc Dito, as, & diteſco, teſcis. *Enrichir, faire riche.* Lis, litis *Querelle, noiſe, debat, procez.* Lite cadere *perdre ſon procez.* Litigator, *Qui a noiſe & debat contre aucun plaideur.* Et duo gentilia: Samnis, itis *vn peuple d'Italie.* Quiris, itis, *Qui eſt de Rome.* Glis pro t, r accipit facítque gliris, & nõ glitis & gliſſis: quẽadmodũ & Vires plurale, cuius quidem ſingulare Vis eſſe volunt. Priſcianus oſtẽdit veteres etiã plurali numero, à ſingulari eadem voce dixiſſe. vt Saluſtius, Malè-iã aſſuetũ ad omnes vis controuerſiarum. Et Lucretius libro ſecundo, Sed quàm multarum rerũ vis poſſidet in ſe atque poteſta-

tes,&c. Glis, *Vn Loir.*

Semis, semissis facit, quum ponderis nomen est, vt Prisciano placet. Quanquam & nominatiuo casu, Semissis dici velint vt in epistola Vatinij ad Ciceronem, Simul verò semissis homo contra me arma tulit. At Semis, idem quod dimidium, indeclinabile est, ex Græco ἥμισυ deductum.

In Os desinentia.

Os ti interpônit. Glos, mos, flos, ros, facit oris.

Quod dedit or, fáciet véluti priùs. Ossis os optat.

Os oris, custos custôdis, bos bouis, ois Thos, Minos, & Tros cúpiunt: quibus ádditur heros.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Os, *le nom ainsi terminé.* interponit ti, *pour faire le genitif, met entre,* o, *&* s, *ceste syllabe,* ti.

Exceptio.

Glos, mos, flos, ros, faciet oris, *ces quatre noms font leur genitif en* otis.

Quod dedit or (nomen sup.) *le nom qui a aussi ceste terminaison,* or, *auec celle de* os.

Facit veluti prius (sup. dictum est de nominibus desinentibus in or) *retiendra la formation des noms en,* or, *a la sorte qu'il a esté dit a la terminaison* or.

Os optat ossis, *ce nom,* os, *veult auoir,* ossis, *au genitif, &c.*

Thos, Minos, & Tros, cupiunt ois, *ces trois noms font leur genitif en* ois, *comme,* Thois, Minois, *&* Trois.

Quibus additur heros, *ausquels ce nom,* heros, *est adiousté, qui fait,* herois.

Nomen in os, format genitiuum interponendo ti, inter o, & s: & ita facit otis. *Le nom terminé en* os, *fait au genitif* otis, *en entreposant ceste syllabe,* ti, *entre,* o, *&* s: vt Monoceros, monocerotis, *vne Licorne.* Rhinoceros, rhinocerotis, *vne sorte de beste en Egypte, qui a vne corne sur le nez.* Aegoceros, ægocerotis, *Vn Capricorne.* Dos, dotis, *Douaire.* Impos, otis, *Qui n'est point maistre de soy, hors du sens, qui n'est point de sens rassis.* Cōpos, otis, ferè semper iungitur cum genitiuo casu: quare variam habet significationem pro variatione genitiui: vt Compos animi,

Compos, variā habet significationem.

Qui est de sens rassis. Compos mentis, idem. Compos scientiæ, *Qui a de la sciẽce.* Compos virtutum, *Vertueux.* Compos laudis, *Qui a honneur & louange.* Compos voti, *Qui a tout ce qu'il veult.* Compos culpæ, *Coulpable.* Nepos, otis, *Nepueu: qui despend ses biens en banquets & yurongnerie, prodigue.* Sacerdos, *Prestre sacrificateur, sacerdot.* Cos, otis, *Vne queux à esguiser.*

Glos, mos, &c. Excipiũtur à regula Glos, Mos, Flos, Ros, quæ in oris genitiuum faciunt, penultima longa. Glos, *La sœur de mon mary* Mos, *Honorable coustume, ou bonne maniere de viure.* Flos & Ros, nota sunt.

Quod dedit or, &c. Habent etiam oris nomina, quæ in or, vel in os desinunt in nominatiuo: vt Lepor, vel lepos, in genitiuo leporis habet, *La bonne grace qu'aucun a à deuiser, & faire autre chose plaisante, douceur.* Odor, vel odos, odoris, *Odeur, senteur.* Odores in plurali, *Toute maniere de senteurs composees pour le plaisir & delectation, perfuns.* Vapor, vel vapos, *Vapeur, exhalation & fumee de la terre.* Honor, vel honos, *Honneur.* Arbor, vel arbos. &c. *Nomina in or & in os desinentia.*

Os ossis, & Os oris, patent. Custos, custodis, penultima producta, *Qui prend garde à quelque chose, & y a l'œil, gardien, ou gardienne.* Custos carceris, *Geollier.* Custos, vel ianitrix, *Portiere.* Bos, bouis penultima correpta, *Vn bœuf.*

Ois, Thos, Minos, &c Quædam Græca faciunt genitiuũ in ois, per is purum: vt Minos, Minois, *vn Roy de Crete tresiuste.* Pro quó Salustius Minonis, dixit: quemadmodum & Cicero Athonis, à nominatiuis Latinis Mino, & Atho: vt Priscianus lib. 6. indicat, Thos. thois, *Vne sorte de Loup.* Tros, trois, *Vn roy de Troye.* Heros, herois, *Vn homme ayant quelque chose de vertu plus que de l'homme.* Herois, heroidis, *Femme plus que vertueuse.* *Græca in Os genitiuum facientia.*

Quædam Græcam declinationem prorsus retinent, vt quæ in os breue desinunt neutra: vt sunt Chaos, Melos, Telos & similia: declinantur enim τὸ μέλος, τοῦ μέλεος & ους, τῷ μέλει & ει· τὸ μέλος. Pluraliter, τὰ μέλεα & μέλη. Hinc Cygnea Mele apud Lucretium: Thessala Tempe apud Virgilium, & similia alia reperies. Tametsi quidam poëtæ, etiam Latina declinatione, sed certis tamen casibus, huiusmodi nomina interdum declinauerũt. Sic Virgil. 4. Georg. dixit, Atque chao densos diuûm numerabat amores. *Annotatio.*

In Vs, terminata.

Vs tibi mittet oris. Peius ceu peior habêbit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. { Vs. *le nom qui a ceste terminaison.*
Tibi mittet oris. genitiuum sup. *aura,* oris, *au genitif.*

Appendix. { Peius (i. comparatiuum nomen) *le nom comparatif.*
Habebit (genitiuum sup *aura le genitif de la terminaison,* or.
Ceu peior, *comme ce nom cy, qui fait,* peioris.

Vs mutatur in oris, penultima breui. *Le nom terminé en,* us, *change,* us, *en,* oris, *au genitif, la penultime breue:* vt Corpus, corporis: Decus, decoris, *L'honneur & reputation qu'a vne personne d'auoir fait quelque chose.* Dedecus, *Deshonneur.* Tergus, tergoris, *Du cuir.* Sic Pectus, Tempus, Fœnus, Nemus, Pignus, Pecus, Littus, & cætera quæ iam nota sunt.

Peius ceu peior Comparatiua faciunt oris penultima longa, vt ea quæ in or desinunt. Peius, peioris, *Pire.* Melius, oris, *Meilleur.* Fortius, oris, *Plus fort.* Dulcius, oris, *Plus doux.* Durius oris, *Plus dur.* Sic Maius, Grauius, Sæuius, Lentius, Tardius, Verius, Vanius, Nigrius, Candidius: quæ omnia formant genitiuos in oris, penultima lõga. Excepto Plus, quod facit pluris. Sequitur enim analogiam monosyllaborum.

In Eris genitiuum facientia.

Dant eris vlcus, olus, vellus. Venus, & genus, atque
Viscus, acus, fœdus, scelus, & cum póndere vulnus,
Munus, onus, sidus, latus, ac opus, & vetus addo,
Et funus, rudus. Sed oris vel eris dare pignus,
Vt fœnus, dicunt. Mélius per oris fit vtrúmque.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Vlcus, olus, vellus, &c. *ces dixneuf noms comprins en ce texte.*
Dant eris (in genitiuo sup.) *font leur genitif en*, eris, *la penultime breue.*
Exceptio: Sed dicunt aliqui (aliqui asserunt) *aucuns disent.*
Pignus vt fœnus (hæc duo nomina) *ces deux noms icy.*
Dare oris, vel eris, *faire au genitif*, pignoris & pigneris, fœnoris & fœneris.
Sed vtrumque melius fit per oris, *mais l'vn & l'autre font mieux leur genitif par ceste terminaison*, oris, *que par*, eris.

Tous les noms compris en ce texte, sont exceptez de la reigle generale: car ils font leur genitif en eris, *la penultime breue:* vt Vlcus, vlceris, *vlcere.* Hinc Vlcerosus, *Plein d'vlceres.* Et Vlcero seu exulcero, *Blesser & entamer la peau.* Olus, oleris, *Toute sorte d'herbe semee pour manger, comme celle des iardins.* Hinc Olitor, *Iardinier.* Olitorium forum, *Le marché aux herbes.* Vellus, velleris, *Toison.* Venus, veneris, *La deesse d'amours.* Genus, eris, *L'estoc & la source de vne lignee, où toute la lignee rapporte son commencemẽt, race, lignee, parenté.* Viscus, eris, pro extis, *Toute la chair qui est entre la peau & les os, la fressure.* Tametsi nominatiuo, vt cæteris casibus singularibus præter ablatiuum rarò vsi sint Latini, extat tamẽ apud Lucretium Viscus, secundæ declinationis, *Gin.* Acus, aceris, *Paille.* Fœdus, *Appoinctement & traicté de paix faict par certaine solemnité entre deux ou plusieurs ayans guerre l'vn contre l'autre, alliance.* Hinc Fœdifragus, *Qui rompt l'appoinctement & alliance.* Scelus, *Meschanceté.* Hinc Sceleratus, *Qui est plein de meschanceté.* Et Scelerare verbum, *Souiller.* Pondus, ponderis, *Le poids, le pesant ou pesanteur de quelque chose pesee à la balance: le poids à peser quelque chose, ou le poids d'vne liure.* Hinc Põdero, *Peser.* Et Põderosus, *Qui pese fort.* Vulnus, *Vne playe.* Vulnero, as, *Blesser, nanrer.* Munus, muneris, *Don, ou present. la charge qu'on a de faire quelque chose.* Munero, vel muneror, *Faire presens, donner dons, recompenser.* Onus, *Charge, fardeau, faix.* Onero, as, *Charger.* Exonero, as, *Descharger.* Onustus, *Chargé.* Sidus, sideris, *vne constellation & assemblee d'estoilles ensemble en quelque signe. Il signifie aussi generalement toutes planetes & estoilles.* Latus, lateris, *Le costé, forte & longue baleine.* Opus, operis, *Ouurage, besongne.* Opusculum, *Petit ouurage, besongnette.* Vetus, huius veteris, adiectiuum *vieil & ancien.* Funus, funeris, *Conuoy des obseques, funerailles.* Funebre vestimentum, *Robbe de dueil.* Funebris pompa, *Conuoy d'vn trespassé.* Funero, as, *Enterrer.* Funestus, *Pollu pour auoir touché vn trespassé: c'est aussi toute chose malheureuse*

& abominable. Funero as, *Polluer.* Rudus, *Toute vieille matiere d'edifices rompus.* Rudero as, *Remplir de neufues escailleures de pierres,* Ruderatus ager, *Champ qui est plein de curures de maisons vieilles, & platras* Eruderare solum, *Nettoyer vne place de toutes ordures, comme de pierres, platras & autres.*

Sed oris.vel eris, &c. Sunt qui astruant hæc duo nomina Pignus & Fœnus cum aliquot aliis duplicẽ genitiui terminationẽ habere, Pigneris, & pignoris, Fœneris, & fœnoris: sed eris inusitatior est Pignus, pignoris, *Gage sur lequel on accroist quelque chose, & propremẽt se dit de choses mobiliaires : c'est aussi le gage qu'on met quand on faict vne gageure.* Pignero, as, *Bailler en gage quelque chose* Pigneror, deponens *Prẽdre gage d'aucun.* Fœnus, oris, *Le fruict que la terre apporte de soymesme sans estre cultiuee, vsure.* Sunt qui Penus addant: sed Penoris vsitatius est. Glomus etiã glomeris, vel Glomus, glomi declinatur, *Vn peloton de fil.* Hinc Glomero, as, *Deuider du fil par pelottes.*

Monosyllaba in Vs.

Vris habet tellus, véluti monosýllaba.
Grus, sus,
Dant üis. Intércus dat utis. Líguris Ligus optat.
Dat pecus hæc pécudis. Loca Græca ferúntur in untis.
Pus ortum dat odis. Incus, subscus, palus, udis.
Vtis fœmíneum réliquum. Laus, fraúsque dat audis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Excepti. 2. Tellus habet uris (in genitiuo sup.) *ce nom faict*, telluris, *à son genitif.*

Subexcept. Veluti monosyllaba, *cõme aussi les noms qui n'ont qu'vne syllabe.* Grus, sus, *ces deux noms, encore qu'ils n'ayent qu'vne syllabe.* Dant uis, *font en leur genitif*, gruis, & suis.

Intercus

Exceptio 3. { Intercus dat utis, *e nom fait* intercutis.
Ligus optat Liguris (in genitiuo.)
Hæc pecus, *ce nom quand il est du feminin genre.*
Dat pecudis, *fait* pecudis, *au genitif.*

Exceptio 4. { Loca Græca (i. nomina Græca significantia locum) *les noms Grecs qui signifient quelque lieu.*
Feruntur in untis (efferuntur per hanc terminationem) *font leur genitif par ceste terminaison* untis.

Exc. 5. { Pus ortum (compositum ab hoc nomine pus, podis) *le composé de ce nom* pus.
Dat odis, *fait au genitif*, odis.

Exceptio 6. { Incus, subscus, palus, udis (habent sup. in genitiuo) *ces trois nõs ont ceste terminaison* udis, *à leur genitif.*

Exceptio 7. { Fœmineum reliquum, *tout autre nom feminin.*
Vtis (dat sup.) *faict au genitif* utis.

Regula general. { Laus, fraúsque dat audis, *ces deux noms terminez en aus, font* laudis, & fraudis, *au genitif.*

Tellus & monosyllaba faciunt genitiuũ per uris, penultima longa: vt Tellus, telluris, *la deesse de la terre.* Ius, iuris, *Du ius, ou brouet, ou potage commun qui n'est point espais.* Iusculum, *Vn chaudeau.* Aliâs Ius, iuris significat, *Droict & raison : tout ce que nature, ou vne cité, ou vn peuple, ou vne coustume a commandé de faire l'vn à l'autre. Il signifie aussi le lieu, où le iuge rend le droict, & la iustice se fait. pouuoir, puissance.* Rus, ruris, *Vn lieu aux champs, les champs.* Hinc Rusticus, *Vn paisant, vn homme de village, vn villageois: c'est aussi vn rustaut, & lourdaut.* Crus, cruris, *La iambe depuis le genou iusques au bas.* Crusculum, *Iambette.* Mus, muris: Thus, thuris, patent.

Grus, sus, &c. Contra monosyllaborum regulam, Grus facit gruis, *Grue.* Sus, suis, *Vn porc, vn pourceau, ou truye.* Hinc Sucula culæ, *Petite truye.* Suilla caro, *Chair de porc.* Intercus, utis, omnis generis, vtrũque u breui, *Qui est entre cuir & chair.* Ligus, gentile, Liguris facit, quoniã & Ligur nominatiuo casu dicitur, *Qui est d'vne region d'Italie, nommee Ligurie.* Pecus, huius pecudis, penultima breui. Variat enim cum genere & declinandi characterem. fœmininum enim Pecudis genitiuo casu, neutrum autem Pecoris, vt cætera eius generis, facit. patuit in generibus. *Exceptio à monosyllaborũ regula.* *Intercus.*

Loca Græca &c. Quædam Græca nomina locorum in us circunflexum siue contractũ desinentia, mittunt genitiuum in untis: vt Opûs, Opuntis, *Vne ville en Achaie.* Hydrûs, Hydruntis, *Vne ville en Apulie.* Amathûs Amathuntis, *Vne ville en l'Isle de Cypre.* Trapezûs, Trapezuntis, *Ville de Thrace.* Hierichûs, Hierichuntis, &c. *Græca locum significantia.*

Composita à Pus,podis. Pus,ortum,&c. A Pus autem Græco nomine composita, quod pedē significat Latinè,in hac declinatione genitiuum per odis faciũt: vt Tripus,odis,Antipus,Sciopus,Apus,quæ in generibus declarantur. Oedipus,proprium viri. Melampus,odis, *Qui a les pieds noirs.* In secunda autem declinatione, cæterorum eius declinationis analogiam sequuntur: vt Oedipus,huius œdipi, vel hic Oedipes,podæ,primæ : hic Polypus,huius polypi.

Incus,subscus,&c. Tria sunt quæ udis genitiuis faciunt, penultima longa,Incus,Subscus,& Palus,quæ explicantur in generibus.

Fœminina in utis facientia genitiuum. Vtis fœmineum reliquum. Reliqua in us fœminini generis,genitiuos faciunt per utis,penultima longa : vt Virtus, virtutis: Iuuentus,utis: Salus,utis.

Laus,fraus,&c. In aus duo sunt: Laus, quod laudis facit, *Louange.* & Fraus,quod fraudis, *Fraude,deception.*

Nomina in Bs,& Ps,dissyllaba.

Vult i seri médio (b,p,si præit s) genitíui.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- I, *ceste lettre.*
- Vult seri(inseri,interponi) *veult estre interposee & mise.*
- Medio genitiui, *au milieu du genitif,a sçauoir,entre les deux dernieres lettres.*
- Si b,p,præit s, *si l'vne de ces deux lettres va deuant, & precede s, lettre finale du nominatif.*

Bs. Nomen in bs,aut ps,facit genitiuum,interposita i vocali inter b,& s,aut p,& s: vt Arabs,Arabis: Trabs,trabis: Plebs, plebis: Vrbs,vrbis: Scobs,scobis: Scrobs,scrobis : Stips,sti-
Ps. pis, *Monnoye d'or ou d'argent.* Hinc Cogere stipem, *Caymander, & amasser à la boite.* Stipem spargere, *Ietter & semer l'argent parmy le peuple,faire largesse* Daps,dapis: Ops,opis: Inops,inopis, penultima breui: Stirps,stirpis,nota sunt. Lælaps, lælapis, *Le nom d'vn chien.* Ægylops,opis. Cyclops,opis: Aethiops, opis : Hydrops, opis: Dolops,opis . Conops, conopis: Cercops,cercopis,in quibus penultima longa est :Seps,sepis.

Polysyllaba.

E per i mutábunt polysýllaba.Dat cupis auceps.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exce. 1. { Polysyllaba: *les noms de plusieurs syllabes terminez en* bs, *ou* ps. Mutabunt e per i, *changeront ceste lettre* e, *en* i, *au genitif.*

Exce. 2. { Auceps dat cupis (i. aucupis) *ce nom fera*, aucupis, *au genitif, qui selon la reigle deuroit faire*, aucipis.

Polysyllaba e ante bs, aut ps, habentia, mutant e in i breue in genitiuo: vt Cælebs, cælibis, *Qui n'est point marié.* Princeps, principis, *Prince ou Princesse.* Sic Forceps, Adeps, quæ patent in generibus. Auceps tamen habet aucupis, *Oyseleur, vn preneur d'oiseaux.* Hinc Aucupari, *Chasser aux oiseaux, tendre aux oiseaux.* Aucuparius canis, *Vn chien à oiseleur.*

In Ms, Ls, & Vt desinentia.

Dic hyemis, pultis, capitis: Cipitis dabo proli.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Dic hyemis, pultis, capitis (hæc tria sup. nomina, hyems, puls, caput, sic genitiuos suos facere.) Dabo proli, *ie bailleray aux composez de* caput. Cipitis, *ceste terminaison, en changeant* a *en* i.

In ms vnum est, Hyems, quod facit hyemis. Puls, facit pultis: Caput, capitis. Eius tamen composita faciunt cipitis, siue in t, siue in ps, desinant, syllaba vna supra reliquorum formam crescentia: vt Sinciput, sincipitis. Tametsi huius obliquos non facilè inuenias. Occiput, occipitis. Persius, Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ. Anceps ancipitis, *Douteux, incertain, trenchant des deux costez, ou des deux bouts.* Præceps, omnis generis, *Qui fait tout sans consideration, hastif: c'est aussi vn lieu qui panche, en sorte qu'il est dangereux de se tenir sans cheoir, ou dont aisément on cherroit en bas.* Præceps animi, *Estourdy, soudain.* Præcipitare, *Tuer, ou ietter du hault en bas: faire quelque chose à l'estourdy.* Biceps, *Qui a deux testes.* Triceps, *Qui a trois testes.* Multiceps. *Qui a plusieurs testes.*

Græca Gryps, & Cinnyps, aspirationem assumunt. Facit enim Gryps, gryphis, penultima longa: & Cinnyps, Cinnyphis, eadem syllaba breui. Apud Virgilium vtrumque reperitur. *Annotatio*

In Ns, & Rs, terminata.

Ns, aut rs, s, demens, tis dabis aptè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Dabis aptè, *tu bailleras bien & deuement.*
- Tis, *ceste terminaison au genitif.*
- Ns, aut rs, *des noms terminez en*, ns, *ou* rs.
- Demens s, *en ostant ceste lettre finale qui est au nominatif.*

Ns. Nomina in ns, aut rs, mittunt genitiuum in tis, dempta s, *Les noms terminez en*, ns, *ou* rs *font leur genitif en*, tis, *en ostant*, s, *& adioustant*, tis: vt Amans, amantis, *Qui aime.* Demens, entis, *Qui est hors de son bon sens, qui ne regarde point à ce qu'il fait.* Egens, egentis. *Souffreteux, indigent.* Elegans antis, *Poly & orné, affeté, elegant.* Elegans homo, *Bragard, mignon, ioly, qui n'a rien que de singulier en toutes choses* Mons, montis: Frons, frontis: Aruns, aruntis: Sons, sontis, *Coulpable.* Insons, insontis, *Innocẽt, qui n'est* *Rs.* *coulpable d'aucune chose.* Dens, dentis: Quadrans, antis: Ars, artis, *Art, mestier, science.* Iners, inertis, *Qui n'a nul art, ne sçauoir: qui n'a esprit, n'aduis: qui ne s'entremet de rien faire, paresseux.* Pars, partis, *Part, portion, partie* Expers, expertis, *Qui n'a nulle part, exempt.* Expers consilij, *Qui est sans conseil.* Expers curæ, *Qui n'a point de soucy.* Expers metus, *Sans crainte.* Expers rationis. *Sãs raison.* Sic Sors, sortis: Cohors, cohortis: Tyburs, Tyburtis, &c.

Annotatio. Elmys elmynthos facit in genitiuo: sed non habet n, in nominatiuo, quamuis Despauterius putet. *Ver qui naist au ventre de l homme & des bestes.*

In dis genitiuum habentia.

Dis vult glans, nefrens, cápitis lens, & fólium frons,
Libráque cum pendo, & quod cor fáciet tibi nomen.
Vntis habénto quiens & iens: legem ámbio spernit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Excep. 1
- Glans, & nefrens vult dis, *ces deux noms veulent auoir leur genitif en* dis.
- Capitis lens (& hoc nomen lens, significans ouum pediculorum capillis inhærens) *& ce nom signifiant vne lente, fait au genitif*, lendis.
- Et folium frons (& hoc nomen significans sup. folium) *& ce nom prins pour vne fueille, fait*, frondis, *au genitif.*

Libráque cum pendo, *c'est à dire, ce nom*, libripens, *qui est composé de*, libra, & pendo, *fait* libripendis.
Et nomen, quod cor faciet tibi (quod cor componet) *& tout nom composé de*, cor, cordis *fait au genitif*, dis.

Exceptio 2.
Quiens & iens, *ces deux participes.*
Habento untis, *ont au genitif*, queuntis, & euntis.
Ambio, *c'est à dire, le participe du verbe*, ambio, ambis, *à sçauoir*, ambiens.
Spernit legem, *laisse la nature de son simple*, iens, *faisant au genitif*, ambientis, *au lieu qu'il eust deu faire*, ambeuntis.

Pauca habent dis in genitiuo, ideóque excepta à regula Ns, aut rs, &c. vt Glans, glandis, *Gland, le fruict de tous arbres, vne plombee.* Glans fagea, *De la farine.* Glandula diminutiuum, *Petit gland, vne glande qui est aux porceaux.* Glandium glandij, *Glande de pourceaux, ou vne partie pleine de glandes.* Glandaria sylua. *Vne forest où il croist du gland.* Iuglans, andis, *Vne noix ou noyer.* Nefrens, nefrendis. *Petit cochon seuré.* Lens, lendis capillorum immunditics, *Lente.* Lens, lentis, continetur per regulam Ns. aut rs, *Lentille.* Lēticula diminutiuū, *De la lentille ou autre grain ressemblant à la lentille: potage de lentille: petit vaisseau de façon semblable à la lentille.* Lentigo, lentiginis, *Petites taches rousses qui viennent parmy le corps & au visage en forme de lentille* Hinc Lentiginosus, *Qui a telles taches au visage.* Frons, frondis, *La fueille des arbres* Frondes, pro ramis, *Rameaux d'arbres, rainseaux.* Frons, frontis, continetur sub regula, Ns. aut, rs, &c. *Le front.* Hinc Frontem explicare, *Faire belle chere.* Fronte obducta, fronte corrugata, fronte contracta, fronte caperata aliquid facere, *Rechignement, à regret, auec tristesse.*

Et quod à Pendo & Libra compositum est. Libripens, libripendis, *Qui tient vne balance à la main, & poise quelque chose.* Plin. lib. 33. cap. 3 Quoniam & militum stipendiorū, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, Libripendes dicuntur. &c.

Et quod Cor faciet, &c. Composita à Cor, simplicis consonantem seruant, faciuntque genitiuum in dis: vt Concors, concordis, *D'vn mesme courage & vouloir.* Discors, ordis, *Discordant, mal acordé* Excors. excordis, *Vn gros lourdaut, qui n'a nul esprit ny entendement.* Misericors, ordis, *Misericordieux, qui a pitié & compassion de la misere d'aucun, & luy aide.* Socors, socordis, *Estourdy, lourd, qui n'a point de sens.* Vecors, vecordis, *Insensé, qui n'a point de sens.* *Composita à nomine Cor.*

Vntis habento quiens, &c. Iens participium, & ab eo cōposita mutāt i in e, & pro e, quod est in penultima, assumunt u: vt Iens, euntis, *Qui va.* Rediens, redeuntis, *Qui retourne,* *Genitiuus participij Iens & compositorum,*

Abiens, abeuntis, *Qui part & s'en va.* Periens, pereuntis, *Qui perist.* Quiens, queuntis, *Qui peult.* Nequiens, nequeuntis, *Qui n'a point de pouuoir.*

Ambiens tamen contra regulam compositorum, & secundum generalem, ambientis facit, *Qui pourchasse d'auoir quelque chose, qui brigue à auoir quelque cas, qui enuironne.* Sic, Superbiens, superbientis, *Qui s'orgueillist.*

Superbiens.

Annotatio.

Tiryns quoque Græcum Tirynthis facit, assumpta aspiratione.

In X. desinentia.

X, in cis muto. Per gis lex, frux, áquilex, rex,
Grex, remex, flecto: cum Græcis áddito multis
Impétigem. Coniunx, n tollens, cóniugis edet.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Muto x in cis, *ie change ceste lettre des noms terminez en x, par ceste syllabe,* cis, *au genitif.*

Except. { Flecto lex, frux, &c. *ie decline ces six noms icy mis.*
Per gis, *par ceste terminaison au genitif.*
Addito impetigem (his sup. nominibus) *adiouste y ce nom* Impetix *qui fait au genitif,* Impetigis.
Cum Græcis multis, *auec plusieurs noms Grecs.*
Coniunx, n tollens, *ce nom en delaissant la lettre,* n, *qui est à la derniere syllabe.*
Coniugis edet, *fera au genitif,* coniugis, *&* non, coniungis.

Nomen in x desinens, mutat x in cis in genitiuo. *Le nom terminé en* x, *fait son genitif en chāgeāt,* x, *en,* cis: vt Audax, audacis, *Hardy, audacieux, haut à la main.* Fornax, fornâcis: Pax, pacis: Rapax, rapacis: Vorax, voracis, &c. Habent autem in ax desinentia Latina omnia penultimas longas, præter Fax, facis. Virgil. Iámque faces & saxa volant, &c. Peregrina ferè corripiuntur: vt Abax, ábacis: Corax, córacis: Colax, cólacis: Dropax, drópacis: Styrax, styracis: Similax, símilacis, & similia. Ea tamen quæ sequuntur, penultimam producunt: Phæax, phęâcis: Thorax, thorâcis: Thrax, thrâcis: Arctophy

lax, Arctophylâcis. Claudianus tamẽ Siphax, Síphacis corripit: quod Sidonius Latinorũ exẽplo produxit, Tolle tuũ precor Annibalem, victúmque Siphâcem. Harpax, hárpagis facit, breui penultima. Seruat enim consonantem præteriti eius, à quo descendit. Hinc Harpagare verbum, quo Plautus vsus est in Aulularia, *Accrocher.*

In ex monosyllaba, x etiã in cis mutãt genitiuis: vt Fæx, fæcis, *La lie, bourbe & limon de quelque chose que ce soit.* Fæx ciuitatis, *Les meschans gens d'vne ville: la racaille du peuple: la canaille.* Nex, *Mort, soit par glaiue ou autrement.* Merx, *Marchandise.* Plautus, Proba merx facilè emptorem reperit, *Bõne marchandise est bien tost recueillie.* Mercor, aris, *Acheter.* Sed polysyllaba genitiuos per icis faciunt penultima breui: vt Pumex, pumicis, *Pierre ponce.* Silex, sílicis, *Vn caillou.* Culex, cúlicis, *Mouscheron.* Murex, múricis Sic & adiectiua, vt simplex, simplicis: Duplex, icis: Supplex, icis. Et quæ à Facio deriuantur, vt Aurifex, aurificis: Carnifex, ficis: Opifex, opificis: Pontifex, pontificis. Latiùs hæc in subsequenti regula dicentur. *In Ex, monosyllaba.* *Polysyllaba.*

In ix adiectiua, verbalia, & fœminina, faciunt genitiuum per icis, penultima lõga: vt Pernix, pernîcis, à Pernitor, Perniteris, *Qui est viste & soudain, ou leger.* Victrix, victrîcis, *Victoriẽne, vainqueresse.* Struix, struicis, pro extructione. Plautus in Menechmis, Tantas struices concinnat patinarias, *Mõceaux de quelque chose que ce soit.* Itẽ Cornix, cornicis: Lodix, lodicis: Perdix, perdicis: Pistrix, pistricis *Poissõ de mer, Baleine.* Sequẽtia penultimã corripiunt: Pix, picis, *De la poix.* Filix, filicis, *Fonchere, ou fougere.* Larix, laricis, *Vn arbre retirant à vn Pin, ou Sapin.* Salix, salicis, *Saulx.* Amnicolæ salices, *Qui se tiennẽt aupres des riuieres.*

Et hyperdissyllaba pleraque: vt Appendix, appẽdicis, *Vn appentis contre vne maison, accessoire, dependance, appartenance.* Coxendis, coxendicis, *La partie où se ioinct la hanche, où est la maladie appellee Sciatique, la cuisse.* Masculina faciunt etiã in genitiuo icis, sed penultima breui: vt hic Fornix, fornicis: hic Varix, varicis: hic Histrix, histricis, *Porc espic.* Græcorũ magna varietas est. Phœnix, Phœnicis facit penultima lõga. Sic & Spadix, spadicis, quod folium palmæ significat, & colorem eius folij, *Rouge fort reluisant & de haute couleur.* Contrà corripiunt penultimam Cilix, cilicis, gentile: Calix, calicis. *Hyperdissyllaba.*

In Ox, genitiuos faciunt per ocis, penultima longa: vt Vox, vocis, *La voix.* Ferox, ferocis, *Courageux & hardy, brus-*

que, vif, entreprenant & remuant. Celox, celocis, *vne façon de petite barque.* Hæc penultimam corripiũt. Præcox, præcocis (est enim à Præcoquo) *Meur deuant la saison: comme nous disons Poires de hastiueau.* Et gentile Cappadox, Cappadocis.

In ux desinentia, ex in cis quoque mutant genitiuis, penultima breui: vt Nux nucis, *Tout fruict qui a l'escorce dure, comme noix, amandes, & semblables.* Basilica nux, *Vne Noix.* Nux Græca, *Vne amande.* Nux heracleotica, *Chastaigne.* Nuces iuglandes, *Noix, ou noyers.* Nux molusca, *Pesche, ou peschenoix.* Nuces pineæ, *Pommes de pin, Noix de pin.* Nux persica, *Peschenoix.* Nux pontica, *Noisette, Auellaine* Nux prænestica, idem. Nux Thasia, *Amande.* Nucula, læ, diminutiuum. Nucetum, *vn lieu pour planter des noyers, ou des noisettes.* Dux, ducis, *Celuy ou celle qui guide & meine autruy, vne guide, conducteur, vn postillon.* Sic & eius composita, Redux, reducis, *Qui est ramené ou retourné de danger sain & sauf, ou d'exil & captiuité en son pays.* Tradux, traducis, patuit in generibus, & proprium Volux, Volucis, vt quidem Prisciano placet. Hæc penultimam genitiui producunt. Lux, lucis, & Pollux, Pollucis proprium.

In Aux, vnum est, Faux, quod faucis facit, *La gorge.* Fauces, *Vne entree estroicte de quelque lieu: les lieux où les riuieres se rendent en la mer, la bouche.*

Exceptio. Per gis lex &c. Excipiuntur à regula, quæ gis pro cis faciant: vt Lex, legis. Rex regis: Grex gregis. Hæc enim verbis in Go cognata, consonantem eandẽ retinent. Frux, frugis, qui nominatiuus obsoletus est, *Toute sorte de bled.* Aquilex, legis *Qui a l'industrie de trouuer les sources d'eauës, maistre fontanier.* Remex, remigis, *Qui faict mestier de gascher, c'est à dire, de tirer à l'auiron.* Exlex, primitiuum sequitur: tametsi obliquos eius vix inuenias. Impetix, impetigis, *Galle ou gratelle.* Impetigo, tiginis, idem.

Græca quæ sumunt gis in genitiuo. Cum multis Græcis. Sumunt etiam plurima Græca gis in genitiuo: vt Mastix, mastigis, penultima longa, flagellum significat. Vnde Homeromastix, id est, insectator Homeri. Sic Zoilus vocabatur, quem in Olympiis de mõte præcipitẽ deiecerunt Græci, propterea quòd Homero maledixerat. *Mastix.* Mastix autẽ masticis, gũmi genus est. habẽtque penultimã breuem, nec pertinet ad hanc declinationem. Nam Plinius & Dioscorides Mastice nominatiuo casu dixerunt. Potissimùm autem quæ y ante x habent, genitiuos in gis pleraque formãt: vt Phryx, phrygis, *Qui est de Troye.* Styx, stygis,

Vn mareſt d'enfer, penultima breui. Iapyx Iapygis, *Le nom d'vn homme*. Ortyx, ortygis, *Vne caille*. Ortygometra, etræ, *Vn oiſeau qu'on appelle Roy des cailles*. Dioryx, *La foſſe ou canal d'vne riuiere*. Pompholyx, gis, *L'eſcume & ordure du metail* Onyx, onychis facit, ch aſpirata. Sic & compoſitum eius Sardonyx. Inde Sardonychem dixit Perſius, breui penultima. Oryx, gis, *vne ſorte de chéure*. Sic Sphynx, ſphyngis, vel ſphyngos, *Vne ſorte de Marmot, retirant fort ſur la figure de l'homme*. Phalanx, gis, *Vne armee de huict mille hõmes de pied*. Sirynx gis, *Le nom d'vne Nymphe, qui fut muee en vn roſeau*.

Coniunx, n tollens, &c. Coniunx ablata n facit coniugis, *Le mary ou la femme de quelqu'vn, le mary ou la maree*. Subiunx, *Qui a eſté mis ſoubs le ioug*. Iniunx, *Qui n'a point eſté ſoubs le ioug*.

Polyſyllaba in Ex.

E per i mutábunt polyſýllaba. Quam retinébunt
Myrmex, & veruex, áquilex, haléxque, reſéxque,
Atque lelex, celex. Tilis optat habêre ſupéllex.
Dic ſenis, & noctis, niuis. Actis páucula ſeruant,
Teſtis Hylax: ſolúmque Briax formâtur in axis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptio 2. { Polyſyllaba, *Les noms en x, qui ont plusieurs ſyllabes.* Mutabunt e per i, *changeront ceſte lettre e en i, au genitif.*

Subexceptio. { Quam (literam ſup.) *laquelle lettre e.* Myrmex, & veruex, &c. *ces ſept noms exprimez en ce texte.* Retinebunt, *retiendront.*

Exceptio 3. { Supellex optat habere tilis, *ce nom veult auoir au genitif* tilis, *c'eſt à dire*, ſupellectilis. Dic ſenis, & noctis, niuis, *donne au genitif du nom*, ſenex, ſenis, *de*, nox, noctis, *de* nix, niuis.

Exceptio 4.
Paucula, *quelques vns qui sont en petit nombre.*
Seruant actis, *ont & retiennent* actis, *au genitif.*
Testis Hylax, *ce nom en est exemple, qui faict au genitif* hylactis.
Solúmque Briax, *& ce nom seul,*
Formatur in axis, *faict au genitif* Briaxis, *& n'y en a aucū autre qui ait ceste terminaison.*

Polysyllaborū in ex genitiuus. In ex polysyllaba, genitiuos per icis faciunt, e per i mutato, penultima breui: vt Remex, remigis: Vertex, verticis: Apex, apicis: Cortex, corticis: Codex, codicis: Ilex ilicis, *vne sorte de chesne en Prouence.* Podex, podicis, *Le trou du cul, ou proiect.* Vibex, vibicis, notum ex generibus. *Monosyllaba.* Monosyllaba verò retinent e: vt Nex, necis, &c. Item hæc, quamuis sint polysyllaba, Myrmex, êcis, media longa, sicut & reliqua, *Le nō d'vn seruiteur en Apuleius* Veruex, veruêcis, *Mouton.* Aquilex, lêgis, patuit. Halex. Resex, êcis, alio nomine subsidiarius palmes, seu præficiarius & custos, & vinarius palmes, *Ce qui demeure sur le col d'vn sep de vigne, apres qu'elle est taillee, où sont delaissez deux ou trois bourgeons: vne garde, ou autrement vn col.* Lelex, Lelêgis, *Le nom d'vn homme.* Celex, celêcis, *Vn fleuue.*

Supellex. Senex. Supellex, supellectilis habet. Nam & nominatiuo Supellectilis dixerūt veteres. Senex facit senis, quod antiqui etiā Senecis dixêre. Hinc diminutiuum Senecio, onis, *Vieillard, vieil.* Nox, noctis. *Nuict.* Nix, niuis, *Nege.*

Græca habertes genitiuum in actis. Actis paucula seruant. Nonnulla Græca faciūt genitiuos in actis: vt Astyanax, actis, *Le fils d'Hector.* Hylax, actis, *Le nom d'vn chien.* Hipponax, actis, *Le nō d'vn poëte* Bibrax, actis, *vne ville de Gaule.*

Briax, facit Briaxis non Briactis, *Le nom d'vn homme.* Atque hactenus de formatione genitiui.

DATIVVS ET ACCVSATIVVS.

Tértius i præbet. Quartus fit in em tibi casus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Tertius (datiuus) *le datif.* Præbet i, *est terminé en i.*
Regula general. Quartus casus fit in em, *l'accusatif fine en em.*

Annotatio. Datiuus in i desinit: vt huic Pani, legi, poëmati. Et in hūc modū à genitiuo suo cadit atque dependet, nec figura vlla hanc terminationem mutat. Nisi quòd Græcorum datiui

apud poëtas interdum corripiuntur, cùm Latini vbique i longum habeant. Statius, Palladi littoreæ celebrabat Scyrus honorum Fortè diem, &c.

Accusatiuus in em finitur: vt hunc Panem, hanc legem, hanc matrem, hunc nebulonem, hunc solem, hũc torquem.

Accusatiuus nominum Græcorum crescentium.

Crescéntem Græci per a quartum sæpè dedêre.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix.
Græci sæpè dedêre, *les Grecs ont souuent baillé.*
Quartum crescentem, *l'accusatif qui a plus de syllabes que le nominatif.*
Per a, *par ceste terminaison.*

Nomina Græca crescentia, accusatiuum similiter crescentem in a sæpè faciunt. *Les noms Grecs, desquels le genitif a plus de syllabes que le nominatif, font souuent l'accusatif en* a: vt Pan, panos, in accusatiuo Pana: Pæan, pæana: Delphin, delphina: Dæmon dæmona: Hector, hectora: Pallas, pallada: Lichen, lichena: Aër, aëra: Crater, cratera: Castor, castora: Martyr, martyra: Gigas, giganta: Nestor, nestora: Thorax, thoraca. Hanc porrò terminationem Latini per em efferunt: vt Chlamidem, Pallantem, Rhetorem, &c.

Quædam etiam vtroque modo accusatiuum faciunt, hoc est, paribus syllabis & imparibus: vt Chremes, Chremeta, & Chremem, quod Latini fecére: Paris, Paridem, & Parim. Sed hanc diuersitatem ex suis authoribus peti malim. *Chremes. Paris.*

In im accusatiuum mittentia.

Im dant vis, cúcumis, rauis, tussis, sitis, atque
Plúrima Græca, quibus rectus fit in is: sed & in dant.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptio I.
Vis, cucumis, rauis, tussis, sitis, *ces cinq noms.*
Im dant, *font leur accusatif en im, seulement.*
Atque plurima Græca, *& beaucoup de noms Grecs font aussi l'accusatif en* im.
Quibus rectus fit in is, *desquels le nominatif est terminé en* is.
Sed & in dant, *mais ces noms Grecs, oultre la terminaison* im, *ont aussi in par* n.

Latina. Pauca nomina habent ſolùm im: vt Vim, Cucumim, Rauim, Tuſſim. Rauis, *Enrouement.* Tuſſis, *La toux.* Sitis, *La ſoif.* Et plurima Græca, nimirùm quæ vel à Græcis ſumpta ſunt, *Græca.* vel Græcorum formam habent: quæ etiam exeunt in in, per n, in accuſatiuo, quia per os purum Græcè declinantur: vt Araris, Ararim, vel Ararin quod & per Apocopem Arar dicitur: Fabaris, Fabarim, vel in: Tyberis. Tyberim, vel Tybrim: Tigris, tigrim: Sitis, ſitim: Charybdis, Charybdim, *vn peril de mer entre Italie & Sicile.* Magudaris, vel magydaris, *La tige d'vne herbe dicte*, Laſerpicium, *dont vient le Benioin.* Hodie vulgò Aſa dulcis appellatur. Phthiſis, *Entameure de poulmon.* Hinc Phthiſicus, *Qui a le poulmon entamé.* Pleureſis, *Pleureſie.* Pleuretis, pleuretidis, qui & pleureticus, *Qui a la pleureſie.* Tripolis, *Vne ville qui a trois citez ſous ſon authorite & puiſſance.* Metropolis. *La principale & maiſtreſſe ville d'vn pays, la ville capitale.* Decapolis, *Vne region de dix citez* Eclipſis, *Eclipſe.* Iris, *L'arc du ciel.* Hypocriſis, *Reſſemblement, repreſentation & imitation de la perſonne d'autruy: ſimulation feintiſe, faux ſemblant* Erinnys, *vne Furie d'enfer.* Mephitis, *Vne puanteur de terre prouenant d'eaux enſoulfrees.* Amuſſis, *Le cordeau ou la ligne des Charpentiers.*

Virorum propria. Item quædam virorum propria: vt Alexis, Alexim, vel Alexin: Daphnis, Daphnim, vel Daphnin: Paris, Parim, vel Parin: Adonis, Adonim, vel Adonin.

Quædam etiam mulierum vt Iſis, Chryſis, Miſis.

Deorum dearumque. Quædam deorum, dearúmque: vt Apis, Buſiris, Oſiris, Nemeſis.

Figurarum. Quędam nomina figurarum: vt Prolepſis, Tmeſis, Syllepſis, &c.

Annotatio. Solùm autem in is deſinens, poteſt facere per im, vel in, accuſatiuum.

Hoc adde, accuſatiuum per im, vel per in, nunquam creſcere, licet genitiuus aliquando creſcat.

In em, & im accuſatiuum deſinentia.

Em dat & im buris, peluis, cum claue, ſecûris,
Et puppis, turris, reſtis: ſic febris, aquâlis:

Sic pestis, nauis, torquis: coniúnge bipénnim.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptio 2. { Buris, peluis, &c. *ces treize noms comprins en ce lieu.* / Em dat, & im, *ont l'accusatif en*, em, *& en*, im.

Quædam habent em, vel im: vt Buris, hanc Burem, vel burim, *Le manche de la charue.* Peluis, *vn bassin à lauer les pieds.* Clauis, *Clef* Securis, *Vne coignee, vne hache.* Puppis, *La derniere partie de la nauire poupe.* Turris, *Vne tour.* Restis, *Vne corde.* Resticula, *Cordelette* Febris, *Fiéure.* Aqualis, patuit superiùs. Pestis, *Peste* Nauis, *Nauire.* Torquis *Collier, carquan.* Bipennis, *Besague.* Hic & hæc Bipennis, & hoc bipenne, *Ayant deux ailes.*

Est autem diligenter animaduertendum atque obseruandum, vtra terminatione vsi fuerint autores, quámque lubentius sequatur vsus. Vsitatior enim est Nauem, quam nauim. Virgil. 1. Aeneid. Iã validam Ilionei nauẽ, iam fortis Achatæ. Qua voce & Liuius & Terentius accusatiuum ferè faciunt: vt Nauẽ ascendit. Nauim tamẽ apud eundem Virgil. reperitur, in hunc modum: Nauim in conspectu nullam, &c. Et apud Persium, Nauim si poscat sibi peronatus arator. *Obseruandum diligenter.*

Quo pacto & Clauim à clauis, dici quidam volunt: sed ego Clauem rectiùs dici iudico. Sic enim & Ouidius 1. Fastorum, Ille tenens baculum dextra, clauémque sinistra. Cõtrà Turrim, quàm turrem rectiùs: & Peluim, quàm peluem: & Restim, quàm restem. Et sic de aliis iudicabit, qui Latinè loqui volet.

ABLATIVVS.

Sextus e donâbit, ceu pauper, sospes, & hospes.

Mobílibus réliquis e, vel i dabo. Plus ca pe pluri.

Quòd si sit neutrum per e, tantùm sextus in i fit:

Vt dulcis, dulci. Per e dat quandôque

poëta.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Sextus (ablatiuus) *l'ablatif des noms de la tierce declinaison.*
Donabit e, ceu pauper, &c, *se terminera en,e, comme par exemple ces trois, qui communement sont adiectifs.*

Exceptio 1. Dabo i vel e, mobilibus reliquis, *ie bailleray l'vne ou l'autre de ces deux terminaisons, aux autres noms adiectifs.*
Plus cape pluri (cape, id est, capiat) *que ce nom adiectif,* Plus. *reçoiue seulement* pluri, *en son ablatif, & non,* plure.

Exceptio 2. Quòd si sit neutrũ per e, *que si la neutre terminaison des adiectifs qui ont deux voix, est,* e, *au nominatif.*
Sextus fit in i tantùm, *l'ablatif se termine en,* i, *seulement.*
Vt dulcis, dulci, *comme ce nom cy qui fait en l'ablatif,* dulci, *& non,* dulce.
Poëta, *le poëte à cause du carme.*
Per e dat quandoque, *fait aucunefois l'ablatif en,*e, *des noms qui doiuent auoir* i, *regulierement.*

Ablatiuus regulariter, in e, desinit: vt Pectus, à pectore: Pestis, à peste: Clauis, à claue: Classis, à classe: Torquis, à torque: Rudis, à rude, pro virga, *Vne verge de bois qui n'est point accoustree.* Rude donatus, *A qui on a donné son congé.* Hinc Rudicula, culæ, diminutiuum, *vne petite verge dequoy on remue les choses qu'on cuit: vne espatule.* Vmbo, ab vmbone, *Le milieu du bouclier.* Pauper, à paupere: Sospes, à sospite: Hospes, ab hospite.

Rudis. *Vmbo.*

Pauper. Hospes. Sospes. Pauper, Hospes, Sospes, quamuis alibi inter communia numerentur, hìc tamen adiectiua esse dicuntur, quoniam neutro generi tribui possunt, & ita vsurpata reperiũtur: propter quæ etiã ponitur regula, Mobilibus reliquis, quæ est exceptio prima à præmissa regula. Omnia itaque adiectiua præter Pauper, Hospes & Sospes, faciũt ablatiuum in e, vel in i: vt Degener, à degenere, vel degeneri, *Qui forligne, qui fait deshonneur à sa lignee, qui est de mauuaise race, qui ne vault rien.* Insons, ab insonte, vel insonti, *Innocent de quelque chose, & qui n'est point coulpable.* Sons, à sonte, vel sonti, *Coulpable.*

Exce. prima. *Degener.* *Insons. Sons.*

Communia adiectiue sumpta. Sunt & quædam alia, quæ communia quidem sunt, tamen quoniam aliquando adiectiuè sumuntur, ablatiuum etiam habent in i: vt Hebes, ab hebete vel hebeti: Teres, à terete vel tereti: Memor, memore, vel memori: Inquies, inquiete, vel inquieti: Huber, hubere, vel huberi: Artifex, artifice, vel artifici: Diues, diuite, vel diuiti: Comes, comite, vel comiti.

Verbalia in trix. Præterea omnia verbalia in trix quæ nonnunquã adiectiua fiũt: vt Victrix, a victrice, vel victrici. Hæc omnia & similia quæ adiectiua esse possunt, habebũt e vel i in ablatiuo. At si

adiectiua esse non possunt, habebũt e tantummodò: vt Obstetrix, nutrix, ab Obstetrice, nutrice.

Plus tamen facit pluri, & non plure.

Quòd si sit, &c. Adiectiua in ia, & er desinentia, quorum neutra in e exeunt, aut per duos, aut per tres fines declinata, faciunt ablatiuũ in i tantùm, & non in e: vt hic & hæc Dulcis, & hoc dulce, ablatiuo à dulci. Hic Alacer, hæc alacris, hoc alacre, ablatiuo ab alacri. Sic Forti, leui, illustri, exili, puerili, acri, pedestri, celebri, salubri, &c. *Exceptio secunda.*

Poëtæ tamen metri causa, quandoque e pro i ponunt: vt A cæleste sagitta figar, pro cælesti, ex Ouidio. *Annotatio.*

Adiectiua, si aliquando fiant substantiua appellatiua, retinent etiam ablatiuum adiectiuorum, siue eandem retineant significationẽ, vt Pingue, ablat. pingui: siue metaphoricôs sumantur, vt Riualis, ablat. riuali: siue etiam per subintellectionem, vt Molaris, cõsularis, confinis, affinis, sodalis, familiaris, natalis. Reperiuntur & cum e: sed raró, & plerunque apud poëtas. Nos autem non tam quid necessitas, aut vetustas effecerit, quàm quid probet vsus, inuestigamus. *Adiectiua appellatiua substantiuè sumpta.*

At si adiectiua fiant substantiua propria, habebunt communem duntaxat terminationẽ, e, scilicet: vt Clemens, clemente, vel clementi, quando est adiectiuum: sed proprium non habet nisi Clemente. Idem sentiendum est de Fœlix, Martialis, Iuuenalis, Arcas: quæ adiectiua, adiectiuorum sequuntur regulam: sed facta propria, habent e tantùm. *Adiectiua propria substantiua effecta.*

Neutrorum in Al, Ar, & E, desinentium ablatiuus.

Al, vel ar, i neutris tantũ dant, sicut e: præter Sal, iubar & nectar, far, & hepar. Ait mare vates.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Al, vel ar, sicut e, *Les noms ayans l'vne de ces trois terminaisons.*
- Dant i tantùm (in ablatiuo sup.) *ont seulement, i, en l'ablatif, & non e.*
- In neutris (nominibus sup.) *pourueu qu'ils soient neutres.*

Exceptio.
- Præter sal, iubar, &c. *excepté ces cinq, qui ont, e, seulement, & non, i.*
- Ait mare vates, *le poete dit aussi quelquefois, mare, en l'ablatif, à raison du carme.*

Nomina neutra in al, & ar, & e desinentia, per i tantùm faciunt ablatiuos: vt Animal, animali. Tribunal, tribunali. Vectigal, vectigali. Torcular, torculari. Calcar, calcari. Puluinar, puluinari. Cubile, cubili. Monile, monili. Sedile, sedili. Mare, mari.

Exceptio. Præter sal, iubar, &c. Tolluntur à regula Sal, quod sale facit. Iubar, iubare. Nectar, nectare, *Vne sorte de vin faict de moust & de miel: la boisson des Dieux des Payens.* Far, farre. Hepar, hepate.

Annotatio. Ait mare vates. Poëtæ quandoque e pro i ponunt: quod quidem magis notandum est, quàm imitandũ: vt Præneste sub ipsa, dicit Virgilius, pro Prænesti Quod Priscianus propriis peculiariter accidere dicit. Sed tamen videmus veteres & alia pleraque eodem modo finisse. Plautus in Rudente: Dicunt in mare communi captos. Idem, Mea opera, & rete, & mare, &c. pro mari, & reti.

Mensium nominum ablatiuus.

Ménsibus i tantùm est, vt queis dat quartus in, ímve.
Sextus e donat & i, quum quartus in em, vel in im fit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix 1.
I tantùm est, *ceste lettre cy est seulement a l'ablatif.*
Mensibus (nominibus mensium, tertiæ declinationis) *aux nõs des mois: c'est à dire, les noms des mois de la tierce declinaison, ont seulement*, i, *en l'ablatif.*
Vt queis (id est, vt his nominibus quibus) *comme aux nõs außi ausquels:*
Quartus dat in, ímve, *l'accusatif baille ces deux terminaisons indifferemment*, in, *par* n, *ou*, im, *par*, m.

Appendix 2.
Sextus e donabit, & i, *l'ablatif a außi indifferemment*, e, *ou*, i.
Quum quartus, *quand l'accusatif.*
Fit in em, vel in im, *se fine par ces deux terminaisons cy indifferemment.*

I solùm. Nomina mensium faciunt ablatiuũ in i: vt Aprili, Quintili, Sextili, Septembri, Octobri, Nouembri, Decembri. Iuuenalis Satyr. 7. Tunc par ingenio pretiũ, tunc vtile multis Pallere, & toto vinum nescire Decembri. Nam & ab Imbri veteres dixisse Priscianus docet. Recentiores tamen ab Imbre dicere maluerunt.

Vt queis

Vt queis dat, &c. Nomina quoque in is, quorum accusatiuus fit in im, vel in in, finiunt ablatiuũ in i solùm: vt Genesis, genesim, vel in, ab hac genesi. Sic Diœcesis, diœcesi. Eclipsis, eclipsi. Vis, vi. Tussis, tussi. Sitis, siti. *I, solùm.*

Sextus e donat, &c. Quæ verò habent em & im indiscriminatim in accusatiuo, ablatiuum faciunt in e & in i indifferenter: vt Nauis, à naue & naui. Febris, à febre & febri. Puppis, à puppe & puppi. Securis, à secure & securi. Restis, à reste & resti. Buris, à bure & buri. Clauis, à claue & claui. Peluis, à pelue vel pelui, &c. *I, & e.*

Substantiua in I, & E, facientia ablatiuum.

I vel e dant finis, fustis, pugil, & vigil, imber,

Vnguis, auis, postis, vectis, cum nepte, supéllex,

Atque tridens, classis, cum clauis, & amnis, & ignis:

Sic anguis, strígilis, strígili: vix strígile dicam.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix. Finis, fustis, pugil, &c. *tous ces dixhuict noms cy mis.* Dant i, vel e, *baillent a l'ablatif ces deux terminaisons indifferemment.*

Pleraq; substãtiua hîc posita, habẽt e vel i in ablatiuo, sed e vsitatiùs: vt Finis, fine vel fini. Fustis, fuste vel fusti, &c. *I, & e.*

Strigilis, strigili tantùm facit. Nam & Strigilim, accusatiuo casu apud Nonium leges. *Vne estrille à estuues, de laquelle anciennement on se frottoit, & abbattoit-on les ordures du corps és estuues. Il signifie aussi vne estrille à cheuaux.* Horat. Furtiua mutat strigili. Id genus plura fortassis, quàm hîc sunt expressa, diligens lectio suppeditabit.

PLVRALIS NVMERVS.

Nominatiuus.

Rect' in es fiet plurâlis: iũgito quartũ.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Rectus pluralis, *le nominatif du nombre plurier.*
- Fiet in es, *se terminera en* es.
- Iungito quartum, *adiouste aussi l'accusatif, qui ainsi que le nominatif se termine en*, es.

Nominatiuus, accuſatiuus, & vocatiuus, plurales ſimiles ſunt in nominibus maſculini aut fœminini generis, deſinúntque in es: vt nominatiuus, accuſatiuus & vocatiuus Homines. Sic Colles, Ardeliones, Partes, Fines, &c.

Le nominatif & accusatif & vocatif pluriers de la troisiesme declinaison, és noms masculins & feminins se terminent en es.

Accuſatiuum pluralem in es, & eis per diphthongon, vel in as facientia.

Quùm genitiuus ium dat, quartus in eis quoque fiet.

Trallis & Sardis es ſpernunt. Quartus in as fit,

Dum per a quartus erat: ceu dæmonas, atque gigántas.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix 1.
- Quum genitiuus dat ium, *quand le genitif a ceste terminaison* ium.
- Quartus quoque fiet in eis, *l'accusatif sera terminé par diphthõgue pareillement, & outre la terminaison commune.*

Exceptio.
- Trallis, & Sardis, *ces deux noms, qui sont du nominatif & accusatif plurier,*
- Spernunt es (reiiciunt hãc terminationem) *reiettẽt ceste terminaison, car nous ne disons pas* Tralles & Sardes.

Appendix 2.
- Quartus fit in as, *l'accusatif est termine en* as.
- Dum quartus erat per a (id eſt, in his nominibus, quorum accuſatiuus ſingularis deſinit in a) *quãd l'accusatif singulier est terminé en* a.
- Ceu dæmonas atque gigantas, *comme pour exemple ces deux nõs qui au nombre singulier sont* dæmona & giganta.

Nomina, quorum genitiuus pluralis in ium deſinit, faciunt accuſatiuum per es, & plerunque per eis, antiquam diphthõgum: vt Acres vel acreis, Omneis, Salubreis, Parteis, Arteis, Imbreis, Decembreis, Plureis, Cõplureis, Fineis, &c.

Les nõs desquels le genitif plurier est terminé en ium, *font le plus sou-*

uent l'accusatif en eis, *par diphthongue. Ces deux* Trallis & Sardis, *sont exceptez: car seulement sont terminez en* is, *& non en* eis, *tant au nominatif qu'à l'accusatif.*

Quartus in as fit, &c. Quando accusatiuus singularis desinit in a accusatiuus pluralis etiam in as poterit terminari. *Quand l'accusatif singulier est terminé en a, le plurier pourra estre mis en* as: vt hanc Lampadem, vel lampada: lampades, vel lampadas: Titanem, vel titana: titanes, vel titanas. Sic Cyclopas, Crateras, Dæmonas, Gigantas, Heroas, Arcadas, Tripodas, Sirenas, Delphinas, & similia.

Vbi & illud notandum, quòd quæ Græcis casibus in es vel as desinunt nominatiuo & accusatiuo, vltimam plerunque correptam habent: vt Virgilius, Iam verò & Rutuli, certatim Troës & omnes. Et, Sparsásque per æquor Cycladas, & crebris legimus freta concita terris. *Annotatio.*

Neutrorum nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus.

Quod dedit i sexto (nisi cómparat) hoc ïa ponit.
Vult ïa plus raró: nunquam vetus. Effer aplústra,
Vel stria. Si solùm dat sextus e, non ïa pones.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.
Quod (nomen sup) *Le nom lequel,*
Dedit i sexto (habuit i in ablatiuo singulari) *a eu i à l'ablatif singulier.*
Hoc ponit ia, *celuy nom a pour sa terminaison au nominatif, accusatif, & vocatif, ceste voix* ia.

Excep. 1.
Nisi comparat (id est, nisi comparatiua, vel nisi sit comparatiui gradus) *exceptez les comparatifs, qui n'ont sinon* a.
Plus vult ia raro (id est, minus frequenter) *ce nom n'a gueres souuent* ia *au nominatif.*
Nunquam vetus (vult ia sup) *ce nom* vetus *ne fait iamais* veteria, *mais fait seulement* vetera.
Effer aplustra, vel stria, *baille ces deux accusatifs à ce nom* Aplustar *à sçauoir,* Aplustra vel aplustria: *car ils sont tous deux en vsage.*

Exceptio 2. Si sextus dat solum e, *si l'ablatif singulier n'a sinon que* e.
Non ia pones (tu non dabis ia pro sua terminatione plurali, *tu ne luy bailleras seulement que* a *pour sa terminaison du plurier nombre, & non* ia.

Nominatiuus in ia desinens. In ia exeunt ea, quorum ablatiui desinebant in i tantùm, vel i & e promiscuè: vt Altaria, maria, tribunalia, mol.ii, vectigalia, audacia, victricia, fœlicia, amentia. *Es noms neutres si l'ablatif singulier se termine en* i *seulement, ou en* e *&* i *indifferemment le nominatif, accusatif & vocatif auront* ia.

Comparatiuorum nominatiuus. *Plura & pluria.* *Vetera, & non veteria.* *Aplustra, & aplustria.* Comparatiua tamen per a tantùm finiuntur: vt sunt Meliora, grauiora, maiora, dulciora, fortiora, peiora. Veteres tamen & Pluria & plura dixisse, author est Aulus Gel. lib. 5. cap 21. vnde Complura & compluria. Vetus facit vetera, & nunquam veteria. Et à singulari Aplustre, aplustra, & aplustria, vsus fecit. Cæsarius in Arato, Nauibus absumptis, flui tantia quærere cœperunt aplustra. Et in eodem Cæsa. Fulgent Argoæ stellis aplustria puppis. Est autem Aplustre, nauis ornamentum, *Vn ornement qui est sur le mast d'vn nauire.*

A solum. Si solùm dat, &c. Quæ ablatiuum singularem in e tantùm terminant, solùm faciunt in a vt Dogmata, corpora, sidera, littora, pecora, pectora, flumina, corda.

Genitiuorum Latinorum & Græcorum terminatio generalis.

Vm vel ium pátrio Látium dat. Græcia vult on.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Latium (sermo Latinus) *la langue Latine.*
Dat patrio um, vel ium, *baille au genitif plurier l'vne de ces deux terminaisons.*

Exceptio 1. Græcia (sermo Græcus) *la langue Grecque.*
Vult on, *veult auoir* on *en son genitif.*

Genitiui Latini terminatio est um, vel ium. *Tous noms Latins font leur genitif plurier en* um, vt Patrum, orationum, corporum *ou en*, ium, vt Partium, tribunalium, artium. *Mais les noms Grecs ont* on: vt Genescon, epigrammaton, hæreseon, diœceseon.

Annotatio. Sæpè autem mediocriter literatis, nonnihil negotij hæc varietas facit, dubitantibus vtra terminatione sit vtendum. Proinde pueri diligenter adsuefaciendi sunt ad perdiscendam huius casus varietatem.

Ium terminatio.

Præbet iũ pátri', si sextus in i fuit antè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptio 2. Patrius præbet ium, *le genitif plurier a ceste terminaison* ium. Si sextus antè fuit in i, *si l'ablatif singulier a esté terminé en* i.

In ium desinunt omnia, quorum ablatiui finiunt in i, siue i solùm, siue i & e simul: vt Ancili, ancilium: Igni, ignium: Amni, amnium. Vtile, vtilium: Fœlici, fœlicium: Victrici, victricium: Monili, monilium. Sic Nostratium, vestratium, ditium, prudentium, amentium, dulciũ, cælestium, sontium. *Syncopa.*

Nonnunquam tamen syncopa fit: vt Cælestûm, pro cælestium, apud Virg. Aeneid. 9. Arpinatûm, pro Arpinatium, apud Ciceronem Epist. lib. 13. Alia epistola communiter commendaui tibi legatos Arpinatûm. Id autem fit maximè in his quæ in us desinunt, qualia sunt Præsens, amans, prudés, legens, &c.

Exceptio.

Tolle vigil, supplex, ópifex, vetus, & pugil, & quod
Cómparat (excépto plus) artíficem, strigilémque,
Atque ínopem, mèmorem, consórtem: iúngito & ortum
A capio: diues quibus ádditur. Vm dat e tantùm.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptio 3.

Tolle vigil, &c. (excipe à præcedente regula hæc nomina) *Exceptez de la susdicte reigle*, Præbet ium patrius, *les noms icy exprimez, qui sçait qu'ils ayent.* i, *a l'ablatif singulier, ils n'ont toutesfois sinon*, um, *au genitif plurier.*

Et quod comparat (id est comparatiua) *& les noms cõparatifs.*

Excepto plus, *fors & excepté ce nom*, plus, *qui fait*, plurium, *& non*, plurum.

Iungito & ortum à capio, *adiouste aux susdicts noms les composez de ce verbe*, capio, *qui en sont exceptez.*

Quibus additur diues, *ausquels est adiousté ce nom qui fait*, diuitum, *& non*, diuitium.

Appendix. E tãtum, *le nom qui a l'ablatif singulier est seulement terminé en, e.* Dat um, *a au genitif plurier,* um, *&* ium.

Excipiuntur à superiore regula Præbet ium, quædam nomina solùm habentia um, licet in ablatiuo singulari habuerint i. vt Vigil, vigilum. Supplex, supplicum, *Qui fait le petit deuant aucun, qui s'abaisse deuant vn autre, comme on fait deuant Dieu quand on le prie.* Supplices libelli, *Requestes.* Opifex, opificum, *Ouurier.* Sic Pontifex, Pontificum: Artifex, Artificum, & similia à facio composita.

Comparatiuorũ genitiuus. Item comparatiua: vt Maior, maiorum. Melior, meliorũ. Fortior, fortiorum. Peior, peiorum. Plus tamen solùm facit plurium. Strigilis, strigilum, Inops, inopum, *Pauure.* Memor, memorum, *Qui a memoire & souuenance de quelque chose, dont lon se peult souuenir* Consors, consortum. *Qui est participant, & à qui on communique quelque affaire.* Consortes, consortum, *Ceux de qui les terres & possessions s'entretouchent.* Exors, exortium habet, nisi per syncopam exortum dicatur, *Qui n'est point participant de quelque affaire.* Vnde Exors consilij seu rationis.

A Capio composita. Iungito & ortum à capio. Composita à Capio, is, faciunt etiam um: vt Manceps, mancipum. *Vn fermier d'vne ferme publique, comme d'vn huictiesme, & autres semblables: c'est aussi qui vient auec promesse de garentir.* Municeps, municipum, *Qui iouyt de mesmes priuileges, & fait aussi les charges accoustumees en vne ville, tout ainsi que ceux qui en sont natifs.* Particeps, participum. Diues, facit etiam diuitum, *Riche.*

In um solùm desinentia. Vm dat e tantùm. Nomina quæ habent e tantùm in ablatiuo singulari, faciunt genitiuum pluralem solùm in um: vt Nomine, nominum. Dogmate, dogmatum Exule, exulum. Poëmate, poëmatum. Arundine, arundinum. Consule, consulum. Sic Numen, Agger, Fur, Mas, Miles, Ciuitas, Silex, Caput, Præsul, Siren, Delphin, Canon, Cæsar, Pater, Martyr, Fornax, Turtur, Præs, Pes, Sacerdos, Dux, Laus, Fraus Crus, Palus, Mus, Sus, Bos: quorum quædam habent aliquando ium sed perpauca: qualia sunt Fornax apud Plinium, Crus apud Senecam, nisi mendosi sint libri.

Annotatio. Legimus etiam Vectigaliorum & ancyliorum, à Vectigali & ancyli. Suetonius: Et vectigaliorum residuas adiecit. Hor. Ancyliorum & nominis, & togæ oblitus. Quod tamen potiùs notandum quàm imitandum est.

Alituum. Alituum quoque pro alitum, per Epenthesim facit poëta.

Festorum nomina. Notãtur & hoc loco Festorum nomina antiqua, quæ du-

plices genitiuos habent: vt Saturnalia, Saturnalium, & Saturnaliorum: Bacchanalia, Bacchanalium, & Bacchanaliorum.

Prima exceptio à regula Vm dat e tantùm.

As dat ïum Latiâle: magis polyſyllaba dant um.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exc. 1.
As Latiale (nomen Latinum in as ſingulari numero deſinés) *le nõ Latin, qui a pour la terminaiſon du nominatif ſingulier,* as.
Dat ium *ſe fine en,* ium, *au genitif plurier.*
Polyſyllaba, *toutefois ceux qui ont plusieurs ſyllabes.*
Dant um magis, *ſont en* um, *pluſtoſt qu'en,* ium.

Regula, Vm dat e tantùm, ſex habet exceptiones, quarum prima eſt hæc: Nomen Latinum in as deſinens, facit genitiuum pluralem in ium: vt Mas, marium: Vas, vadium: As, aſſium. Et gentilia: vt Arpinatium, & Arpinatum, vt ſuprà. *Latina.*

Polyſyllaba nihilominus melius efferuntur per ſyncopẽ, tum in proſa, tum in carmine: vt Dignitatum, Bonitatum, Aequitatum, à nominibus Dignitas, Bonitas, Aequitas. *Polyſyllaba.*

Dictum eſt autem Latinum, quia Græca um ſolùm faciunt: vt Arcadum, Athlantum, Gigantum, à nominibus Arcas, Athlas, Gigas, &c. *Græca.*

Quinque aliæ exceptiones à regula, Vm dat e tantùm.

Donat ïum ſamnis, lynter, caro, dos, vter, os, os,
Glis, faux, nix, nox, cor, lis, cos, quódque úncia donat.
S quoque non creſcens, velut ns: iunge Quirîtem.
Excipis inde canis, iúuenis, panis, volucríſque,
Et vates, proles, ſóboles, fortè índole iuncto.

Donat ium cum mure,cohors: monosyllaba iunge,
Cónsona bina tenet si finis. Finge priôrem
Tantùm plurâli númerum. Signâto figûras.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptio 2. Samnis,lynter,caro,&c.*Ces dixsept noms icy exprimez.* Donat ium.*ont a leur genitif plurier*,ium. Quódque vncia donat,*& les composez de ce nom*,vncia.

Exceptio 3. S quoque non crescens, *& aussi le nom terminé en s, qui n'a pas plus de syllabes au genitif,qu'au nominatif.* Velut ns,*cóme ceux aussi qui sont terminez en ces deux cósonátes.*

Appendix 1. Excipis inde, *tu excepte de la reigle precedente*, S quoque non crescens. Canis,iuuenis,&c.*ces huict noms icy exprimez.* Fortè indole iuncto,*en y adioustant ce mot*,indoles,*si d'auenture il se trouue au nombre plurier auec les sept precedents.*

Appendix 2. Cohors cum mure,*ce nom*,cohors,*auec ce nom*,mus,muris. Donat ium,*baille au genitif plurier ceste terminaison*,ium. Monosyllaba iunge, *tu y adiousteras les noms qui n'ont qu'vne syllabe.* Si finis tenet consona bina,*moyennant qu'ils soient terminez en deux consonantes.*

Appendix 3. Finge priorem numerum,*feins le singulier nombre.* Tantùm plurali,*aux noms qui seulemét ont le plurier,par la proportion & similitude d'iceluy singulier,faire ledict plurier.* Signato figuras, *sois aduerty des figures qui peuuent aduenir au genitif.*

Secunda exceptio. In his octo versiculis promiscuè & confusè aliæ quinque exceptiones à regula. Vm dat e tantùm, comprehenduntur. Quarum secunda, septemdecim nominum hoc in textu expressorum est, genitiuum pluralem in ïum facientium: vt Samnis,Samnitium:Lynter lyntrium:Caro,carnium. Nam antiqui etiam Carnis nominatiuo casu dicebant. Dos, dotium. Vter,vtrium.*Vne peau pour mettre du vin ou de l'huile.* Os, oriium: Os,ossium: Glis,gliriū: faux,faucium. *La gorge.* Nix, niuium: Nox noctium: Cor,cordium: Lis,litium: Cos,cotium. Et cōposita ab Vncia: vt Septunx,septuncium: Quincunx,quincuncium.

Nomina quoque in es, vel in is, non crescẽtia, id est, quæ pares syllabas in nominatiuo ac genitiuo singulari habent: vt Aedes, ædium: Sedes, sedium: Moles, molium: Strages, stragium: Mensis, mensiũ: Collis, collium: Vermis, vermiũ: Clauis, clauium: Turris, turrium. *Tertia exc. Es. Is.*

Excipiuntur tamen & à regula quæ sequuntur: Canis, canum: Iuuenis, iuuenum: Panis, panum: Volucris, substantiuum, volucrũ: Vates, vatum: Proles, prolum: Soboles, sobolum: Indoles, indolum: si tamen hæc tria postrema pluraliter inueniantur. *Quarta exc.*

Velut ns, &c. Habẽt quoque ïum nomina in ns, desinentia: vt Dens, dentiũ: Mons, montium: Pons, pontium: Mens, mẽtium: Parens, parentium: vt apud Horatiũ, Dos est magna parentiũ. Sed tamen Parentum vsitatiùs dicitur. Quæ syncopa & in aliis quibusdam eiusdem terminationis crebrò fit: vt serpentum, Bidentum, Rudentum, &c. His additur Quiris, Quiritis, faciens Quiritium, & sæpè Quiritum, per eandem syncopam. *Quinta exc.*

Donat ïum cum mure, &c. Mus facit murium: Cohors, cohortium. Item monosyllaba, in duas consonantes desinentia, faciunt ïum in genitiuo plurali: vt Trabs, trabium: Cohors, cohortiũ, *La cour d'vne metairie, ou autre grande maison.* Ars, artium: Pars, partium: Vrbs, vrbium: Falx, falcium. Sic Puls, Stirps, Laus, Merx, & similia. *Sexta exc.*

Finge priorem, &c. Omnia pluralia in es, singulari carentia, habent etiã genitiuum in ium: ex analogia vel ex proportione, siue multitudine numeri singularis, qui verisimiliter esset, si singulari non carerẽt: vt Fores, forium: Manes, manium: Alpes, alpium: Tres trium. Sic Pugillares, Gades, Fasces, Sẽtes, Annales, Sortes, quæ in Heteroclitis declarabuntur. In quibusdam tamen fit syncopa: vt Penates, penatium, vel penatum: Quirites, Quiritium, vel Quiritum: Primates, primatium, vel primatum. *Annotatio.*

Octo prætereà, um, tantũ faciunt, siue per syncopen, siue alia ratione: Opes, opum: Maiores, maiorum: Minores, minorum: Proceres, procerum: Lemures, lemurum: Primores, primorum: Luceres, lucerum: Celeres, celerum. *Octo genitiuũ per um tantũ facientia.*

Signato figuras. Notandæ sunt figuræ quæ circa genitiuũ cõtingunt, quæ sunt Syncope & Epenthesis. Syncope iam satis declarata est: vt Cęlestûm, pro cęlestiũ: Agrestûm pro agrestium: Macedûm, pro Macedonum. Epenthesis, est ad- *Figuræ notandæ.*

iectio literæ vel syllabæ in medio dictionis, metri gratia: vt Alituum, pro alitum.

Datiuus pluralis.

Tértius est in ibus. Bos, bobus flecto, boúmque.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Tertius, *le datif plurier*. Est in ibus, *se termine en* ibus.

Exceptio. { Flecto, *se decline irregulierement*. Bos, bobus, boúmque, *ce nom, en luy donnant au datif & ablatif plurier*, bobus, *& au genitif*, boum.

Datiuus, cui ablatiuus sēper est similis, fit in ibus: vt Patribus, matribus, fratribus, vxoribus, hominibus. Sic Dogmatibus, aromatibus, epigrāmatibus, sophismatibus, poëmatibus. Sed hæc Græca in ma, neutri generis, genitiuos & ablatiuos habēt, eósque sæpiùs & elegantiùs in atis faciunt quàm in atibus: vt Dogmatis, aromatis, epigrammatis, sophismatis, & poëmatis, ab antiquis nominatiuis, Dogmatum, aromatum, epigrammatum, &c.

Bos anomalum est, facítque boum in genitiuo, & bobus in datiuo & ablatiuo. Quidam tamen dicunt Bubus, pro bobus: inter quos sunt Plinius, Varro, & Columella.

QVARTA DECLINATIO.

Nominatiuus.

Quarta dat us recto: dat u prius inuariâtum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Quarta (sup. declinatio) *la quatriesme declinaison*. Dat us recto, *baille ceste terminaison au nominatif singulier*. Dat & u, *elle a aussi ceste terminaison* u. Priùs (in numero singulari) *au nombre singulier*. Inuariatum (non declinatum) *indeclinable par tous les cas*.

V. Quarta nominis declinatio duas obtinet terminationes in nominatiuo singulari, us, & u, quæ neutrorū est. Sed nomen in u, in singulari numero non variatur, in plurali verò declinatur: vt Cornu, veru, tonitru, Cornua, verua, tonitrua, & similia. Quanquā in plerisque cæteri casus præter nomi-

natiuum & accuſatiuum, admodum rari ſunt. Sunt & quæ plurali omninò carent: vt Gelu, Aſtu, Promptu, Natu, &c. quæ in Heteroclitis patebunt. De his quæ in us deſinunt, exempla ſunt, Fructus, *Fruict.* Rictus, *L'ouuerture de la bouche quand on rit.* Victus, *Le viure.* Nictus, *Clignement d'œil.* Potus, *Breuuage.*

Genitiuus.

Vs genitîuus habet: per üis flexêre vetuſti.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Genitiuus habet us, *le genitif a us pour ſa terminaiſon.*

Appendix. { Vetuſti (veteres) *les anciens.*
Flexêre (declinauerunt genitiuum ſup.) *ont decliné le genitif.*
Per uis, *par deux ſyllabes diuiſees.*

Genitiuus in us deſinit: vt Senatus, huius ſenatus, *Le ſenat, la compagnie des Senateurs & Conſeillers de la ville de Rome.* Magiſtratus, huius magiſtratus, *Magiſtrat, qui a iuriſdiction & authorité de iuger: l'office & dignite du magiſtrat.*

Per üis, & c. Veteres etiam per üis diuiſas ſyllabas genitiuum fecerunt. Ter. in Heautont. Eius anuïs cauſa opinor quæ erat mortua. Nam apud eundem, Nihil tumulti, nihil ornati, fructi, quæſti, aduenti, & id genus alia, pro Tumultus, ornatus, fructus, quæſtus, aduentus, antiquè dicta ſunt in ſecunda declinatione. *Genit. antiquus.*

Datiuus.

Tértius optat üi: quandôque per u quoque lectus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Tertius optat ui, *le datif veult auoir ceſte terminaiſon.*

Appendix. { Lect⁹ quoque, *ayant auſsi eſté trouué & leu és autheurs approuuez.*
Quandoque (aliquando) *aucunesfois.*
Per u, *par ceſte terminaiſon.*

Datiuus in üi diuiſas ſyllabas exit: vt. Commeatus, commeatus, commeatui, *Congé & ſaufconduit que donne le capitaine à vn gendarme.* Commeatus in vtroque numero, *Viures ou victuailles pour vne armee, munitiõ de viures.* Aeſtus, *L'ardeur du ſoleil:*

la grande & excessiue chaleur sortant du feu, comme celle qui sort de la gueule d'vne fournaise. Luxus, *Toute superfluité, exces, & dissolution en viande, ou habits, ou autres choses.*

Datiuus antiquus.

Quandoque per u, &c. Aliquando tamen apud poëtas per u inueniuntur, à genitiuo antiquo iis, qui in rariore vsu est, nisi per apocopen efferri dicas: vt apud Virgil. 1. Aenei. Parce metu Cytherea. Idem 2. Geor. Namque aliæ victu inuigilant. Et alibi. Aspectu pro aspectui: Concubitu pro concubitui. Terent. etiam, Vestitu nimio indulges, pro vestitui: vt tradit Gell. lib. 4. cap. 6. In quo docet etiam Domuis, senatuis, fluctuis legi, pro Domus, senatus fluctus.

Accusatiuus & Ablatiuus.

Vm rétinet quartus. Fit sextus in u tibi casus.

Vm quarto, réliquis u cásibus optat Iêsus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula genera. { Quartus retinet um, *l'accusatif retient ceste terminaison.* Sextus casus fit tibi in u, *l'ablatif cas se termine en u.*

Exceptio. { Iesus, *ce nom venerable & digne de toute acception,* Optat, um quarto, *veult auoir* Iesum *à l'accusatif.* Reliquis casibus u (optat sup.) *mau aux autres cas, à sçauoir, genitif, datif, vocatif, & ablatif, veult auoir* Iesu.

Accusatiuus fit in um, ablatiuus in u, vocatiuus similis nominatiuo: vt Fructus, hunc fructum, ô fructus, à fructu, *Fruict, vtilité & profit.* Fructuosus, *Fructueux, vtile & profitable.* Ructus, *Vne route, ou rot.* Gradus, *Degré, ou marche, vn pas: le degré d'honneur.* Ritus, *Coustume, façon, ou maniere de faire accoustumee.* Impetus, *Grand randon.*

Vm quarto, &c. Iesus facit Iesum in accusatiuo: cæteri casus in u desinunt: vt hic Iesus genitiuo Iesu, datiuo Iesu, accusatiuo Iesum, vocatiuo Iesu, ablatiuo Iesu. *Salutaire ou saluateur.* Et est dictio trissyllaba. Iuuencus.

Quem miserans animo, verbis compellat Iesus.

Baptista Mantuanus.

Strenuus indigenas populos abigebat Iesus.

Nominatiuus, Accuſatiuus, Genitiuus, & Datiuus plurales.

Primus plurâlis cum quarto ſemper in us fit.
Dat genitîuus uum. Per ibus tibi tértius exit.
Dant vbus, artus, acus, ficus, tribus, & lacus, arcus,
Et ſpecus, atque veru, partus, quercus, quoque portus,
Fórſitan & queſtus, à deponente creâtum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Primus pluralis cum quarto, *Le nominatif plurier auec l'accuſatif.*
- Semper in us fit, *eſt touſiours ſans exception terminé en* us.
- Dat genitiuus uum, *le genitif baille ceſte terminaiſon* uum.
- Per ibus, tibi tertius exit, *le datif ſe fine par* ibus.

Except.
- Dant ubus, artus, arcus, &c *ces treize noms icy exprimez font leur datif en* ubus *contre la reigle du datif.*
- Forſitan & queſtus, *& peult eſtre que ce nom cy faict auſſi* queſtu [illegible], *mais il n'eſt pas trop certain entre les bons autheurs.*
- Creatum à deponente, *quand il deſcend* à verbo queror, quod eſt deponentis generis.

Nominatiuus pluralis cui vocatiuus ſimilis eſt, cum accuſatiuo, deſinit in us: vt hæ Manus, has manus, ô manus. Genitiuus deſinit in uum: vt harum Manuum. Datiuus cum ablatiuo in ibus: vt his Manibus. *Annotatio.*

Genitiuus tamen per ſyncopem fit accuſatiuo ſingulari ſimilis: vt Currûm, pro curruum, apud Virg. Aeneid. 6. Nurûm pro nuruum apud eundem, Aeneid. 12. Paſſûm, pro paſſuum, apud Martialem.

Dant ubus, &c. Pauca faciunt datiuum in ubus. Artus, artubus, *Vn membre du corps, ou les parties du corps entre les ioinctures, les os, nerfs, chair & veines.* Acus, acubus: Ficus, ficubus: Trib⁹, tribubus: Lacus, lacubus, *Vn lac. La cuue dedans laquelle le vin du preſſoir ſe recueille.* Arcus, *Vne voute: Arc à fleches.* Specus, ſpecu- *Quædam in ubus datiuum & ablatiuum facientia.*

bus: Veru, verubus, *Broche, ou haste. Vne sorte de dard dequoy on se seruoit en guerre.* Partus, *Enfantement: le fruict du ventre de la femme, ou la portee des bestes* Portus, *Vn port.*

Questus.

Forsitan & questus, &c. Valla dicit Questus, à Queror deponente facere questubus: quod tamen à plerisque non seruatur. Ideò dicit, Forsitan & questus. Sed in hoc doctorum consuetudo obseruanda est. Ergo à Queror deponenti, Questubus vel questibus habebit, *Plainte, complainte.* Quæstubus verò à Quæro, cum diphthongo, facit quæstibus solùm per i, *Gain, profit, moyen, ou maniere de gaigner.* Vnde Quæstuosus, *Qui gaigne fort.*

QVINTA DECLINATIO.

Nominat. & accusat. plura. Genit. & datiuus singular. Accusat. & ablat: singul. Genit. & dat.

Rectus vtriúsuis númeri, quartúsque per es fit
Plurâlis quintæ. Dempta s, capit i genitîuus,
Cum dandi casu. Quartus volet em. Dabo sexto
E bene. Vult erum pátrius. Vult tértius ebus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Rectus vtriusuis numeri, *le nominatif du nombre singulier & plurier.*
Quartúsque pluralis, *& l'accusatif du plurier nombre.*
Quintæ (declinationis sup. *de la cinquiesme declinaison.*
Per es fit, *ce termine en ceste voix es.*
Genitiuus cum dandi casu, *le genitif singulier auec le datif.*
Dabit i, *prend i, pour sa terminaison.*
Dempta s, *en ostant la lettre s finale du nominatif.*
Quartus volet em, *L'accusatif singulier à ceste terminaison, em.*
Dabo sexto e bene, *le donneray a l'ablatif ceste terminaison e.*
Patrius (pluralis numeri sup.) *le genitif plurier.*
Vult erum, *veult auoir ceste terminaison.*
Tertius (datiuus pluralis) *Le datif plurier.*
Vult ebus, *est termine en* ebus,

Nominatiuus & vocatiuus vtriusque numeri quintæ declinationis, cum accusatiuo plurali, desinit in es longum, & est illa vnica quinti ordinis positio: vt Species, fides, dies. Genitiuus & datiuus singulares in ei. Estque e lõga in puris, id est, vocalẽ ante ei habẽtibus: vt Materiei, diei, aciei, progeniei, in aliis breuis, vt Fidei, rei. Accusatiu⁹ singularis fit in em. Ablatiuus in e. Genitiuus pluralis in erũ. Datiuus & ablatiuus in ebus: vt Nominat. Res, Genit. rei, Datiuo rei, Accusat. rem, Vocat. ô res, Ablat. à re. Plural. Nomina. Res. Genit. rerũ, Dat. rebus, Accus. res. Vocat. ô res, Ablat. à reb⁹. Species, *La beauté d'vne personne.* Segnities, *Nonchalance, negligence, tardiueté.* Rabies, *Rage, fureur.* Proluuies, *L'immundicité & ordure de quelque chose que ce soit.* Pernicies, *Mort & destruction, & endommagement de quelque chose que ce soit.* Macies, *Maigreté, ou maigreur.* Maceries, *Vn petit mur, ou muraille de pierre seiche, où il n'y a nul mortier.* Ingluuies, *Gourmandise, gloutonnie, le gesier, la poche d'vn oiseau.* Glacies, *Glace.* Effigies, *Image ou semblance, ou pourtraict fait sur le vif.* Colluuies. *Amas d'ordures & bouë.* Cæsaries, *Perruque.* Caries, *Pourriture de bois, & vermoulissure.* Cariosus, *Pourry & vermoulu.*

Sic sunt multa alia in es, quæ etiam pro eadẽ re sunt primæ declinationis: vt Luxuries, vel luxuria: Nequities, vel nequitia: Durities, vel duritia: Sæuities, vel sæuitia: Pigrities, vel pigritia: Materies, vel materia: Mundities, vel mũditia: Auarities, vel auaritia. *Annotationes non pænitenda.*

Est autem hic annotandum genitiuos, datiuos, & ablatiuos plurales in paucis nominibus huius ordinis, visitatos esse, vt infrà docebitur.

Rursus ex tertio ordine quædam etiam olim hoc modo declinata fuisse: vt Plebs, plebei. qui genitiuus apud Liuium frequens adhuc legitur.

Est denique id quoque obseruandum, genitiuum singularem in hac declinatione cõtrahi solere: vt pro Diei, dicatur die: pro Fidei, fide, &c. quæ rectè scripseris, diei, & fidei, antiqua diphthongo, vt apud Virgilium. *Genitiui singularis cõtractio.*

Libra diei, somníque pares vbi fecerit horas.

Et 3. Metamorph. Ouid.

Prima fidei, vocísque raræ tentamina sumpsit.

Quinque declinationum nominum finis.

DE HETEROCLITIS SIVE IRREGVLARIbus nominibus.

HActenus analogiam proposuimus, quã pueros animo complecti oportet, vt fingere ex propositis regulis & paradigmatibus seu exemplis, omnium vocum casus ac varietates possint.

Analogia. Est autem Analogia proportio, cùm videlicet similia inter se conferuntur, quòd æqualiũ collatione similitudo deprehendatur & appateat. Superest igitur, vt de Anomalis dicamus. Sunt enim nonnulla, in quibus vsus Latinè loquentium discessit ab analogia, & cõmuni forma: ὁμαλὸν, siquidem Græcis, æquale significat. Vnde Anomala dixerũt, quæ *Anomala.* non quadiãt ad regulas cõmunes priùs positas, ab, ἀ, id est, sine, & νόμος, quod legem significat: quasi extra legem siue regulã. Ea Anormia, seu Heteroclita, & Latinè Irregularia appellantur: Heteroclita verò aliter declinata dicuntur, *Heteroclita.* ἑτέρως enim aliter est, & κλιτὸν declinatum. Cæterùm hoc nomine per catachresin, id est, vocis abusionem, vulgò etiã Ecliptica, hoc est, defectiua, & quæ Latini vocãt Abundantia continentur. Tritiorem itaque viam sequutus, vnicum *Defectiua.* in librũ congessi Anomala, Defectiua, & Abundantia, tan*Abundantia.*quã generali nomine hæc omnia Heteroclita dicantur. Diuisi autem librum in tres partes: In Anomala, quæ propriè *Vnius libri diuisio.* Heteroclita dicũtur: in Ecliptica seu Defectiua: & in Abũdantia. Primùm igitur de his quę verè Heteroclita sunt, deinde de Defectiuis, postremò de Abundantibus dicemus.

Heteroclitum fit tripliciter. Heteroclitum itaque vulgariter loquendo, tripliciter fit: quia aut variat, id est, contra aliorũ normam declinatur: vt hoc Cælum, hi cæli. Aut deficit, vt hoc Aurũ, hoc argentũ, sine plurali. Aut abundat, id est, vario genere, aut terminatione, aut varia declinatione, idẽ notat: vt hic aut hoc Vulgus: Tignus, vel tignum: Costus vel costum: quorũ significata patebunt in Heteroclitis. Item vna voce varia significant, Literæ, Aura, &c.

Nomen irregulariter declinatur quinque modis. Irregulariter declinatur nomen, siue variat, quinque modis. Primò, variat genus, vt hoc Cælũ, hi cæli. Secundò, variat declinationem tantũ, vt hoc Vas, vasis: hæc vasa, vasorum,

rum. Tertiò, variat genus & declinationē, vt hoc Epulum, hæ epulæ Quartò, variat seu irregulariter format obliquos, vt Iupiter, Iouis: Caro, carnis. Quintò, contra norma aliorum, aliquos casus finit, vt Ambo, duo. Quæ omnia quàm potero compendiosissimè declarabo.

ANOMALA GENERE.

Quædam nomina vtroque numero declinātur, sed diuersis generibus.

IN SINGVLARI MASCVLINA, *in plurali neutra.*

Máscula sunt primo número, sed neutra secúndo,
Díndymus, inférnus, locus, Ismarus, & ioca, cetus.
Mǽnala, Taýgetus, ceu tártara, Mássica, Auérnus,
Síbila, Pangǽus, ceu Tǽnara, cárbasa. Dant hi
Quædam plurāli. Verùm loca non damus arti.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Dindymus, infernus, &c. *ces quinze noms icy exprimez.*
Mascula sunt primo numero, *sont du genre masculin au singulier nombre.*
Sed neutra secundo (sup. numero) *mais sont du genre neutre au plurier.*

Excè-ptio.

Quædam plurali (sup numero) *aucuns des noms susdits au nombre plurier.*
Dant hi (id est, masculinum genus) *sont du genre masculin.*
Verùm non damus, *toutesfois nous ne baillons point.*
Loca, *ceste terminaison de plurier à ce nom,* locus, *qui fait au plurier,* loci *&* loca.
Arti (Dialecticæ sup.) *quand en Dialectique nous denotons le siege & fondement des argumens: mais nous disons* loci.

Nomina hîc posita, in singulari sunt masculina, in plurali verò neutra: vt hic Dindymus, & in plur. Dindyma, *Vne mõtaigne en Phrygie, en laquelle Cybele la mere des Dieux estoit adoree, à cause dequoy elle est appellee Dindymene.* Infernus, hæc inferna, *Enfer.* Infernæ vmbræ, *Les ames estans aux enfers.* Locus, loci, vel hæc loca, *Lieu.* Loci, locorum, *L'amarry, ou matrice d'vne femme, où l'enfant est contenu en son ventre.* Ismarus, hæc Ismara, *Vne mõtaigne en Thrace, aspre & non habitee d'vne part, & de l'autre fertile & abondante en vignes & oliuiers.* Iocus, hi ioci, & hæc ioca, *Raillerie, ieu de paroles, quand on dit quelque chose par ieu, & non à bon escient, vne sornette.* Hinc Iocò, aduerbialiter, *Par ieu, par raillerie, par gaudisserie.* Iocosus, *Plein de ieu & raillerie.* Iocor, iocaris, *Railler & se gaudir d'aucun.* Cetus, hi ceti, vel hæc cete, *Toute sorte de fort grãd poisson, cõme Baleines, Bœufs de mer, & semblables.* Mænalus, hæc Mænala, *Vne mõtaigne en Arcadie: c'est aussi le nom d'vne ville.* Taygetus, hæc Taygeta, *Vne montaigne en Laconie.* Tartarus, hæc Tartara, *Enfer.* Tartari, Tartarorum, *Vn peuple de Scythie.* Massicus, hæc Massica, *Vne montaigne en Champaigne, où il croist de fort bon vin.* Auernus, hæc Auerna, *Vn lieu en Champaigne, auquel ils disent estre vne descente pour aller aux enfers.* Auerni, norum, *Vn peuple de la Gaule Aquitanique, fort belliqueux.* Sibilus, hi sibili vel hæc sibila, *Sifflement.* Pangæus, hæc Pangæa, *Vne montaigne de Thrace.* Tænarus, hæc Tænara, *Vne montaigne en Laconie.* Carbasus, tam masculini, quàm fœminini generis, patet in generibus.

Dindymus. Infernus. Locus. Ismarus. Iocus. Cetus. Mænalus. Carbasus.

Dant hi quædam, &c. Inter hæc nomina quædam sunt etiam masculini generis in plurali, vt videre est apud authores. Nam Latini in his Græcorum exempla imitati sunt, apud quos huiusmodi nomina neutro genere vsurpantur ad substantiuum ὄρος relata.

Quædam masculini generis in plurali.

Verùm loca, &c. Locus quãdo significat argumenti sedẽ, id est, orationem notissimã, per quam probamus argumentationẽ, in plurali solùm est masculini generis, hi Loci. *C'est à dire, que nous n'vsons point de ce nom* Locus, *au genre neutre du nõbre plurier, ains au masculin, pour le siege & fondement des argumens.*

Locus.

His similia sunt & hæc appellatiua, Balteus, quod & Balteũ singulariter quida tradidere, & pluraliter Baltea, *Baudrier.* Supparus, & supparum, hæc suppara, *Vne ancienne façon d'habillement de femme, qui estoit de lin, cõme pourroit estre vn Roquet.* Pileus, & pileum, hæc pilea, *Vn chapeau ou bõnet à couurir sa teste.* Euentus, iussus, permissus, successus, monitus, quartæ decli-

Annotatio. Balteus.

nationis, quanquam in ſingulari vſitatiora ſunt. Euenta tamen apud Ciceronem pro rebus quæ accidunt. Iuſſa quoque, & permiſſa, ſucceſſa, monita, apud probos authores aliquando reperiuntur. Ouid. 2. Metamorph. Succeſſorúmque Mineruæ indoluit. Virgil. Carmentis nymphæ monita, deus auctor Apollo, &c.



IN SINGVLARI FOEMININA, *& in plurali neutra.*

Hæc priùs, hæc pòſt dant tibi, Pérgamus, atque ſupellex.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Pergamus atque ſupellex, *ces deux noms cy.*
Dant tibi prius (id eſt, numero ſingulari) *baillent au ſingulier nombre.*
Hæc (id eſt fœmininum genus) *le genre feminin.*
Pòſt (hoc eſt, in plurali numero) *mais au plurier nombre.*
Hæc (ſup. dant: id eſt, neutrum genus) *ſont du neutre genre.*

Hæc duo nomina Pergamus, & Supellex, dant priùs & pòſt hæc, i, in ſingulari numero ſunt fœminini generis, & in plurali neutri: vt hæc Pergamus, plural. hæc Pergama, *Vne ville de Phrygie, en laquelle Priam ſe tenoit.* Supellex, dictum eſt ſuperiùs.

Intybus autem apud Plinium maſculino genere, & neutro Intybum, & pluraliter Intyba declinatur. A quo nominatiuum Virgilius fecit, Et amaris intyba fibris. *Annotatio.*

Paſcuum ſubſtantiuè non dixerunt veteres, licet quidam velint, ſed Paſcuus, & Paſcua pluraliter, *Le lieu où les beſtes paiſſent, paſturage, ou paſquis.* Compaſcuus ager, *Vn paſturage commũ.* Paſcualis bos, *Vn bœuf de greſſe.*

Et Zizania, niæ (quod apud Suidã Zizaniõ ſcribitur) pro æra ſiue lolio accipitur, ſacris literis magis quã Græcis aut Latinis vſurpatum: ideò heteroclitum non eſt. Addunt quidam & pleraque alia, quæ hîc breuitatis cauſa omitto.

IN SINGVLARI NEVTRA, *& in plurali maſculina.*

Máſcula plurâli número ſunt, neutra

priôre,
Elysium, cælum: quibus aptè iúngitur
Argos.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg.ge.
Elysium, cælum, *ces deux noms cy.*
Quibus aptè iungitur Argos, *ausquels pertinemment est adiousté ce nom de ville, c'est à dire, ces trois noms,* Elysium cælum, & Argos
Mascula sunt numero plurali, *sont du masculin genre au nombre plurier.*
Neutra priore (sup numero) *& du genre neutre au singulier.*

In singulari neutri generis, in plurali masculini sunt hæc nomina, Elysium, Cælum & Argos. Elysium, hi elysij, *Vn lieu en enfer, où les Payens disoient que les bonnes ames alloient apres qu'ils estoient morts.* Cælum hi cæli, *Le ciel: il signifie aussi l'air.* Cælum verò faciens in plurali cæla, *Vn burin ou autre instrument appartenant au faict des graueurs.* Argos, hi argi, *Vne ville en Grece pres d'Athenes.* Vnde Græci dicuntur Argiui.

IN SINGVLARI NEVTRA,
& in plurali masculina & neutra.

Plurâli número sunt máscula, neutráve, frænum,
Et filum, claustrum, rastrum: coniúnge capístrum.
Est primo número neutrum plus, omne secúndo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg.ge.
Frænum & filum, &c. *ces cinq noms icy exprimez.*
Sunt mascula neutráve, *sont du genre masculin ou du neutre.*
Plurali numero, *au plurier nombre.*
Est plus neutrum, *ce nom est du genre neutre.*
Primo numero, *au singulier nombre.*
Secundo (sup. numero) *mais au plurier.*
Omne (sup est) *il est de tout genre.*

Nomina hîc expressa, in singulari sunt neutri generis, in

plurali verò sunt masculini & neutri vt Frænum, hi fræni, vel hæc fræna, *Frein, ou mors de bride*. Hinc Fræno & Refræno, as, *Brider*. Filum hi fili, vel fila, *Fil ou filet, vn traict ou ligne, le traict du visage*. Filo as, *Filer*. Filatim, *Filet à filet*. Claustrum, hi claustri, & hæc claustra, *Toute chose dequoy on ferme & enclost quelque chose, comme portes & autres choses*. Rastrum, hi rastri, vel hæc rastra. *Vn outil de laboureur à fouyr la terre, & rompre les mottes, comme pourroit estre vn crochet a deux ou trois, ou plusieurs dents, rasteau*. Capistrum, hi capistri vel hæc capistra, *Vn licol, ou cheuestre, ou muselere de cheual. vn lien à lier la vigne a son eschalat*. Capistro as: *Encheuestrer, lier*. *Frænum.* *Filum.* *Claustrum.* *Rastrum.* *Capistrum.*

Porrus, vel porrum hi porri, heteroclitum non est, sed abundás, *Vn porceau*. Plaustrum vel plostrum, idem, *Vn chariot, vn tombereau*. Clastrus, & clastrum, in plurali Clastri, & clastra, *Barreaux ou treillis de quelque chose que ce soit*. *Annotatio.* *Porrus.* *Plaustrum.* *Clastrus.*

Hoc Specus, & hi specus in plurali vsitate, iuxta Seruium. *Specus.*

IN SINGVLARI NEVTRA,
& in plurali fœminina.

Dic épulas & delícias: númerus prior um dat.

Bálnea dic vel eas: tantùm prior um númerus dat.

Núndinum apud véteres: nunc vsus núndinæ habêbit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Dic epulas & delicias, *c'est a dire, vse de ces deux noms au genre feminin, & au plurier nombre.*
Prior numerus um dat (i. quamuis singularis numerus in um desinat) *ores que le singulier nombre desdicts deux noms soit termine en* um, *par ce moyen du neutre genre.*
Balnea dic vel eas, *Vse de ce nom pour le plurier, au genre que tu voudras, neutre ou feminin.*
Numerus prior (i. singularis) *le nombre singulier.*
Dat um tantùm, *seulement ceste terminaison* um.

Appendix.

Apud veteres (vsus habebat sup.) *vn vsoit au passé.*
Nundinum, *de ce nom du neutre genre pour le nombre singulier.*
Nunc vsus habebit nundinæ, *mais du present on n'vse que du plurier, & ce au genre feminin.*

Delicia. Pauca in singulari numero sunt neutra, & in plurali fœminina: vt hoc Epulum, hæ epulæ: hoc Deliciũ, hæ deliciæ. Plautus tamen & Delicia nominatiuo singulari dixit: vt Mea voluptas, mea delicia. Hoc Balneũ hæc balnea, balneorum, vel hæ balneæ, balnearum. Hoc Nundinum apud veteres, nunc magis pluraliter tantùm Nundinæ, nundinarũ.

Epulum. Epulum. *Festin, banquet solennel à tous venans, qui se faisoit anciennement à la dedicace d'vn Temple, ou d'vn triomphe, funerailles, ou autrement.*

Epulæ. Epulæ, epularum, *Viandes, mangeailles pour bestes: vn banquet magnifique.* Epulor, aris, *Banqueter, prendre son repas.* Epulo, onis, *Qui est conuié au banquet.* Epularis sermo, *Vn propos qu'on tient en vn banquet.* Delicium, in plurali. Deliciæ, arum, *Delices & esbats, recreations, passetemps, & choses en quoy on reçoit du plaisir.* Delicias facere, *Faire le fin, & reculer à quelque chose qu'õ voudroit bien pour se faire prier, faire le fascheux.* Balneum, balnei, in plurali balnea, balneorum, & balneæ, balnearum, *Bain, estuues.* Balnearium, *Le lieu ou la maison où sont les bains.* Balneator, toris, *Le maistre des bains, ou estuues.* Nundinæ, nundinarum, *Foires*, Nundinor, aris, *Marchander, mettre en vente quelque chose, faire marchandise.* Nundinator, *Marchant qui hante les foires.* Nundinarium forum, *le marché.* Nundinatio, *Vente ou achapt.*

OBLIQVI HETEROCLITI.

Anórmes seruant oblíquos nómina quædam.

Iúppiter est testis, cum multis ante retéctis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Nomina quædam, *Aucuns noms.*

Seruant obliquos anormes (i. irregulares) *retiennent les obliques, a sçauoir le genitif, datif, accusatif, & ablatif irreguliers.*

Reg. 3e. Iuppiter est testis, *ce nom nous en est exẽple, qui fait* Iouis, *au genitif.*

Cùm multis ante retectis, *auec beaucoup d'autres qui ont esté declarez par cy deuant aux declinaisons.*

Multa nomina anormiter, & contra reliquorum nominũ declinationem faciunt suos obliquos: vt Caro, carnis: Lac, lactis: Iupiter, Iouis: Iter, itineris: Hepar, hepatos: & quamplurima alia priùs declarata.

ANOMALA DECLINATIONE, *Vas, Iugerum, Domus.*

Vas, vasis, ternæ: pluráliter esto secúndæ:

Plurali tantùm número sit iúgera ternæ.

Attamen effertur cum iúgere, iúgeris apté.

Partim sit quartæ, partim domus esto secúndæ.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Vas, vasis, *Ce nom du nombre singulier, faisant son genitif,* vasis,
Esto ternæ (sup. declinationis) *soit decliné par la troisiesme declinaison.*
Pluraliter esto secundæ, *mais au plurier soit de la seconde.*
Iugera, *ce nom* Iugerum.
Sit tantùm ternæ, *soit seulement decliné par la troisiesme.*
Plurali numero, *au plurier nombre.*

Appendix.

Attamen effertur apté, *Toutesfois il est trouvé bien commodement en usage approuvé estre decliné.*
Iugeris, cum iugere, *au genitif & ablatif singuliers par la troisiesme declinaison.*
Domus, *ce nom.*
Esto partim secundæ (declinationis sup) *soit en partie de la seconde declinaison.*
Partim sit quartæ, *soit en partie de la quatriesme.*

Vas, vasis, singulare, tertię declinationis est: plurale, Vasa, vasorum secūdæ. Nam veteres & Vasum dixerunt, *Vaisseau.* Hinc Vasa colligere, *Amasser le bagage.* Vasculum, & vasillū, *Petit vaisseau.* Vasarium, *Un buffet d'or & d'argent: c'est à dire la vaisselle qu'il faut pour le service de table.* *Vas, vasis.*

Plurali tantùm, &c Iugerum iugeri, iugero, iugerū, ô iugerum à iugero, in singulari, secundæ est. Invenimus tamen genitiuum Iugeris, & ablatiuum Iugere, ab antiquo nominatiuo Iuger: ex quo in plurali in tertium ordinem degenerauit, Iugera, iugerum, iugeribus. *C'est ce qu'une couple de bœufs peult labourer en un iour: un demy arpent de terre.* Sic & Ancile, an- *Iugerum.* *Ancile.*

cilium, pluraliter per tertiam declinationem, & ancilia, anciliorum, apud Hor. 1. Car. Ode. 5.

Domus. Partim sit quartæ, &c. Domus partim est secũdæ declinationis, & partim quartæ, & sic flectitur: Nominatiuo hæc Domus: genit. huius domi, & domus: dat. huic domui: accusat. hanc domum: vocat. ô domus: ablat. à domo. Plural. Nominat. hæ domus: gen. harum domorũ, & domuum: dat. his domibus: accus. has domos: ablat à domibus, *Maison*.

Annotatio. Hanc declinationem sequuntur eodé genere, & pleraque alia arborum nomina: vt hæc Laurus, huius laurus, & lauri: Quercus, huius quercus, & querci: Cornus, huius cornus, & corni: Pinus, huius pinus, & pini: Ficus, huius ficus & fici. De quibus fusiùs infrà dicetur, cùm de Abundantibus nominibus tractabitur.

DEFECTIVA.

Defectiuum nomen quid. Defectiua nomina sunt ea, quibus aliquid in plena declinatione repertum deest: vel casus variatio, vt Centũ, quinque, sex, septem: vel casus aliquis, vt Spõte, Noctu, Impete, Iussu: vel alter numerorũ, vt Arma, Iussa, Pudenda, Suppetiæ, Cunæ. *C'est à dire, que les noms defaillãs ou imparfaits sont ceux qui n'ont point de varieté de terminaisons, ou ausquels defaut quelque cas, ou nombre.*

APTOTA, ID EST, QVAE NEque casuum, neque numerorum varietatem recipiunt.

Nomen in u nullum número variâbo priôre.
Nusquam nomen in i, numerósque, notásque reflécto:
Hinc duo, tres, vnus, vólumus cũ míllia demi,
Et quæ dat centum; testem tibi pono ducénti.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Nullum nomen in u variabo, *Ie ne declineray par varieté de terminaison aucun nom terminé en* u.
Numero priore, *au singulier nombre.*
Nusquam reflecto, *Ie ne decline iamais par diuerses terminaisons.*
Nomen in i, *aucun nom terminé en* i.
Numerósque (nec nomina numerorum) *ny aussi les noms des nombres cardinaux.*
Notásque (nec literarum nomina) *ny les noms des lettres, comme,* a, b, c.

Except.

Hinc (ex qua regula numerorum) *de laquelle reigle des nombres,*
Volumus demi, *nous voulons estre exceptez.*
Duo, tres, vnus, cum millia, *ces trois noms de nombre, auec ce nom mille, au singulier.*
Et quæ dat centum; *& les composez de ce nom,* centum.
Testem tibi pono ducenti, *& pour exéple & tesmoing ie te baille ce nom,* ducenti, ducentæ, ducenta.

Nullum nomen in u variatur in singulari numero: veluti Cornu, gelu. Nullum etiam nomen in i. declinatur, sed in vtroque numero semper manet indeclinabile: vt Gummi, Sinapi, Nauci, Flocci. Frugi autem adiectiuum & indeclinabile est: vt Frugi homo, *Qui a ces trois vertus, force, iustice, & prudéce.* Frugi seruus, *Qui garde le profit de son maistre.* Frugi ædificium, *Qui n'est point sumptueux, qui est profitable.* Frugi victus, *Honneste table, qui n'est point chiche.* — *Nomina in u, indeclinabilia in singulari numero, & in i, in vtroque. Frugi.*

Numerósque. &c. Numerorum cardinalium, id est principalium & primorum, vnde nimirùm alij inclinantur numeri, nomina à Quatuor ad Centū, generis omnis, & indeclinabilia sunt: vt Quatuor, Quinque Sex, Septem, Octo, Nouem, Decē, Viginti, Triginta, Quadraginta, Quinquaginta, Sexaginta, Septuaginta, Octoginta, Nonaginta Cētum, Biscentum, Tercentū, &c. Mille, Bismille, adiectiuū. — *Cardinalis numerus.*

Hinc duo, &c. Hinc excipimus Duo, duæ, duo: hi & hæ Tres, & hæc tria: & principiū numeri Vnus, vna, vnū: quæ omnia variātur per genera mutatis terminationibus. Sic & à Centum composita: vt Ducenti, tæ, ta, *Deux cens.* Trecēti, tæ, ta *Trois cens* Quadringenti, tæ, ta, *Quatre cens.* Quingenti, tæ, ta, *Cinq cens.* Sexcēti, tæ, ta, *Six cens.* Septingenti, tæ, ta, *Sept cens.* Octingenti, tæ, ta *Huict cens* Nongenti, tæ, ta, *Neuf cēs.* — *Except.*

Cum millia, &c. Mille bifariam vsurpat Latini, aliàs substantiuè, aliàs adiectiuè. Adiectiuum mille indeclinabile est, plurale tantùm, generis omnis: vt Mille homines, mille hominum, mille hominibus, &c. Substantiuum mille, singulari quidem numero indeclinabile est, & generis neutri: — *Mille adiectiuum. Mille substantiuum.*

vt, Mille paſſuum percurri, mille hominum cæcidit. Plurali autem ſic declinatur, Millia, millium (quanquam raró) millibus, millia, &c. vt, Duo millia equitum habuit rex Gallorum in exercitu contra Carolum: hoc eſt, bis mille equites.

Literarum nomina, & materialiter ſumpta.

Notáſque reflecto, &c. Nomina literarum cum dictionibus materialiter (vt dicunt) poſitis, aptota, id eſt, indeclinabilia ſunt: vt a, b, c, d, α, β, γ, δ, ε, &c. Magiſtri, Domine, Amo, &c. Vt ſi dicas, Magiſtri, eſt genitiui caſus. Domine, cuius caſus? Amo, quale verbum? Ego, quotæ perſonæ? &c.

BARBARA MVLTA, ID EST, *nec Græca, nec Latina.*

Bárbara multa manent non flexa: quibus dato cæpe,
Pondo, pedum, nequam, nugas, hir, fáſque, nefáſque,
Nil, nihil, inſtar, ador, tot, quot, cum prole vtriúſque.
Adde necéſſe datis, frit, præſtóque: plúrima iungunt
Indócti, vt Rhemis: tu Rhemi fléctere debes.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Barbara multa. *Beaucoup de noms, qui ne ſont ne Grecs ne Latins.*
Manent non flexa (indeclinabilia) *demeurent non declinez par diuerſes terminaiſons.*
Quibus dato cæpe, pondo, &c. *Auſquels noms adiouſtez les dixſept icy exprimez: car ils ſont indeclinables.*
Tot, quot, cum prole vtriuſque, *auec les compoſez de, tot, & quot, vt totidem, aliquot, &c.*
Adde datis (dictis nominibus) *adiouſte aux ſuſdicts noms.*
Neceſſe, frit, præſtóque, *ces trois cy.*

Appẽd. { Indocti, *les ignorans & peu lettrez.*
Plurima iungunt, *y en adioustent beaucoup d'autres, qui nonobstant sont declinez par varieté de terminaison.*
Vt Rhemis, *comme ce nom de ville, lequel ils disent estre indeclinable.*
Tu Rhemi flectere debes, *Mais tu le dois nonobstant decliner au nominatif plurier,* Rhemi. Genit. Rhemorum, &c. }

Multa barbara, id est nec Græca, nec Latina, sunt indeclinabilia: vt Balaam, Hester, Eleazar, Cain, Iaphet, &c.

Indeclinabilia sunt etiam, Cæpe neutri generis, Pondo, Hir, Fas. Nefas, Nil, Nihil, Frit: quæ omnia in generibus patuerunt. Pedum, *Vne houlette.* Pedum pontificale, *La crosse d'vn Euesque.* Nequam, adiectiuum, *Vaunenant, tout perdu, lasche, meschant.* Nugas, adiectiuum, *Baueur, menteur, conteur de fornettes.* Instar, *A la semblance, de la grandeur.* Instar montis, *De la grãdeur d'vne montaigne.* Instar vrbis, *De la semblãce d'vne ville.* Tot, *Autant.* Totidem, *Tout autant.* Quot, *Combien.* Quotquot, *Autant que.* Aliquot, *Ie ne sçay cõbien, quelque nombre.* Necesse, *Necessaire.* Præsto, omnis generis, *Estre present.* Iungitur autem verbo, Sum, es, est. *Pedum. Nequam. Nugas. Instar. Tot. Quot. Necesse. Præsto.*

Plurima iungunt, &c. Indocti quidam Grammatici multa alia accumulant, quæ declinantur: vt pluraliter hi Rhemi, Rhemorum. *Rheims, ville de Champaigne.* Parrhisij, siorum, *Paris.* Baioci, iocorum, *Bayeux.* Constantiæ, tiarum, *Constances, ville de Normandie.* Burgæ, Burgarum, *Burges.* Valoniæ, niarum, *Valoignes.* Abrincæ, carum, *Aurenches.* Non autem Rhemis, Parrhisiis, Baiocis, per omnes casus. *Plurimorum Grammaticorum ignorãtia.*

Multi cõtrà dicunt indeclinabilia esse, Pus, Virus, Prænestè, Gausape, Præsepe: quæ tamen à doctioribus flectuntur. *Annotatio.*

NOMINATIVO SINGVLARI
carentia, cum paucis aliis.

Vix rétinent rectum frondis, cùm fémi
nc, frugis,
Cum ditiône, dapis, precis, & necis, &
vicis, atque
Rémigis: addis opem, nisi diuam significâris.

Vérberis adiícito: primôris Séruius addit.

Aleo dat rectos, vt gáneo: iúngitur expes.

Gáneo vult étiam quartum. Sátias dabit ate.

Non later, aut viscus, cum doctis ferre verêbor.

Nex, remex, & daps, parcè vtens, pulchra putâbo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Frondis cum femine, &c. *tous ces noms icy exprimez.*
Vix retinent rectum, *n'ont gueres souuent le nominatif singulier en vsage.*
Addis opem, *ausquels tu adiousteras ce nom, duquel le genitif est opis, sans nominatif.*
Nisi diuam significaris, *sinon quand tu veux signifier la Deesse de la terre: car lors il se decline,* Nominat. Ops. genit. opis.
Verberis adiicito, *adiouste y ce nom, duquel le nominatif* verber *ne se trouue pas souuent.*
Seruius addit primoris, *cest autheur y adiouste ce nom, duquel le nominatif singulier est inusité.*
Aleo dat rectos, vt ganeo, *ces deux noms ont le nominatif & vocatif sans les autres cas.* Ganeo *toutefois a l'accusatif,* ganeonem.
Iungitur expes, *ausquels ce nom est adioinct: car il n'a que les mesmes deux cas.*
Satias dabit ate, *ce nom baillera,* satiate, *c'est à dire, n'a que le nominatif, vocatif, & ablatif.*

Appendix.

Non verebor ferre cum doctis, *ie ne craindray point de dire auec les doctes,*
Later, aut viscus, *au nominatif par la troisiesme declinaison.*
Pulchra putabo, *l'estimeray beaux.*
Nex, remex, & daps, *ces trois nominatifs.*
Parcè vtens, *pourueu que tu n'en vses gueres souuent.*

Nominatiuo & vocatiuo singulari carent nomina, quæ hic explicantur: vt Frondis, Frugis, Remigis: quorum significata superiùs patuerunt. *Feminis.* Feminis ablatiuo à femine. Pluraliter Femina, feminibus habet, teste Seruio, *Le dedans de la*

tuisse qui touche contre l'autre. Ditionis, *Seigneurie, authorité, maistrise & empire.* Dapis *Vne sorte de sacrifice ancien.* Dapes in plurali, *Grand appareil de viande, de grād coust* Precis, *Priere.* Necis, *Mort, soit par glaive, ou autrement.* Vicis, vici, vicem, à vice. Pluraliter, Vices, vicibus. Vice, *Au lieu.* Vnde, Fungi vice alterius Vicem, *Fortune & inconuenient, la pareille.* Hinc Dolere vicem alicuius. Vicibus, *Par fois, par alternations.* Opis, *puissance, aide* Eius tamen compositum Inops, nominatiuum retinet. Opes, opum pluraliter tantùm, *Richesses, le pouuoir & puissance d'aucun, force & vertu.* Ops autem, opis, quando integrum est, significat diuam, *La femme de Saturne, la Deesse de la terre.* Opis, huius opis, Nymphæ nomen. Primoris, in plurali primores, primorum, *Les bords & bouts de toutes choses, les extremitez & dernieres parties.* Primores dentes, *Les dents de deuant.* Primores, *Les principaux d'vn populaire, par lesquels le demeurant est gouuerné.* Aleo, *Vn ioueur ordinaire, & qui fait mestier de iouer à ieux de hazard.* Aleator, idem. Ganeo, *Vn hanteur de tauernes, Bordelier.* Expes, *Sans espoir.* Ab hoc nullum inuenias obliquum. Satias, *Ennuy, fascherie, saoulement*: vt, Satias eum cepit amoris in vxoré, *Il est saoul de sa femme.* *Ditionis.* *Dapis.* *Precis.* *Necis.* *Vicis.* *Opis.* *Ops.* *Primoris.* *Aleo.* *Ganeo.* *Expes.* *Satias.*

Later & Viscus declinantur per tertiam declinationem. Cuius postremi nominatiuo Lucretius pluribus in locis vtitur. Pluraliter, Viscera, viscerum, visceribus, integrè. *Later.* *Viscus.*

Daps, Nex, Remex, aliquando reperiuntur apud probatos authores. *Annotatio.*

VOCATIVO CARENTIA.

Quærens, distríbuens, infinitúmque, negánsque,
Et réferens, vocitánte carent, pronômen & omne,
Quáttuor excéptis, noster, nostras, meus, & tu.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Quærens (nomen interrogatiuum) *le nom qui est proferé par interrogation, comme* quis, vter, quod, &c.
Distribuens, *le nom par lequel comprenant beaucoup, nous baillon*

à vn chacun sa part. comme quisque,
Infinitúmque, *le nom qui signifie sans determiner la chose signifiee, comme* aliquis, quidam.
Regula general. Negánsque, *le nom qui contient negation, comme* nullus, nemo, neuter.
Et referens (i. relatiuum) *& le nom qui rapporte quelque chose desia exprimee.*
Vocitante, carent, *sont destituez de vocatif.*
Pronomen & omne, *& pareillement tout pronom.*

Except. Quatuor exceptis, noster, &c. *fors ces quatre qui sont exceptez: car ils ont vocatifs.*

Interrogatiua. Vocatiuo carent interrogatiua: vt, Quis, *Qui?* Qualis, *Quel* Quotus, *Quantiesme?* Quantus, *Combien grand?* Quantulus, *Combien petit:* Quisnam? *Quel? Qui?*

Distributiua. Secundò, distributiua: vt Quisque: *Vn chacun.* Omnis, *Tout* Omnis tamen in numero plurali collectiuum est: quare vocatiuum habet, vt Virg. Dij deæque omnes, adeste.

Infinita. Tertiò, infinita: vt Aliquis, *Aucun, quelcun.* Siquis, *Si aucun.* Aliquis tamen, quamuis infinitum sit, apud Virgilium nihilominus vocatiuum reperitur habere. Aeneid. 4. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Et Quilibet apud Ouid. 3. Fast.

Romulus vt saxo locum circundedit alto,
Quilibet, huc, dixit, confuge, tutus eris.

Negatiua. Quartò, negatiua: Nullus, *Nul.* Nemo, *Nul homme, ou nulle femme.* Neuter, *Ne l'vn ne l'autre.*

Relatiua. Quintò, relatiua: vt Qui, *Lequel.* Talis, *Tel.*

Omne pronomen. Sextò, omne pronomē: vt Ego, Mei, *Moy.* Sui, *De soy.* Potest tamen vocatiuum habere: vt, Defendite Cæsarem, ô sui milites. Ille, *Celuy-là* Quod & videtur habere vocatiuum, vt apud Tibullum: Si fas est, mox precor ille redi. Cic. pro Fla. O nox illa, quæ penè æternas huic vrbi tenebras attulisti. Iste, *Cestuy qui est aupres de toy.* Ipse, *Luy mesme.* Hic, *Cestuy-cy.* Hæc tamē vocatiuo casu semel ponitur à Virgilio, Aen. 12. Esto nunc testis, & hæc tibi terra precanti. Is, *Il, iceluy, tel.* Tuus, *Tien.* Suus, *Sien.* Vester, *Vostre.* Vestras, *de vostre pays.*

Exceptio. Excipiuntur tamē quatuor hæc: Tu, *Toy.* Meus, ô mi, mea, meum, *Mien, mon.* Nostras, *De nostre pays.* Noster, *Nostre.*

SOLI ABLATIVI.

Est ablatîuus nonnúllis solus in vsu,
Obice, sponte, diu, noctu, natu, impe-

te, iussu,
Astu, cum promptu, permíssu: flámine iunge.
Impetis, & spontis, flaménque leges aliquándo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Ablatiuus solus, *Le seul ablatif sans autre cas.*
- Est in vsu nonnullis (sup. nominibus) *est en vsage en aucuns noms.*
- Obice, sponte, &c, *à sçauoir a ces onze icy exprimez.*

Appendix.
- Leges aliquando, *tu liras & trouueras quelquefois.*
- Impetis, & spontis, *ces deux genitifs, desquels pourras vser.*
- Flaménque, *& ce nom icy pareillement au nominatif.*

Quædam in singulari numero solùm ablatiuum in vsu habent: vt Obice, in plurali, Obices, obicibus: patuit in generibus. Sponte, ablatiuus tantũ in vsu est, *De sa propre volonté.* Genitiuus tamen Spontis reperitur aliquãdo, sed in rariore vsu: quo tamẽ interim vti licet ornatè. Diu, *De iour, par iour.* Noctu, *De nuict.* Natu, *Par natiuité, par aage*: vt Maior natu, *Le plus aagé.* Impete, ab antiquo nominatiuo Impes, vnde reperitur genitiuus, Impetis, *Par effort, par choc, par impetuosité.* Iussu, *Par commandement.* Contrariũ est Iniussu, *Sans commandemẽt, sans congé.* Astu, *Par ruse, finesse.* Astus tamẽ nominatiuo singulari apud Cic. & Tacitũ li. 2. reperitur. In plurali verò hi Astus, & hos astus, sine genitiuo, datiuo, & ablatiuo. Promptu, *Clairement, manifestement, euidemment.* Permissu, *Par congé, par permissiõ.* Nec alio quàm ablatiuo casu hæc duo postrema facilè inuenies. Flamine, *Par soufflement:* In plurali, Flamina, flaminum, integrum est. De hoc nomine dictũ est suprà.

Obice. Sponte. Diu. Noctu. Natu. Impete. Iussu. Astu. Promptu. Permissu. Flamine.

QVIBVS DESVNT GENITIVVS,
datiuus, & ablatiuus plurales.

Plurali número cũ sexto tértius absit.
Et pátrius quintæ. Res atque dies capis inde.

Tália sunt ius, thus, æs, os, far, défruta, morum,
Hórdea, mulsa, forum, vinum, mare: iúngito rus, mel.
Oribus, & vinis, & plura, legéndo notâbis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Tertius & patrius cum sexto, *le datif & le genitif, auec l'ablatif.*
Quintæ (declinationis sup.) *de la cinquiesme declinaison.*
Absit plurali numero, *soit delaissé, ne soit point baille au pluriel nombre.*
Capis inde, *tu exceptes de là.*

Exceptio.
Res atque dies, *ces deux noms qui ont* dierum diebus, rerum & rebus.
Talia sunt ius, thus, &c. *tels sont les quatorze nõs qui s'ensuyuent, qui n'ont point aussi lesdicts trois cas.*

Appendix.
Legendo notabis, *en lisant les bons autheurs, tu noteras & trouueras quelquefois.*
Oribus & vinis, *ces deux noms auoir lesdicts cas, genitif, & datif, & ablatif.*
Et plura, *& plusieurs autres noms aussi.*

Quintæ declinationis pleraq; genitiuos, datiuos, & ablatiuos plurales desiderant: vt Luxuries, Cæsaries, Alluuies, quę cum multis aliis declarata sunt in quinta declinatione.

Exceptio. Hinc excipiuntur Res, quod rerum facit, & Dies, dierum. Acies item, Facies & Species, iisdem casibus declinata reperiuntur. Quanquam Cicero Specierum & speciebus, quibus antiqui vsi sunt, reiicit.

Defrutum. Morum. Hordeum. Mulsum. Forum. Talia sunt, &c. Iisdem casibus & hæc secundum Grammaticos caret: Ius, iuris: Thus, thuris: Æs, æris: Os, oris: Far, farris. Defrutum, *Vin cuit iusques à la consomption de la moitié, en sorte qu'il soit venu en l'espesseur du miel.* Morum, *Vne meure.* Hordeum *Orge.* Mulsum, *Vin miellé.* Forum, *Lieu public, où on souloit anciennement tenir les plaids: c'est aussi le lieu du marché.* Forum vinarium, *Le marché où on vend le vin, l'estappe.* Forum Suarium, Boarium, Lignarium, Butyrarium, Ouarium, Piscariũ, Carnarium, Lanarium, Holitorium, *Le marché aux pourceaux, aux bœufs, au bois, au beurre, aux œufs, au poisson, à la chair, à la laine, aux herbes.* Vinum, *Vin.* Vinum præliganeum, *Vin fait de raisins*

Vini multa genera summè notanda.

sins premiers meurs. Vinum purpureum, *Vin clairet.* Vinum tortiuum, *Vin de presscirag.* Vinum secundarium, *Vin pour les valets.* Vinum primarium, *Vin pour les principaux de la maison.* Vinum merum, *Vin sans eau.* Vinum acerbum, *Vin vert.* Vinum omphacinum, *Vin aigre comme veriust.* Vinum eructum, *Vin esuenté.* Vinũ vapidum, *Vin poussé.* Vinũ melicratũ, *Hypocras.* Vinum apianum, *Muscadet.* Vinum inclinans, *Vin qui affoiblit.* Vinum fugiens, *Vin qui se passe.* Vinum diffusum, *Vin prest à boire.* Vinum mucidum, *Vin moisy.* Vinum consistens, *Vin de garde.* Vinum rubrum, *Vin rouge.* Vinum fuluum, *Vin faulue.*

Mare, Rus, & Mel, nota sunt ex superioribus.

Oribus & vinis, &c. Os, & vinum inueniuntur aliquando datiuos & ablatiuos plurales habere, vt apud Virg. Aeneid. 8. Cõpones manibúsque manus, atque oribus ora. Et Ouid. 6. Fast. Nox erat, & vinis oculísque animíque natabant. *Annotatio.*

Inuenies & alia multa, quæ dũtaxat certis casibus in vsu sunt, præsertim apud poëtas: vt sunt accusatiui Bilicem, & Trilicem, & id genus alia. Sed nos cõmuniora tantùm persequi voluimus, & quæ apud poëtas variè vsurpantur. Ea ex illorum lectione obseruare satiùs est, quàm hîc præceptorum multitudine, puerorum ingenia obruere.

RELIQVA CERTIS *casibus carentia.*

Cætera mascúlei rectum remouêto priôrem.
Dic fors, forte, luésque, luem: macti dato macte.
Tantúndem solùm tantûdem debet habêre.
Cum primo quartum, quintũmque specus petit: & plus,
Pluris, & à pluri neutrum: plurâle sit omne.

Suppetiæ, infíciæ dant quartum: dica dat as,am:
Déque veru véruum tollũt. Grates dato fratres.
Gratis, grate leges: repetundârum, repetúndis.
Vis, vis, vim, vi dat: quondam has vis, nunc fero vires.
Ausim cum magno Fábio benè dícere tabum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Remoueto (reiice) *oste.*
Cætera (huic nomini) *à ce nom cy,* cætera, cæterum, *qui deuroit auoir,* cæter, *ou* cæterus.
Rectum priorem (masculini generis sup.) *le nominatif singulier du genre masculin, qui est,* cæter, *lequel n'est point en vsage.*
Dic fors, *baille à ce nom au nominatif & vocatif.*
Forte, *à l'ablatif.*
Luésque, luem, *au nominatif & accusatif.*
Dato, macti, macte, *donne à ce nom ces deux terminaisons,* macti, *pour le vocatif plurier, &,* macte, *pour le vocatif singulier.*
Tantundem, *ce nom cy du neutre genre.*
Debet habere solùm tantidem, *doit auoir seulement ceste voix au genitif.*
Specus petit, *ce nom cy estant de la troisiesme declinaison, veult auoir.*
Cum primo quartum, quintúmque, *le nominatif, accusatif, & vocatif semblables.*
Et plus neutrum, *ce nom estant du neutre genre, veult auoir au nombre singulier.*
Regula general. Pluris, & à pluri, *le genitif & l'ablatif, sans le datif, accusatif & vocatif.*
Plurale sit omne (id est, numerus pluralis sit integer) *le nombre plurier soit decliné entierement comme les adiectifs.*
Suppetiæ & inficiæ dant quartum, *ces deux noms qui sont du nominatif plurier, font à l'accusatif,* suppetias & inficias.
Dica dat as, am, *ce nom cy ainsi terminé au nominatif singulier, fait,* dicas, *à l'accusatif plurier, &* dicam, *à l'accusatif singulier.*
Déque veru tollunt veruum, *& les Grammairiens retirent de ce*

nō, verū, *le genitif plurier*, veruū, *pource qu'il n'est point en vsage,*
Dato fratres grates (id est, casus huic nominatiuo plurali simi les) *donne a ce nom*, grates, *qui est du nominatif cas, des cas semblables à iceluy, à sçauoir, l'accusatif & vocatif plurier.*
Gratis, grate, leges, *tu liras es bons autheurs*, gratis, *au genitif singulier, &* grate, *à l'ablatif.*
Repetundarum, repetundis, *& ce mot*, repetundarum, *au genitif plurier, &* repetundis, *à l'ablatif.*
Vis, vis, vim, vi dat, *ce nom*, vis, *n'a point de datif au singulier, mais seulement le nominatif, genitif, accusatif & ablatif.*

Appendix.

Quondam has vis (ferebam vel declinabam sup.) *ie declinoy au passé à l'accusatif plurier*, has, vis.
Nunc fero vires, *mais à present ie dy & le decline par ceste terminaison*, es.
Ausim benè dicere cum magno Fabio, *i'oserois bien dire auec Quintilian.*
Tabum, *au nominatif, accusatif & vocatif singulier, iaçoit que les Grammairiens ne luy baillent que*, Tabi, *au genitif, &* Tabo, *à l'ablatif.*

Hæc Cætera, hoc Cæterum, nominatiuum singularé masculini generis, qui esset Cæter aut Cæterus: in vsu non habet, *L'autre, la reste.* Fors, ô fors, à forte, vsitatè dicitur, *Aduenture, fortune.* Fors mala, *malencontre.* A Lues, lué, & lue, tantùm dicitur, *Toute maladie qui court generallement sur les hommes, ou sur le bestail.* Macte, quod adiectiuum est, id est, magis aucte, vocatiuo singulari, & plurali Macti dicunt, constructúmque cum genitiuo, vel ablatiuo reperitur: vt Macte virtutis, vel Macte virtute esto. Virgilius, Macte noua virtute puer, sic itur ad astra, *Courageusement, Dieu vueille t'accroistre, & bien fortuner ceste vertu qui est en toy: c'est là le chemin pour monter au Ciel.* Cùm tamen Macte virtute esto dixit Cicero, aduerbialiter magis quàm nominaliter extulit. Plinius, Macte ingenio dixit, quod Gallicè in hunc modum resoluitur, *O gentils esprits* Macti absolutum, *O gentils compagnons, ô gens honnestes: O que voila un faict qui me plaist!* Tantundem, quasi tantum idem, significat æquè tantum, *Tout autant, non plus,* Specus in nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo, dum est neutri generis, dicitur: specoris, specori, specore, vsus non recipit, *vn lieu caué & couuert par dessus comme cauernes & tanieres.* Hoc Plus, huius pluris, ab hoc pluri. Pluraliter, hi & hæ Plures, & hæc plura integrum est, id est, declinatur per omnes casus, secundum formam tertiæ declinationis. Suppetiæ & inficiæ, accusatiuo tantùm dicuntur Suppetias & inficias. Suppetiæ, *Secours.* Hinc Suppetias ferre, *Aider.* Suppetias venire, *Venir au secours.* Inficias solùm cū verbo Eo iungitur sine præpo-

Catera. *Fors.* *Lues.* *Macte.* *Macti.* *Tantundem.* *Specus.* *Plus.* *Suppetiæ.* *Inficiæ.*

Dica. ſitione: vt Ire inficias, *Nier.* Dica, accuſatiuum vtriuſque numeri ſolùm retinet, *Vne cauſe & procez.* Dicam ſcribere. *Mettre vn homme en procez.* Dicam alicui impingere, idem. Dicam iniuriarum alicui ſcribere, *Appeller aucun en iugement en matiere d'iniures.* Veru. Grates. Veru, non habet veruum genitiuo plurali, in reliquis integrum eſt. Grates ſine genitiuo, datiuo, & ablatiuo pluralibus: in ſingulari habet genitiuum Gratis, & ablatiuum Grate ſolùm, *Graces, remerciement.* Repetundarũ. Repetundarum, Repetundis, hos duos tantùm caſus habet. Repetundarum, vel de pecuniis repetundis à prouincialibus accuſatur, *Il eſt accuſé des concuſſiens, & deniers mal prins par luy, durant le temps de ſon Magiſtrat.* Vis. Vis, huius vis, hanc vim, ô vis, à vi. Et pluraliter, has vis, antiquè: nunc has vires, virium, viribus, *Force & puiſſance pouuoir.* Tabum. Tabi & tabo pro ſanie, abſque reliquis caſibus, vt quibuſdã placet. Quintilianus tamẽ, Tabũ dixit: quẽ velut ſummũ authore imitari nõ formidabo: caret tamen plurali. Dicitur & Tabes, fœminini generis. *C'eſt vne maladie par laquelle la perſonne deuient en chartre, & aſſeche par faulte d'eſtre nourrie, ou par mauuaiſes humeurs: c'eſt auſſi la boue & apoſtume qui ſort d'vne playe, ou d'vn clou, dict autrement* Pus, puris, *La pourriture, putrefaction, corruption d'vne playe, ſang pourry & corrompu.* Hinc Tabidus: vt Lues tabida, *Pourrie & corrompue.* Et Tabeo, tabes, ſiue Tabeſco, ſcis, *Deuenir ſec & ethique, foible & debile, definer.*

Annotatio. Situs. Situs præterea tantùm ſitum, à ſitu, & pluraliter ſitus apud Ouid. 7. Metamor. habet, *Moiſiſſure, relant, remugle.*

Opus. Opus etiam, idem quod neceſſe, neque caſuin habet, & propemodum aduerbialiter vſurpatur: nominaliter autem ſumptum, adiectiuum eſt.

PLVRALI NVMERO CARENTIA.

Própria plurâli (niſi ſint plurália tãtũ)
Cuncta carent, cum menſurátis, herba, frutéxque.
De ſpécie lóquimur: tamen hæc quandôque legúntur
Plurâli número, partes vbi ſignificâm⁹,

Sicut vina, fabæ. Plurâle tenent quoque raro
Abstráctum, & nomen quintæ, noménque eleménti.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Propria nomina sup.) *les noms propres, quels qu'ils soient.*
Cuncta carent plurali (numero sup.) *n'ont point tous de plurier.*
Nisi sint pluralia tantùm, *sinon qu'ils soient declinez seulement au plurier.*
Et herba (id est herbarum nomina) *& les noms d'herbes.*
Frutéxque (& nomina fruticum) *& les noms d'arbrisseaux.*
Cum mensuratis (cum his quæ ad pondus & mensuram referuntur) *auec les noms des choses qui sont subiectes a poids & mesures.*
De specie loquimur (id est de nominibus specialibus) *Nous parlons icy des noms qui signifient certaines especes des choses susdictes.*

Exceptio.

Tamen hæc (nomina sup. *Toutesfois ces noms susdicts.*
Quandoque leguntur plurali numero, *sont quelquefois trouuez au plurier nombre.*
Partes vbi significamus, *quand ils ne sont pas prins en leur generalité, ains pour aucunes parties desdictes choses.*
Sicut vina, fabæ, *comme pour exemple ces deux noms icy.*
Abstractum (nomen substantiuum ab adiectiuis deriuatum) *les substantifs qui descendent des adiectifs.*
Et nomen quintæ (sup. declinationis) *& les noms de la cinquiesme declinaison.*
Noménque elementi, *& les noms des quatres elemens, comme ignis, aër, aqua, terra.*
Plurale tenent quoque raró, *n'ont gueres souuent aussi le plurier.*

Plurali numero carent propria nomina quarumcunque rerum, nisi sint tantùm pluralis numeri. Exempla sunt virorum propria: vt Petrus, Stephanus, Gabriel: mulierum, vt Eustochium, Anna, Phyllis, Maria: Montium, vt Ossa, Olympus: Vrbium, vt Cadomus, Lugdunum: Planetarum, vt Sol, Venus, Mars, Mercurius. Dictum est autem, Nisi sint pluralia tantùm, propter Athenæ, Parisij, Gabij, & multa id genus vrbium nomina. *Propria nomina quarumcunque rerum.*

Cum mensuratis, &c. Carent etiam plurali numero nomina rerum, quæcunque in pondus & mensuram vel pensum referuntur: vt nomina metallorum. Aurum, *Or.* Argentum, *Argent.* Plumbum, *Plomb.* Hinc plumbeus homo, *Lour-* *Mensurarum nomina.*

dault. Ferrum, *Fer.* Cuprum, *Cuyure:* Stannum, *Estaim, duquel on faict la vaisselle.* Electrum, *Ambre: c'est aussi vn metail faict d'or auec la cinquiesme partie d argent.* Orichalcum, *Cuyure. Leton.* Lardum, vel laridum, *Lard.* Seuum, vel sebum, vel sepum, *Suif dequoy on faict la chandelle.* Minium, *Du vermeillon.*

Herbarum & seminum nomina.

Herba. Item nomina quæ semina, vel alia terræ nascentia significant pleraque: vt Lolium, *Turaye.* Zea, *Vne espece de bled, dicte de l' Esperaute.* Per excellentiam semen dicitur: hinc fit Alica, *Froumentee.* Zopyron, quæ & Clinopodium, *Pouliot de montaigne.* Siligo, ginis, *Vne sorte de froument menu blanc, duquel on fait le pain blanc.* Silicia, siliciæ, *Du Senegré.* Milium, *Du Millet.* Panicum, *Du Panis semblable à Millet.* Faba, *Febue.* Pisa, *Pois.* Lupinum, *Lupin.* Eruum, *Vne sorte de petit grain plus petit que Vesce, dequoy on nourrit les pigeons en Languedoc, & l'appelle on des Ers.* Vicia, *Vesce.* Oryza, *Du Riz.* Triticum, *Bled froument.* Cannabis, *Chanure.* Butyrum, *Beurre.* Ceruisia, *De la Ceruoise.* Xythũ, *De la Biere.* Sicera, siceræ, *Tout ce qui peult enyurer, du Citre.* Apium, *Ache, ou Persil.* Siler, &c.

De specialibus intelligit regula.

Loquimur autem de specialibus: nam generalia pluraliter declinari nihil impedit: vt Metalla, Aquæ, Liquores, Frumenta, Legumina.

Specialia quãdoque lecta in plurali num.

Tamen hæc, &c. Quinetiam specialia in plurali numero quandoque leguntur, vbi partem significare volumus, *quand ils ne sont pas prins en leur generalité, ains pour aucune partie desdictes choses:* vt Vina, Ordea, Pisæ, vel pisa, Fabæ, &c. Quibus tamẽ vix sunt in plurali numero genitiuus, datiuus vel ablatiuus. Sic Lentes, Auenæ, Lupini, Fraga, Mulsa, Musta.

Pluralem habentia.

Nonnulla aliquando habent pluralem: vt Croci *saffran.* Rutæ, *Rue.* Cæpe, *Oignons.* Porri, *Porreaux.* Myricæ, *Arbreau, & arbre semblable à la Briere, laquelle est frequente en Languedoc, & à lentour de Narbonne croist en grands arbres, mesmement au lieu appellé le pas du loup, vulgairement dicte Tamaris.* Genistæ, *Du genest.* Viburna, *Vierne.* cum multis aliis.

Abstractum nomen.

Plurale tenent, &c. Præterea virtutum & vitiorum nomina, quæ dicuntur vulgò abstracta, hoc est, substantiua ab adiectiuis deducta, *Les substantifs qui descendent des adiectifs,* cum nominibus quintæ declinationis, & nominibus elementorum, rarò habent pluralem numerum. Exempla de abstractis: vt hæc Eloquentia, sapientia, amicitia, veritas, pietas, iustitia, parsimonia, *Chicheté, espargne.* Auaritia. Socordia, *Bestise, & faulte de sens.* Vecordia, *Tremblement d'esprit.*

Amentia, *Folie, forcenement, quand vne personne est hors du sens.* Insania, idem Perfidia, *Desloyauté.* Infidelitas, Idem. Iuuentus, & iuuenta, &c.

Exempla de nominibus quintæ declinationis: vt Fides, Spes, Requies, Rabies, Pernicies, *Mort & destruction & endômagement de quelque chose que ce soit.* Vide plura huiusmodi nomina in quinta declinatione. *Nomina quintæ declinationu.*

Exempla de nominibus elementorum: vt Terra, Aër, Aqua, Ignis: quæ omnia pluralem admittunt, præter Aër, vbi non tantùm elementum, sed partes aliquas significamus. *Nomina elementorum.*

Inuenias & ex aliis complura pluraliter elata, vt sine dubio Res, atq; Dies, nõnullísque aliis quintæ declinationis nominibus: & multa abstracta, qualia sunt Amicitiæ, memoriæ, elegãtiæ, petulantiæ, iustitiæ, charitates, iniuriæ, insidiæ, ignauiæ: quibus tamen rarò vtimur. Ideóque dictum est, Plurale tenent quoque rarò, &c. De his pauca subiungam exempla: vt Cicero pro Rabirio Posth. Nec me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. Et Terent, Amantium iræ, amoris reintegratio est. Item Gellius, Adolescens inanes flabat glorias. *Annotatio.*

RARO PLVRALIA
masculini generis.

Vix plurâle tenent limus, cum sánguine, fumus,
Et fimus, & mundus, muscus, cum némine, Pontus,
Captôrum carcer, sopor, & puluis, penus, vncus,
Cæstus, seu cultus pro auro, ros, & genuînus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Limus cum sanguine, fumus, &c *les noms icy exprimez.*
Vix plurale tenent, *a grande difficulte & peu souuent ont le plurier nombre.*

Regula general. Captorum carcer : Et hoc nomen carcer, quando locum captiuorũ significat) *& ce nom quand il est prins pour la prison.* Seu caltus pro auro, *& ce nom* cultus, *quand il est prins pour vne fueille d'or.*

Limus. Sanguis. Fumus. Fimus. Mundus. Muscus. Pontus. Carcer. Sopor. Vncus. Cæstus.

Rarò pluralem numerum habent hæc omnia, masculini generis. Limus, *Boüe, Fange.* Sanguis, *Sang.* Fumus, *Fumee.* Fimus & fimum, teste Plinio, *Fien.* Fimus leporinus, *Fiëte de Lieure.* Fimus caninus, *Fiente de chien.* Fimetum, *Fumier.* Mundus, *Toutes les sortes d'ornemens, parures, ioyaux, affiquets, qu'a vne femme pour s'accoustrer & attiser, son cabinet, ses attours.* Muscus, *La mousse des arbres, murailles, & autres choses.* Pontus, *La mer, laquelle s'estend depuis le palud Meotis iusques à l'isle Tenedos.* Figuratè pro quouis mari sumitur. Carcer, *Prison.* Sopor. *Sommeil, faim de dormir.* Vncus, *Vn croc, vn crochet.* Cæstus cum diphthõgo, *Gros gands de plusieurs doubles, garnis de plomb parmy, dont anciennement en la Grece on souloit combattre, & s'entrefrapper aux lieux publics.* Cestus sine diphthongo, *Vne ceincture dequoy le mary ceindoit son accordee: toute sorte de lien.* Cultus, *Fueille d'or.* Genuinus, *La dent machelière: la dent derniere qui sort la derniere de toutes.* Genuino dente aliquem rodere, *Detracter & mesdire grandement de quelqu'vn.* Nemo, Puluis, & Res, patuerunt superiùs.

Cestus. Cultus. Genuinus.

Annotatio. Omissa sunt auté hic à Despauterio quamplurima, apud probos authores, etiã rarò pluralem numerum habere reperta: cuiusmodi sunt Sol, Vesper, Aether, Aluus, Puluis, Almus & Penus. Verùm hic, vt & in cæteris deinceps, satiùs est vsum consulere. Nam & alia permulta sunt, quę vix pluraliter vsurpata reperias. Et rursum ex his, quæ recensuimus aliquando pluralia fiunt: vt Soles, pro æstu, & pro diebus. Carceres, pro septis, vnde equi incertamen emittuntur, & cætera.

RARO PLVRALIA
fœminini generis.

Glória, fama, lues, pix, galla, fames, fuga, vita,
Culpa, strues, pax, gaza, salus, cúmque índole arêna,

Mors, tuſſis, proles, tabes, labes, ſoboléſque,
Tálio, cũ chólera, ſitis, atque humus,& pituîta,
Lux,plebs:iungántur pubes, contágio, bilis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Gloria,fama,lues,&c. (Hæc nomina vix repetiuntur in fœmĩnino genere) *tous ces noms cy de genre feminin, ne ſe trouuẽt gueres declinez au plurier nombre.* Iungantur pubes,&c. *ces trois icy ſoient adiouſtez aux precedens.*

Hæc nomina fœminini generis rarò pluraliter declinantur. Gloria, *Gloire & louange qu'on acquiert pour bien faire: teſmoignage de vertu dõné par les plus gens de bien.* Fama, *Vn bruit de quelque choſe nouuelle ſemé entre le peuple, ſoit bon ou mauuais bruit & renõmee.* Pix, *De la poix.* Galla, *Noix de galle, vn Dail* Fames, *Famine* Fuga, *Fuite.* Vita, *La vie.* Culpa, *Offenſe qu'on fait par meſgarde.* Strues, *Chantier de bois, amas de bois, lignier, buſcher.* Pax, *Paix.* Aliquando pluraliter legitur. Hor. lib. 2. Epiſt. 1. Hoc paces habuere bonæ, ventique ſecũdi. Gaza, dictio Perſica, *Vne grande finance & cheuance, ou richeſſes.* Arena, *Arene, ſablon, menu grauois & gréue.* Mors, *Mort.* Cholera, *Cholere.* Pituita, *Phlegme, flume.* Pituita in gallinis, *La pepie.* Lux, *lumiere du iour.* Plebs, *Le menu & commun peuple d'vne ville.* Pubes, *Le poil qui viẽt ès parties honteuſes, aux maſles à quatorze ans, aux femelles à douze.* Contagio, *Attouchement dommageable & dangereux, maladie contagieuſe, & qui vient de toucher l'vn à l'autre.* Bilis, huius bilis dicitur à Græcis cholera, *Le fiel, l'amer.* Bilis atra, dicitur melãcholia, *Cholere.* Salus, Indoles, Tuſſis. Proles, Soboles, Talio, Sitis, & Humus in generibus patent.

Omiſſa ſunt & hæc à Deſpauterio ſingularia tantùm, ſaltem rarò plurale habentia, Tellus, Iuuentus, Senectus, Peſtis Supellex. Quæ tamen plerumque plurali numero reperiuntur: vt hoc nomen Mors, mortis, apud Tacitum libr. 19. Varia pereuntiũ forma, & Omni imaginem mortium. Et Pix, atque Cera, apud Virgil. 3. Georg. Idæáſque pices, & pingues vnguine ceras. Cuiuſmodi & alia fortaſſis inuenies, ſed a- *Annotatio.*

pud poëtas ferè tantùm, quæ ſtudioſus puer per ſe diſcet.

RARO PLVRALIA
neutri generis.

Hir, cœnũ, fel, pus, ver, nectar, ador, nihil, hepar,
Nil, iubar, & níhilum, gluten, vulgus, pelagúſque,
Æuum, ſal, bárathrum, cum manna, mámmona, paſcha,
Iuſtítium, fœnum, virus, cum mane, necéſſum,
Atque neceſſe, ſalum, ſólium, fas, inſtar, & halec:
Adde nefas, lethum, vitrum, viſcum, atque macéllum,
Et nitrum, ſpicum, ſinúmque, gelúque, ſolúmque,
Atque lutum. Sunt his qui longè plura notârunt.
Si bene diſcútias doctôrum ſcripta virôrum,
Multa ſecus cernes, quàm lex vult Grammaticôrum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Hir, cœnum, fel, &c. *tous ces noms cy du genre neutre ne se trouuẽt pas souuent au plurier.*

Appendix. Sunt. (Grammatici sup.) *il y a des Grammairiens.*
Qui longè plura his notarunt, *qui en ont veu & noté beaucoup d'autres en lisant les bons autheurs.*
Si bene discutias scripta doctorum virorum, *si tu reuois & espluches diligemment les escrits des bons autheurs.*
Multa secus cernes, *tu verras plusieurs des noms susdicts estre prins autrement.*
Quàm lex vult Grammaticorum, *que ne veult la reigle des Grãmairiens.*

Raro pluraliter declinantur hæc nomina neutri generis, Hir, Fel, Necta, Ador, Nil, Nihil, Hepar, Iubar, Gluté, Vulgus, Pelagus, Sal, Manna, Pascha, Mammona, Virus, Fas, Nefas, Instar, Halec, Gelu, Solum, & Lutum: quorum significatio patuit superiùs. Cætera hîc declarabuntur, Cœnum, *Bourbier, ou bourbe, fange.* Pus, *La boüe & ordure qui sort d'vn clou, apostume, & semblables.* Nihilum, *Rien qui soit.* Æuum, *Vn temps qui dure tousiours, vn iamais.* Barathrum, *Gouffre, abysme: le creux d'vn estomach, vn goulu.* Iustitium, *Vacations, quãd on ne plaide plus.* Fœnum, *Du foin.* Manè, *Le matin, au matin.* Necessum & necesse, *Necessaire.* Salum, *La mer.* Piscosum, & Rapidum salum. Solium, *Siege Royal: c'est aussi selon Pline, vn cuuier, ou cuue à se baigner: ou vne biere & coffret où lon met les corps des trepassez: vn cercueil.* Lethum, *La mort.* Vitrum, *Voirre.* Vitriarius, *Voirrier qui faict des voirres.* Viscum, *De la glu, du guy.* Macellum, *Le marché où se vendent toutes sortes de viandes.* Nitrum, *Vne matiere semblable à sel, qui se fait en plusieurs estranges pays en aucunes fontaines & estangs.* Spicum, *Espy de bled.* Sinum, *Vne sorte de vaisseau, vn pot à laict.* *Neutra raro pluralẽ numerum habentia.*

Sunt his qui, &c. Quidam Grammatici præter hæc vulgata, quæ superiùs declarata sunt, adiecerunt complusculа alia, quorum quædam sunt iam à nobis patefacta, quædam verò quæ hîc subiicicmus. Et primò de his quæ inter masculina præter dicta reperiũtur: cuiusmodi sunt Orcus, *L'obscurité des enfers.* Bolus, priore breui, *ieċt de rets, coup de dé.* Bolus, priore producta. *Bouchee ou morceau.* Erebus, *La plus obscure partie d'enfer.* Halo, *Vn cercle qu'on voit entour la Lune.* Arrabo & Vter, patuerunt superiùs. Dolus genitiuo tantùm plurali caret, *Vne finesse cautelle, dol, tromperie.* Dolus, bonus, *Bonne finesse, bonne cautele.* Dolus malus, *Tromperie, malice, cauillation.* Adeps, genitiuo plurali caret; declinatum est suprà. *Masculina.*

Fœminina. Inter fœminina ſunt hæc: Vehes, vehis, ſine genitiuo, datiuo, & ablatiuo pluralibus, *Vne voye ou voiture de quelque choſe, comme de foin, fien & autre choſe: vne charrette, tombereau, ou charge.* Vehes, ſtercoris, *vn tombereau, ou chartee de fien.* Adorea, *Gloire.* Maſtix, *du Maſtic.* Oliuitas, *Le temps qu'on cueille les Oliues.* Spatha, *Vne eſpee, vne ſpatule.* Ora, *Vn chable de nauire.*

Neutra. De neutris: vt Altum, *Pleine mer loin de la terre.* Alumen, *Alun.* Collũ ſine genitiuo, datiuo & ablatiuo pluralibus, *Col.* Alliũ, *Ail, aux.* Vlpicum, *Vne ſorte d'aux fort grãds.* Dibaphum, *Choſe teincte deux fois.* Album, *regiſtre & papier iournal.* Meditullium, *Le milieu de quelque choſe que ce ſoit.* Aſylum, facit quidem aſyla, ſed aſylorum vix legimus, *Le lieu de franchiſe.* Sabulum, *Sablon.* Baculum, *Baſton.* Teruntium, *Vn quadrin, vn liard.* Oxyporum, *Toute ſauſſe de vinaigre.* Oxygarum, idem. Oxygola, læ, & Oxygalum, li, *Laict ſur & aigre, laict gardé longuement en forme de fourmage, ou beurre: c'eſt le laict dequoy on faict des potages en Careſme principalement és maiſons de village.* Butyrũ, *Beurre.* Moretum. *Vn lieu planté de meuriers.* Coſtus & coſtum. *Du coſt, du coq.* Saccarum, *Succre.* Veruactum, *Gachere, terre qu'on laiſſe repoſer en friche.* Euphroſynum, *De la bugloſſe.* Eupatorium, *Agrimoine.* Callus & callum, *Vne peau endurcie és mains par trop labourer, & ès pieds par trop cheminer, Cal.* Stratum, *Vne ſelle ou houſſe qu'on met ſur vn cheual.* Capital, *Vne coiffe à trouſſer les cheueux.* Specimen, *La monſtre de quelque choſe, & eſchantillon.* Et multa alia, quæ ſingularia tantùm ſunt, non quidem omnia, vt ſupra monuimus, ſed communiora.

Annotatio. Si bene, &c. Ex prædictis multa contra Grammaticorum regulas habere pluralem numerum inueniet, quiſquis doctiſſimorum monumenta diligenter euoluerit: ſed parcè inuétis parcè vtendũ, neque tamen vti formidandum nimium.

Vt autem ſingulariter quædam ſolùm dicuntur, ita rurſum pluraliter alia tantùm, quæ & ipſa, vt vulgò traduntur, ſubiiciemus.

SINGVLARI NVmero carentia.

Diſtríbuens númerus, cum cárdine, feſta, libríque,
Cum ludis, vrbs, multa carent número

ista priôre.

Dánt quidam libri númerum tantúmmodò primum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Distribuens numerus(id est,distributiuus)*le nombre par lequel nous entendons a vne chacune des choses signifiees estre baille ce dequoy on parle.*

Cum cardine(cum numero cardinali)*auec le nombre principal:* vt duo,tres,quatuor,&c.

Festa,*les noms des festes.*

Libríque,*& beaucoup de noms de liures.*

Cum ludis, *auec les noms des ieux,& passetemps publics.*

Vrbs,*& plusieurs noms de villes.*

Multa ista(pro istorum)*beaucoup, dy-ie, de ces noms.*

Carent numero priore,*n'ont point de singulier nombre.*

Appendix.

Quidam libri(id est, quædam nomina librorum) *quelques nõs de liures.*

Dant tantummodò primum numerum, *ont seulement le singulier nombre.*

Numeri distributiui, vt Singuli,bini,terni,quaterni,quini,seni, septeni, &c. Et Cardinales, vt Duo, tres, quatuor quinque,sex,septem,&c. carent numero singulari nisi rarissimè, vt Septeno gurgite apud Virgilium. *Distributiuus numerus.* *Cardinalis.*

Item nomina Festorum: vt Regalia, Cineralia, Bacchanalia, Saturnalia, superiùs explicata. Pallalia, *Les festes de la deesse Pallas:* Parentalia, *Banquets qu'on faisoit aux conuois & obseques des trespassez.* Solennia, *Solennitez ou festes qu'on garde tous les ans en certain temps.* Repotia, *Les banquets qu'on faict le lendemain de nopces à la maison du nouueau marié.* Encænia, *Dedications de temples.* Charistia, *Festes anciennes, esquelles se faisoient banquets solennels entre parens seulement.* Orgia, *Les festes de Bacchus, & toutes ceremonies.* *Festorum nomina.*

Nomina quoque Ludorum: vt Apollinares, *Les ieux qui estoient iouez à l'honneur du Dieu Apollo.* Megalenses, *Ieux qui estoient iouez à l'honneur des grands Dieux, comme Iupiter, Minerue, Iuno & Tellus.* Quinquatres, *Ieux qui estoient iouez par l'espace de cinq iours, à l'honneur de Pallas.* Circenses, *Ieux publics de luicteurs & de cheuaux courans à qui mieux mieux, qui se faisoient à Rome en vne place grande & spacieuse, pour donner passetemps au peuple.* Sunt autem dicti, quòd in Circo fierent, *qui est vn lieu à Rome entoure de murs, ou les cheuaucheurs & luicteurs s'exercitoient.* Geniales, *Ludorum nomina.*

Ieux addonnez à volupté, & à tout plaisir. Plebeij *Ieux appartenans au faict du menu peuple.*

Librorum nomina. Carent præterea singulari numero multa librorum nomina: vt Bucolica, Georgica, Chronica, Rhetorica, Biblia.

Oppidorum nomina. Multa item oppidorum nomina. masculina, vt Parisij, Gabij, Locri: fœminina, vt Thebæ, Athenæ, Burgæ: & neutra, vt Susa, Artaxata, Hierosolyma, &c.

Annotatio. Thebeis. Æneis. Dant quidam libri, &c. Quædam librorum nomina, tantũ sunt singularis numeri: vt Thebais, *Vn liure où est parlé de la ville de Thebes.* Aeneis, *Vn liure où Virgile parle des beaux faicts & prouësses d'Eneas*, &c.

MASCVLINA TANTVM *pluralia.*

Mascúlei géneris sunt hæc plurália tantùm,
Annáles, sentes, cancélli, líberi, amóres,
Vepres, carcéribus, Lúceres, canis, lémures do,
Furfúribus, géminis, natáles, cælítibus, ceu
Manes, & casses, súperi, lóculi, atque penátes,
Cuíque priùs foret as, maióres, atque minóres,
Primóres, fasti, vel fastus: adde Quirítes,
Et pugillares, Seres, Caréśque, saléśque.
Atque Lares, Pisces signum, res menstrua, menses.

Atque fori, fasces, próceres: sic pósteri, & antes.
Mores, ínferi, & ambo: dabis sic codíque cilli.
Intérdum número potiéntur pauca priôre.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Hæc (sup. nomina) *les noms qui s'ensuyuent.*
Tantùm pluralia, *estans tant seulement du nombre plurier.*
Masculei generis sunt, *sont du genre masculin.*
Cuíque foret as, *& le nõ auquel seroit baillee ceste terminaison, as.*
Priùs, *au singulier nombre, s'il estoit en vsage.*
Atque Pisces signum, *& ce nom.* Pisces, *quand il est prins pour vn signe du Ciel.*
Menstrua, menses, *& ce nom,* menses, *prins pour le flux de sang qui vient aux femmes tous les mois.*
Dabis sic codíque cilli (id est, codicilli) *tu mettras à la mesme sorte ce nom,* Codicilli.

Except.
interdum (aliquando) *quelquefois.*
Pauca (ex his sup.) *quelques vns des susdicts.*
Potientur priore numero: *auront le singulier nombre.*

Masculina sunt, tãtùm pluralis numeri, hæc nomina: Annales, *L'histoire des choses qui se sont d'an en an: Chronique.* Sentes, *Espines.* Cancelli, *Treillis, claireuoye.* Liberi, *Enfans descendans de nous, soit du premier degré, ou d'autre plus bas.* Amores, *Folles & deshõnestes amours.* Vepres, *Espines.* Carceres, *La barriere ou le lieu dont deslogeoient & partoient les cheuaux & commençoient leurs courses és ieux de pris publiques.* Quanquã Tibullus poëticè dixerit. Qui prior Elæo est carcere missus equus, Luceres, *Aucuns nobles de Rome.* Cani, *Les cheueux gris d'vn vieillard.* Lemures, *Loups garous, esprits qui vont de nuict, desquels on faict peur aux petits enfans.* Furfures, *Les excremens qui s'assemblent sur la teste, sortans par les pores de la peau, semblables au son.* Gemini, *Gemeaux naiz d'vne ventree.* Sic Trigemini, &c. cùm de his intelligitur, qui tales nascuntur. Natales, cùm de genere vel familia dicitur, *La parenté & le sang dont vn chacun de nous a pris naissance.* Cælites, *Ceux qui habitẽt au ciel, celestes.* Manes, *Les esprits & ames des trespassez.* Casses, *Rets.* Superi, *Ceux qui sont en hault au regard de ceux d'embas.* Loculi, *Sachets, bourses, gibecieres, coffrets.* Loci plu- Annales. Luceres.

ral. tantùm, cùm de mulieribus intelligitur, *L'amarry, ou matrice d'vne femme, où l'enfant se tient en son ventre.* Penates, *Petits Dieux que les Payens estimoient estre & habiter en la maison d'vn chacun.*

Nomina quæ si singularem haberent, desinerent in as.

Cúmque prius foret as, &c. Nomina quoq; quæ in as desinerent, si singularem haberét: vt Primates: Optimates, Magnates, Summates quæ idem significant, *Les principaux d'vn populaire, par lesquels le demeurãt est gouuerné* Infernates, *Ceux qui sont d'embas.* Supernates, *Ceux qui sont d'enhault.* Infirmates, *Les moindres du peuple.* Maiores, *Les ancestres.* Posteri & Minores, *qui sont naiz de nous, comme les fils, nepueuz & autres noz successeurs, & qui viennent apres nous.* Primores, *Les bords & bouts de toutes choses, les extremitez & dernieres parties: les principaux d'vn populaire.* Fasti, orum, vel Fastus, stuum, *Calendrier par lequel on pouuoit cognoistre les iours festez, & festes plaidoyables & non plaidoyables: & aussi ceux qui estoient en partie plaidoyables.* Fasti dies, *iours d'assises, esquels les Magistrats se seoient & rendoient droict: iours plaidoyables.*

Quirites.

Quirites, *Les Romains.* Pugillares, *Tablettes de cire ou autre chose surquoy on escrit.* Seres, *Vn peuple en Scythie, où croist la soye.* Cares, *Vn peuple en Carie.* Sales, *Paroles ioyeuses & recreatiues, qui font rire les gens, & qui quelquefois picquent.* Lares, *Le bon & le mauuais Ange, que les Payens estimoient estre deux Dieux priuez & familiers, qui auoient soin & cure d'vn chacun dés l'heure de sa naissance,*

Pisces. Menses. Fori.

Pisces, *Vn signe qui est au ciel, qu'on lit ainsi aux Calendriers,* Sol in piscibus. Menses, *Le flux de sang qui vient aux femmes par chacun mois.* Fori, *Le tillac d'vn nauire: eschafaux où sont ceux qui regardent iouer: coffres à liures, & armaires.* Fasces, *Magistrat deuant lequel poignees de verges estoient portees par sergens à Rome.* Proceres, *La teste & le bout des poultres qui passent outre le mur: les principaux & gouuerneurs d'vne ville.* Posteri & Minores, idé. Antes, *Les derniers seps d'vne vigne.* Mores, *Les conditions d'vn homme, bonnes ou mauuaises.* Inferi, *Les enfers, ou ceux qui sont aux enfers.* Ambo, *Deux* Codicili, *Lettres missiues, lettres royaux.*

Annotatio.

Addũt quidam plura. vt Artus, *Parties du corps entre les ioinctures, les oz, nerfs, chair & veines. Il signifie aussi les membres.* Aborigines, *Vn peuple tresancien d'Italie, qui premierement habita le pays, ou a esté depuis cõstruicte la ville de Rome.* Ephemerides, pro quo etiam singulari legitur Ephemeris, *Registre, papier iournal.* Latinè Diaria dicũtur. Scyri, *Fosses soubs terre, ausquelles on met du bled en lieu de grenier, comme l'on fait en Cappadoce & en Thrace, ainsi que le tesmoigne Varro.*

Fœmi-

FOEMININA TANTVM
pluralia.

Hæc muliébria ſunt tantùm plurália, grates,
Suppétiæ,cunæ,Chárites,látebræ, phalerǽque,
Antiæ, & ambáges, Alpes, argútiæ, & ædes,
Præſtígiæ, Exquíliæ, bigæ, cum frátribus,Idus,
Et décimæ,infíciæ,nugæ,ſcalǽque, foréſque,
Cópiæ,& anténnæ, Gades, diræ, atque caléndæ,
Fériæ, & exéquiæ, gingíuæ, líttteræ, & antæ,
Et decretáles, inimicítiæ quoque, & aræ,
Nǽniæ,& illécebræ,genæ, opes, nonæ, atque tenébræ,
Exúuiæ,indúuiæ,pálcæ,ſálebræ, ſcatebrǽque,
Cum valuis, tricæ, thermæ, cum náribus,atque

Blandítiis,& compédibus, cum ſórdibus:adde
Clitéllæ, ſortes, fortúnæ, diuitiǽque,
Grátiæ,& inſidiæ,ſic cantes,relliquiǽque,
Quiſquíliæ,lactes, mappǽque, minǽque,plagǽque,
Núptiæ & excúbiæ,cum primis,primitiíſque,
Inferiæ,& ſcopæ, partes, ſi fáctio fiat.
Cætera vix verſu contíngit dícere:verùm
Intérdum número potiéntur pauca priôre.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Hæc (nomina ſup. ſcilicet grates: ſuppetiæ, &c.) *ces noms icy mis.*
Muliebria, *eſtans du genre feminin.*
Sunt tantùm pluralia, *ſont ſeulement du plurier nombre.*
Bigæ, cum fratribus (id eſt, cum his quæ ab eadem origine veniunt) *auec ſes ſemblables*, vt trigæ, quadrigæ, ſeiugæ.
Partes, ſi factio fiat, *auec ce nom cy*, partes, *s'il eſt pris pour bande & ligue.*
Vix contingit dicere verſu cætera, *à peine peult il aduenir que ie die par carmes les autres noms de ce qualibre.*

Exc. 5.
Verum pauca, *toutesfois aucuns d'iceux.*
Potientur interdum priore numero, *auront quelquesfois le nombre ſingulier.*

Hæc nomina fœminini generis, ſingulari numero carent, Grates, Suppetiæ, Inficiæ, Opes, quæ patuerũt ſuperiùs. Cunæ, narũ, *Le berceau d'vn enfant, ou les linges & drapeaux.* Charites, *Graces, trois Deeſſes ainſi nõmees en general, deſquelles les propres*

noms sont Aglaia, Thalia, Euphrosyne. Latebræ, *cachettes.* Phaleræ, *Bardes de cheuaux.* Antiæ, *Cheueux de femmes passans sur le front en passefillon.* Græcè, προκόμιον. Ambages, *Obscuritez de paroles & propos.* Alpes, *Montaignes en Italie.* Argutiæ, *Petites subtilitez.* Aedes, ædium, *Vne Eglise & temple, ou vne maison.* Præstigiæ, *Enchanteries & abusemens ou tromperies, telles que sont celles des ioueurs de passepasse, qui de grande legereté de mains qu'ils ont, font sembler voir vne chose qui n'est pas.* Exquiliæ, *Vne montaigne de Rome.* Bigæ, *deux cheuaux attelez à costé l'vn de l'autre: chariot mené à deux cheuaux.* Trigæ, *Trois cheuaux attelez à vn harnois à costé l'vn de l'autre.* Quadrigæ, *Quatre cheuaux attelez à vn harnois à costé l'vn de l'autre: il se prend aussi pour vn chariot tiré à ces quatre cheuaux ainsi attelez.* Seiugæ, *Six cheuaux accouplez à costé l'vn de l'autre.* Idus, quæ à diuidendo dictæ sunt. Nam in medium mensem incidunt. Iduare autem, diuidere veteribus significabat. *Quelques iours du mois.* Decimæ, seu decumæ, *Decimes.* Decumani, *Les fermiers des decimes.* Nugæ, *Baueries, sornettes.* Scalæ, *Eschelles.* Fores, cuius tamen ablatiuo singulari, Fore, vsus est Horatius: accusatiuo, Forem, Ouid. nominatiuo, Plautus: sed plurali tamen vsitatius est. *Huis.* Copiæ pro exercitu, *Armee, bande de gens de guerre.* Quanquam & Virgilius singulariter dixit, Et quæ sit mecum copia lustro. Antennæ, *Le bois trauersant le mas du nauire en hault, à quoy est liee la voile.* Gades, *Vne Isle pres d'Espagne.* Diræ pro furiis, *Maudissons, execration.* Calendæ, *Le premier iour du mois, Calendes.* Has porrò à καλεῖν id est, à vocando nominarunt. Nã nouilunio cõuocabatur plebs, & pronunciabatur numerus dierũ, qui ad Nonas superessent. Nonis enim cõueniebat populares ex agris in vrbem. Feriæ, *Feries & iours de cessations festes.* Exequiæ, *Funerailles.* Gingiuæ, *Les gencives.* Litteræ, *Lettres missiues: les sciences & estudes contenuës par lettres & liures: ordonnances, ou mandement d'vn Prince ou Magistrat: lettres, enseignemens, & papiers: les comptes & papiers des marchãs qui ont societé les vns auec les autres.* Litteræ publicæ, *Registres & chartres.* Antæ, *les iãbes d'vn huis, ou d'vne porte.* Decretales, *Liures contenans les statuts, ordonnances & constitutions des Euesques.* Inimicitiæ, *Inimitiez.* Aræ, *Autels.* Neniæ, *Vn chant de dueil sur la memoire d'vn trespassé.* Illecebræ, *Toutes choses qui allichent & attrayent, allichemens.* Genæ, *Toute la ioue, comprenant depuis le sourcil iusques au mentõ, la peau qui couure l'œil quãd on le cligne.* Sed & hoc singulariter vtitur passim Plinius. Nonæ, *Les nones de chacun mois.* Has Plutarchus quasi Neomenias dictas putat: Tunc

Seiugæ. *Idus.* *Copia.* *Antenna.* *Feria.* *Gingiua.* *Littera.* *Anta.* *Tenebræ.*

enim prodit à coitu Luna, clarè conspicitur. Tenebræ, arũ, *Tenebres.* Exuuiæ, *Despouilles d'vn ennemy, la peau de quelque beste que ce soit.* Induuiæ, *Habillemens, vestemens.* Paleæ, *Pailles.* Salebræ, *Lieux mal-vnis, hauts & bas, lesquels à grande peine peut on passer sans sauter.* Scatebræ, *Sources.* Valuæ, *Portes à deux battans, & qui s'ouurent en deux parties.* Tricæ, *Cheueux & filets qui s'entortillent aux pieds des petits poussins, & les empeschent de cheminer: toutes manieres d'empeschemens, & de brouillemens, baueries, bourdes.* Thermæ, *Estuues.* Nares, *Les narines.* Blanditiæ, *Belles paroles & attrayantes, blandissement.* Compedes, *Vn cep, ou autre chose dequoy on lie les pieds aux malfaicteurs.* Sordes, *Ordures.* Tametsi Tacitus lib. 17. Sordem & Auaritiam Capitonis dixit. Sordes vrbis, *La racaille du peuple.* Clitellæ, *Le bast qu'on met sur vn asne, ou autre beste.* Sortes pro oraculo, *Oracles & responses des Dieux.* Fortunæ, *Biens, richesses.* Diuitiæ, idem. Charites idẽ. Insidiæ, *Embusches & espies.* Cantes, *Les tuyaux des orgues.* Reliquiæ *Reliques: ce qui est demeuré de reste: les reliques & ossemens des morts.* Quisquiliæ, *Les balieures de la maison, copeaux & menus bastons: toutes petites buchettes qui cheent des arbres, fueilles, ou fleurs: gens de nulle estime & de nulle valeur, harpaille.* Lactes, *ce sont les intestins tẽnes, ou menus boyaux.* Mappæ, *Nappes.* Minæ, *Menaces: les carneaux d'vne muraille.* Plagæ, *Rets à prendre bestes sauuages: proprement ce sont les cordes de dessus & dessous dequoy on tend les rets, tapis ou tapisseries.* Nuptiæ, *Nopces.* Excubiæ, *Le guet.* Primæ, *le premier lieu.* Primas alicui dare, *Luy donner le premier lieu.* Primitiæ, *Les premiers fruicts, lesquels on offroit à Dieu.* Inferiæ, *Sacrifices & ceremonies appartenantes à la mort des trespassez.* Scopæ, *Vn balay, les petites verges & scions qu'on a couppé des branches des arbres, ou herbes.* Partes, *Vne bande, vne ligue, charge & office.* Tradere partes sein, *Luy bailler la charge.* Fungi partibus, *Faire l'office.*

Blanditiæ. Compedes. Sordes. Clitellæ. Reliquiæ.

Alia quædam superioribus adiuncta.

Iunguntur his pauca alia: vt Cæremoniæ, arum. *Ceremonies, coustumes & ordonnances sur le faict des choses sacrees & diuines.* Inuenitur tamen & Cæremonia, niæ, apud Ciceronẽ, Gellium, Suetoniũ, & Tacitum. Minutiæ, tiarum, *Petites parties de quelque chose que ce soit.* Offuciæ, arum, *Tromperies & fard.* Manubiæ, *La part d'vn butin, qui est escheu au chef de l'armee, ou la despouille d'vn grãd seigneur des ennemis: la despouille de toute personne, mesmement quand il y a inimitié.* Facetiæ, *Railleries, plaisanteries, rencontres de bone grace.* Fidiculæ, *Vne gehenne, ou torture.* Vigiliæ, *Guet de nuict: les gens qui font le guet.* Aerumnæ, *Des crochets, comme pourroient estre ceux des crocheteurs, ou qu'on met sur vn asne: A cause dequoy il*

se prend aussi pour tout grief trauail misere & tribulation. Sed tamen & singulariter Aerumna & ærumnam inuenias apud Ciceronem & Plautum.

NEVTRA TANTVM
pluralia.

Tantùm plurâlis númeri sunt neutra, iuga, arma,
Ostrea, cum rostris, effâta, crepúndia, Bactra,
Exta, cibária, tesqua, Ceraúnia, clássica, lustra,
Cum castris, flabris, cunábula, iusta, pudénda,
Transtra, veréndа, bona, & præcórdia, múnia, liba.
Addes cum paraphérnis, aulæ'is, lachanísque,
Et comítia, cum spóliis, bellária, serta,
Ostia: sic carchésia, sic vinácea: quæ sunt
Cuncta secúndæ, vt séria: pluráque iungunt.
Ilia sit ternæ, ceu lúmina, mœnia, sicut
Pugillária, vti sponsália: míllia iunge,
Et vétera, atque mapália: sic magália flecto.

Cætera vix versu contíngit dícere: verùm

Intérdum número potiéntur pauca priôre.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Iuga, arma, ostrea, &c. (hæc nomina neutri generis) *ces noms suyuans estans du genre neutre.*
Sunt tantùm pluralis numeri, *sont seulement du plurier nombre.*
Quæ sunt cuncta secundæ (sup. declinationis) *que tous sons de la seconde declinaison.*
Pleráque iungunt (Grammatici sup.) *& beaucoup d'autres que les Grammariens y adioustent.*

Appendix. Sic flecto ilia ternæ (declinationis sup. *Et ainsi se decline ce nom ilia, & les autres ensuyuans, estans de la troisiesme declinaison & neutres, lesquels sont du plurier nombre.*
Cætera vix versu contingit dicere, *il est difficile de comprendre en carmes tous les autres qui sont sans singulier vsitez,*
Verùm pauca, *toutefois quelques vns des susdicts.*
Potientur interdum numero priore, *auront quelquefois le singulier nombre.*

Neutra secundæ declinationis. Iuga. Arma.

Horum quoque quædã substantiua sunt: vt Scriba à scribo: Aduena, ab aduenio: Querela, à queror: Tutela, à tutor, seu tutus: Lucerna, à luceo. Laterna, à lateo: Creatura, à creatu. Natura, à natu: Querimonia, à queror Parsimonia, à parco, seu parsi. Est enim forma hæc communis tam verbaliũ, quàm denominatiuorum. Sedile, à sedeo: Cubile, à cubo: Legio, à lego: Regio, à rego. Oratio ab oratu: Statio, à statu: internecio ab internectu. Fiũt enim in tio à supinis. Bibo, onis, à bibo: Comedo, onis, à comedo: Libido à libet: Intertrigo, ab intertritum, *Blessure, ou escorcheure faicte en la peau par eschauffemet, & par lõg chemin és pieds, ou entre les cuisses.* Plinius Attritus vocat. Dicitur & Paratrimma, *Entreta lleure, quand vn cheual s'entretaille.* Vigil, à vigilo: Consul, à cõsulo: Solatium, à solatu: Tintinabulũ, à tintino: Patibulum, à patior: Pabulum à pasco: Oraculum, ab oro: Ferculum, à fero: Periculum à perco: Speculũ autem: a specio pro speciculum per syncopen. Testamentum, à testor: Vestimentũ, à vestio. Detrimẽtum, à detero: Incrementum, ab incresco: Flumen, à fluo: Stamen, à sto: Foramẽ, à Foro: Tegmẽ, à tego In cen, corũ tantùm est quæ à cano veniunt: vt Cornice, Tubicen. Cal-

Substantiuorũ terminationes. *A. la. na. ra. nia. le. gio. tio. o. il. ul. tium. bulum. culum. mentum. men. cen.*

ar. car, à calco: Torcular, à torqueo, vbi tamen q, in c, conuersum est, propter affinitaté literæ. Victor, à vinco: Quæstor, à quæro. Tonsor, a tondeo: Amor, ab amo: Dolor, à doleo:
or.
us. Visus, à video: Status, à sto: Cultus, à colo. Raptus, à rapio.
trix. Quæ in trix desinunt, fœminina sunt, fiúntque ab iis quæ in tor terminantur: vt Victrix, à victor: Vltrix, ab vltor: Genitrix, à genitor. Huc pertinent & Rex, à rego: Lex, à lego: Dux, a duco: Lux, à luceo. Arx, ab arceo.

Adiectiuorum terminationes. Horum autem quæ adiectiuè vsurpantur, terminationes sunt hæ: Piger, a, um, à piget: Ruber, a, um, à rubeo: Flexilis, à flecto: Sessilis, à sedeo: Fissilis, à findo: Futilis, à futio: Vtilis, ab vtor: Docilis, à doceo: Amabilis, ab amo: Conducibilis, à conduco: Stabilis, à sto: Commendatitius, à commẽdo: Surreptitius, à surripio: Suppositítius, à suppono: Viuidus, à viuo: Feruidus, à ferueo: Inuidus, ab inuideo: Moribundus, à morior: Fremebundus, à fremo: Furibundus, à furo. Hæc similitudinem significare volunt. Tametsi apud poëtas plerunque pro ipsis participialibus, vt sunt Moriens, fremens, furens, &c. posita legantur. Iracundus, ab irascor: Verecundus, à vereor: Rubicundus, à rubeo: Bibulus, à bibo: Credulus, a credo: Genitiuus, à gigno, seu genitum: Datiuus, à datum: Satiuus, à satum. Formantur enim hæc à supino, cuius consonantem etiam retinent. Loquax, à loquor: Dicax, à dico: Fallax, à fallo. Sternax, à sterno. Hæ sunt ferè terminationes verbalium nominum. Fortassis autem etiam plures his adiecerit aliquis: sed nos communiores tantùm persequi volumus.

er. lis. bilis. titius. idus. bundus. cundus. lus. uus. ax.

DE ADVERBIALI.

Aduerbiale nomen quid. Aduerbiale est quod ab aduerbio deducitur: vt Hodiernus, ab hodie: Crastinus, à cras: Hesternus, ab heri: Diutinus, a diu: Pridianus, à pridie: Perendinus, à perendie: Cotidianus, à cotidie: Propinquus, à propè: Longinquus, à longè: Extraneus, ab extra. Et similia, quæ siue aduerbialia appellaueris, siue inter patronymica retuleris, parum interesse puto.

DE INTERROGATIVO.

Interrogatiuũ quid, & diuisio. Interrogatiuum est, per quod de aliqua re quæritur.

Interrogatiuorum aliud est substantiæ, per quod de substãtiuo quæritur: vt Vter, *Lequel des deux?* & quod inter pronomina numeratur, Quis, cum cõpositis, ecquis, nunquis.

Aliud accidẽtis, per quod de nominibus adiectis quęritur.

Hoc rursus diuiditur. Nam quoddam de qualitate quæritur: vt Qualis, *Quei? de quelle sorte & maniere*: Cicero, Academ. 4. Qualis est istorum oratio, qui omnia non tam esse, quàm videri volunt, *Quel est leur propos?* Respõdetur, Aspera, horrida, tristis, contentiosa, &c. Qualis est Cicero? Facundus, & eloquens. Ad hoc ergo interrogatiuum responderi possunt omnia adiectiua qualitatũ animi, siue corporis: vt Probus, *Bon.* Integer, *Entier.* Formosus, *Beau.* Deformis, *Laid.* vel extrinsecus accidentium: vt Diues, *Riche* Pauper, *Pauure.* *Interrogatiuũ qualitis.*

Aliud de quãtitate & magnitudine quæritur: vt Quantus, *Combien grand, ou hault, ou long?* Ad hoc respondere licet, Magnus, paruus, longus, breuis latus, *Large.* Angustus, *Estroict.* Altus, *Hault.* Profundus, *Profond.* Item Bipedalis, *Qui a deux pieds de long.* Tripedalis, *Qui a trois pieds de lõg.* Et quæ sunt eius generis. Item Bipedanus vel Bipedaneus, *Qui en a trois.* Bicubitalis, *Qui a deux coudees de lõg.* Tricubitalis, *Qui en a trois*, &c. Adde & quæ ad pondus referuntur: vt Bilibris, *Pesant deux liures.* Trilibris, *Pesant trois*, &c. *Quantitatis & magnitudinis.*

Aliud quæritur de numero: vt Quot, *Combien?* Ad quod respondere licet, Vnus, duo, tres, &c. *Numeri.*

Aliud de ordine: vt Quotus, *Qantiesme?* Ad quod respondetur, Primus, secundus, tertius, quartus, &c. Sic quærimus, Quota est hora, *Quelle heure est-il?* Duodecima. Dic quotus es? *Dy moy le quantiesme es-tu?* Centesimus, *Le centiesme*, &c. *Ordinis.*

Aliud de numero annorum: vt Quotannis, *Combien d'ans, de quel aage?* Ad hoc respondere licet, Biẽnis, *De deux ans.* Triẽnis, *De trois.* Quadriennis, *De quatre.* Vel Bimus, trimus, quadrimus, quæ eiusdẽ sunt significationis. Itẽ Annotinus, annuus, anniculus; *Qui est d'vn an.* Veteres tamẽ per Quot ferè quærũt: Tui anni quot? Sexdecim. Sic quærimus, Quot annos natus es? Respondetur, Viginti, triginta. *Numeri annorum.*

Aliud de multiplicatione rerum: vt Quotuplex? *En cõbien de sortes?* Ad quod respondendum, Simplex, duplex, triplex, quadruplex, &c. Et aliter, Quotuplus? Simplus, duplus, triplus, quadruplus. *Multiplicationis rerum.*

Quoddam etiã distributiuum est: vt Quotenus? Ad quod respondere licet (si quid Grammaticis credimus) Bini, terni, quaterni, &c. *Interrogatiuũ distributiuũ.*

DE RELATIVO.

Relatiuum est, quod refert antecedens, hoc est, rem ante

dictam. Solet autē sic diuidi vt aliud substantiæ sit, hoc est, quod refert antecedens substantiuum: aliud autem substantiæ similitudinis, quod ad pronomina sola pertinet: aliud substantię diuersitatis, id est, quod antecedens refert diuersum à cōsequente, cum quo congruit & concordat, sed sub eodem genere, vel eadem specie, *Qui refere vn antecedent diuers du substantif, duquel il prend le genre & le nombre, toutefois sous vne mesme espece, cōme il appert par ceste exemple*, Laurus & cæteræ arbores: Laurus, *est l'antecedent, mais le substantif duquel il prēd le genre, & le nombre, est vn autre, à sçauoir*, Arbores, *& tous deux sont sous vn mesme genre: car le Laurier est vn arbre, vray est qu'il est diuers des autres*. Sic. Non sapit illi accipenser, nec alij pisces, significando accipenserem esse ipsum quidē piscem, sed specie à cæteris differre. Quare non rectè dixeris, Vulpes, & alij, vel cæteri lupi, vescuntur carnibus. Nō enim vulpes sunt lupi: quod ita esse oporteret, si relatiuo Alij vel Cæteri vti vellemus. Talia relatiua sunt Alius, alter, reliquus, cætera, cæterum, & residuus.

Accidentiū. Relatiuorum aliud est Accidentis, id est, quod antecedens adiectiuum refert: vt Cicero de Amicitia: Non sicut vulgus sed vt eruditi solēt appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. Vbi quidem Qualem, refert sapientē. Ea sunt. Qualis, quantus, quot, quotus, quotennis, quotenus, quotuplus, quotuplex. Quorū antecedentia sunt, quæ eisdē suprà in interrogatiuis pro responsiuis assignata sunt. Eadē enim sunt Interrogatiua, cùm interrogationi seruiunt: Relatiua, cùm ad aliud nos remittunt. Quæ etiam nonnunquā

Relatiua infinita. Infinita dicuntur hoc est, indeterminata, cùm sine interrogatione proferuntur, nec ad aliud nos remittūt, *Quād ils sont prins sans aucune interrogation, & sans nous ramener à aucune chose precedente*: vt Cicero, Nihil interest ad beatè viuēdum, quali vtèris veste, *Il ne sert rien à bien viure, quel habillement vous ayez*. Item pro Milone, Scio quāta & quam solicita cupiditas sit, *Ie sçay combien grande est la conuoitise*. Idem ad Atticum, In ripa nescio quotenorum iugerum, *il a faict les partages au riuage, ie ne sçay de combien de demy-arpens*.

DE NVMERALI.

Numerale nomen quid, & eius diuisio. Numerale est quo aliquid numeramus. Est autem multiplex: Cardinale sic dictū, quasi principale, vel quòd absolute numerum significet, vel quod ab eo cæteri oriantur. Huius-

ius numeri species sunt, Vnus duo, tres, quatuor, &c.

Ordinale, sic appellatum, quòd numerum cum ordine significet: vt Primus, secundus, tertius, quartus, &c. Distributiuũ, quo aliquid distribuimus: vt Singuli, bini, terni, quaterni, seni, &c. Multiplicatiuum, quod vnum in se multiplicatum significat: vt Simplex, duplex, triplex, &c.

Restãt duæ species innominatæ. Prior, in arius finem habet: vt Vnarius, binarius, ternarius, quaternarius, quinarius, &c. quæ diuersæ rei à substantiuo, cui iunguntur, numerum indicant. *Qui signifient ou denotent le nombre d'autre chose diuerse du substantif, auec lequel elles s'accordent*: vt apud Columellam, Ternarij scrobes, *ne sont pas trois fosses, mais qui ont trois pieds en quarré.* Quaternarij, *Qui en ont quatre.* Homo quinquagenarius, *Qui a cinquante ans.* Versus senarius, *Qui a six pieds.* Lapis centenarius, *Pesant cent liures.* Grex centenarius, *Troupeau de cent chefs.* Cohors centenaria, *Bande de cent hommes.* Millenaria, *De mille.* Pondera centenaria, *Pesant cent liures.* Nescio an hæc numeralia diuersitatis dici possint, sicut relatiua quædã dicta sunt diuersitatis. Eiusdem terminationis sunt Primarius, secundarius, tertiarius, quartarius sextarius, &c. vt Primarius vir, *Qui est le premier & le plus excellent entre les autres.* Et, primario loco esse, *Estre le premier.* Panis secũdarius, *Pain grossier.* Posterior species desinit in anus: vt Primanus, qui est primæ legionis, *De la premiere legiõ.* Secũdanus, tertian', quartanus, quintanus, sextanus, &c. vt Febris tertiana, quartana, &c.

Duæ species num. rorũ innominatæ. Prima in arius.

Secunda in anus.

Sunt & cõposita quædam numeralia: vt Bisextus, bipennis, triangulus, &c. quorum significatio ex compositione innotescet.

Composita numeralia.

DE COLLECTIVO ET PARTITIVO SIVE DISTRIBVTIVO.

Collectiuum nomen est, quod multa simul significat: vt Omnis (præsertim in numero singulari) Vniuersus, Cũctus, Ambo. Sunt & quædam substantiua, quæ collectiua dicuntur sed nos hîc de adiectiuis disserimus.

Collectiuum nomen quid.

Partitiuum nomen est, quod aut multos sigillatim significat, vt Vterque, Vnusquisque: aut vnũ è multis, vt Alius, Alter. Exẽplo manifesta fiet collectiui & partitiui differentia. Cùm dico, Vterque domum ædificant, significo diuisim quenque domũ ędificare. Ambo domũ ædificat intelligitur

coniunctim. Item, Omnem populum allocutus est, coniunctim scilicet. Quemq; ex populo allocutus est, diuisim scilicet. Sed omnis modò collectiuum, modò partitiuum est.

Partitiuorũ autem duplex est diuisio. Prior est in vniuersalia: vt Vnusquisque, vterque, neuter, nullus, nemo, quisque, quicunque. Et particularia, vt Alius, alter, quilibet, quiuis, vterlibet, vteruis, aliquis, vllus, quidam. Posterior, in affirmitiua: vt Quisque, &c. & negatiua, vt Nullus, nemo, neuter, &c. *Les dictions partitiues sont celles qui en langage vulgaire sont exprimees par telles manieres de parler, chacũ de, vn de, quelqu'vn de, nul de, aucun de, & semblables.*

DE PRONOMINE.

Pronomẽ vnde dictum. PRonomen est pars orationis, quæ vt molestæ repetitionis vitãdæ causa pro nomine ponatur, inuẽta est. Quod vel appellatione ipsa ostenditur. Dictũ est enim Pronomẽ, quòd officio nominis fungatur, & in eius locum succedat.

Pronominis vsus duplex. Itaque pronominis duplex est vsus in oratione. Alter est in repetenda re, per nomen significata. Alter est in demonstranda re, quam certã & præsentem pronomina ostendũt. Vtrumque vsum exemplo illustremus. Apud Ouidium sic habetur; Gratiáque officio, quod mora tardat, abest. Hìc si exempto pronomine supponas nomen, vt si dicas, Gratia abest officio, & officium tardat mora: sermo & obscurus, & inconditus erit. Sic & in demonstranda: vt apud Terentiũ, Nempè, vt curentur rectè hæc. Nam si hìc sublato pronomine, singulatim commemorentur ea quæ curanda erant, fuerat ea commemoratio & longa nimis, & odiosa futura.

Pronominis prima diuisio. Prima pronominis diuisio est in Primitiua, quæ sunt Ego, tu, sui, ille, iste, ipse, hic, is, quis, qui: & in Deriuatiua, quæ sunt reliqua à primitiuis. Nã Meus fit à genitiuo mei: Noster & nostras, à nostrum: Tuus, à tui: Vester & vestras, à vestrum: à Sui, suus: Cuius, cuia, cuium, & Cuias, à cuius.

Secunda diuisio. Secunda, in Simplicia & Composita. Simplicia sunt omnia paulò antè enumerata.

Sex modis cõponuntur pronomina. *1.* Cõponuntur pronomina primò inter se: vt Ego ipse, tu ipse, suiipsius. Iste componitur cũ Hic, seruata aspiratione: vt Isthic, isthæc, isthoc, vel comicè isthuc. Genitiuo & datiuo caret. Accusat. isthũc, isthãc, isthoc. Ablatiuo, ab isthoc, isthac isthoc. Pluraliter generis neutri, nominatiuo & accusatiuo isthæc: Cæteris caret. Eodem pacto inuenitur &

Ille cum Hic, Illic, illhæc, illhoc.

Secundò, pronomen componitur cum nomine: vt Huiuscemodi: sic Cuiusmodi, & cuiuscemodi, &c. Quæ nomina esse dicit Priscianus. 2.

Tertiò, cum præpositionibus: vt Mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum, quicum, quibuscum. 3.

Quartò, cum aduerbiis: vt idem, ab is & demum: quasi is demum, id est, præcipuè, vel iterùm. Sed cùm dicatur. Idem tam in masculino genere, quàm neutro, notandum est, Idem masculinum, priorem productam habere, neutrum verò correptã. Ab idem, fit aduerbium Identidem, id est, sæpè: & Itidem, id est similiter. Item Is componitur cũ Ecce, vel en: vt Eccum, eccam, eccum, eccos, eccas, ecca. Sic cum Ille: vt Ellum, ellam, ellos, ellas. Eccum, id est, en eum: Ellum, id est, en illum. 4.

Quintò, cum nota interrogationis Ne, sed inserta syllabica adiectione ci: vt Hiccine, hæccine, hoccine. Sícque interrogatiuè semper sumitur. Declinatur autem per vtrumque numerum integrè, nisi quòd caret vtroque genitiuo, singulari & plurali, & duabus terminationibus nominatiui pluralis, masculina videlicet & fœminina. 5.

Sextò, pronomina componuntur cum his quinque syllabicis adiectionibus, Met, tim, te, ce, pte: vt Egomet, meatim, tute, huiusce, suapte. Syllabica adiectio, est syllaba extra compositionem nihil significans, sed in compositione aliquid significationi adiiciens. Aliter enim significat Egomet, quã ego: & Suapte, quàm sua. Met additur pronomini primæ personæ per omnes casus absque genitiuo plurali, vt Egomet, memet, &c. Item pronomini secundæ personæ in obliquis singularibus, vt Tuimet, & plurali toti. Tumet non dicitur, quia in vsu non est: aut ne verbum esse videatur: sed pro illo dicimus Tute: vnde rursum fit Tutemet. Te soli nominatiuo singulari Tu, iungitur: quia Tuite non dicitur, &c. Idem dicimus Suimet, sibimet, & suismet. Item hæc cũ met composita, rursus componuntur cum Ipse: vt Nosmetipsos, suismetipsis, memetipso, à semetipso, &c. 6.

Tim iũgitur ablatiuis fœmininis, Mea, tua, sua, nostra, vestra: vt Meatim, id est, more meo. Pte additur quoque ablatiuis. Mea, tua, sua, nostra & vestra: aliquando etiam Meo, tuo, suo, nostro & vestro. vt Meapte natura, id est mea propria: suopte nutu, suopte põdere, &c. Ce iungitur obliquis

pronominum. Hic & ille, vbi finis est s, litera: vt Huiusce, hasce, illosce, &c.

DE QVIS ET QVI, ET COMPOSITIS.

Inter quis & qui differentia prima.

QVis & Qui singularia differunt dupliciter, scilicet significatione, & compositione. Significat one quidem, nam Quis nominatiuus sumitur vel interrogatiuè: vt Quis istud fecit? Quis est iste rex gloriæ? aut indefinitè, *c'est à dire, indeterminément & confusément, sans aucune interrogation, & sans rapporter aucune chose precedente*: vt, Venit cum illo nescio quis. Qui, è diuersò relatiuè semper ponitur, hoc est, aliquid quod præcessit refert, loco cuius ponatur, & à quo genus & numerum sortiatur: *c'est a dire, qui rapporte & regarde quelque chose precedente, au lieu de laquelle il se met*: vt, Sat diues est, qui sanus & suis contentus est.

Secunda differentia.

Secundò differunt compositione: nam Quis, componitur cum quibusdam dictionibus, cum quibus Qui, cōponi non potest. Quis, itaque præponitur in compositione his particulis, Quis, nam, que, piam putas quam: vt Quisquis quisnam, quisque, quispiam, quisputas, quisquam. Valla negat satis Latinè dici. Quisputas, in Bibliis tamen legitur. Prædictis particulis non iungitur Qui, sed sequentibus, Dam, uis, cunque, libet, vt Quidam, quiuis, quicunque, quilibet.

Itaque cùm Donatus dicit in fœminino genere, & nominatiuo singulari, Quæ, vel qua, & similiter in nominatiuo & accusatiue pluralibus neutri generis, id quidem fit propter composita à Qui, vel quis. Nam Qua nominatiui casus extra compositionem nihil significat. Sed hæc differentia compositionis, in sequentibus Badiani versibus lucidiùs explicatur.

BADIANI VERSVS.

En, ne, álius, num, si, depóscunt quis sibi subdi,

Et qua volunt, non quæ, quóties reperîtur vtrúmque.

Post quis,nam,que,piam, non post qui, pone putas,quam.
Dam,uis,cũque,libet,non quis,sed qui, sibi subdet:
Nec qua volunt, sed quæ,quóties reperîtur vtrúmque.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. En,ne,alius,num,si:hæ particulæ) *ces particules icy.* Deposcunt(requirunt,efflagitant) *demandent pour leur composition.* Quis,sibi subdi,*que ce nom*, quis, *soit mis apres elles.* Et volunt,qua,non quæ, *& veulent ceste particule*, qua, *& non* quæ, *comme*,ecqua,nequa aliqua,*& non*,ecquæ.&c. Quoties reperitur vtrumque, *toutes & quantes fois qu'en quelque lieu ou cas,tous les deux,a sçauoir*,qua,& quæ, *en declinant sont trouuez ensemble.*

Appendix 1. Pone post quis,*tu mettras ce nom*, quis. Nam,que,piam,putas,quam,*ces cinq particules icy.* Non post qui, *& non apres*, quis *comme nous dirons*, quisnam, quisque,quispiam,*& non pas*, quinam,quique,quipiam,&c.

Appendix 2. Non quis sibi subdet,sed qui, *ce nom*, quis, *ne mettras pas apres soy, mais ce sera*, qui. Dam,uis,cunque,libet,*ces quatre particules cy: tellemẽt que nous ne dirons pas*, quisdam,quisuis,quiscũque,quislibet,*mais nous dirons*, quidam,quiuis,quicunque,quilibet. Nec volunt qua,sed quæ, *ny lesdites particules,a sçauoir*, dam, uis,cunque,libet,*ne veulent pas*, qua, *mais*,quæ, *de sorte qu'on ne dira pas*,quadam, *mais*,quædam,&c. Quoties reperitur vtrumque, *aux lieux ausquels en declinant le simple,sont tous deux trouuez.*

Quis,in compositione postponitur dictionibus, En,ne, alius,num,si: sicque dicimus, Ecquis, ecqua, ecquod, & ecquis,nequis,aliquis, nunquis, siquis. Et vbicunque(vt iam diximus) Donatus dicit quæ vel qua, hæc in qua desinunt, non in quæ: vt Nequa, aliqua, siqua, nunqua: non autem. Nequæ,aliquæ,siquæ nunquæ,&c. *Quis, quibus postponitur particulis in compositione.*

Quis præponitur in compositione Quis,nam,que,piam, putas,quam: vt Quisquis,quisnã,quisque, quispiam, quisputas,quisquã. His particulis nõ præponitur Qui, sed quatuor aliis,dam,uis,cunque, libet, quibus nõ iungitur Quis: *Quis, quibus præponitur particulis,*

vt Quidam, quiuis, quicunque, quilibet. Et hæc posteriora, tam a quis, quàm à qui, solùm quæ habent vbicunque Donatus ait quæ vel qua: vt Quænam, quędam, &c. Quęquam, quidquam aut quodquam, rarissimè leguntur: quidcunque nunquam sed benè quodcunque.

Ablatiui Qui, & Queis in compositis nunc non leguntur.

Quisquis in vsu vix habet alios casus, quā quisquis, quicquid, a quoquo & quaqua. Quisque caret genitiuo plurali. Vnusquisque toto plurali. Cætera fusi⁹ patebūt in Syntaxi.

Tertia pronominis diuisio. Tertia pronominis diuisio, est in Demōstratiuum, Relatiuum, Possessiuū, Gentile, Reciprocum, & Interrogatiuum.

Demonstratiua sunt per quę aliquid demonstramus. Sunt autem pronomina omnia demonstratiua, præsertim verò sequentia, Ego, tu, hic, ille, ipse, & is.

Relatiuum est, quod antecedens refert, hoc est, rem antè dictam, *Qui rapporte la chose de laquelle il a desia esté parlé, en lieu du nom de laquelle il est mis.* Relatiua sunt, Qui, sui, & suus: Demonstratiua illa quatuor. Ille, ipse, hic, & is, quibus Idem additur. Omnia relatiua dicuntur, quòd idem referant cum suo antecedente, id est, eandem rem: vt Plato fuit Philosophus, & idem Rhetor. *Icy* Idem, *refere* Plato, *& represente la mesme chose qui est signifiee par le nom*, Plato: *ce qui est autant que si nous disions, Plato est Philosophe, & Plato est Rhetoricien.*

Possessiuum, quod aliquid vt possidentis significat, *Qui signifie quelque chose, mais entant qu'elle est possedee de quelqu'vn*: vt Liber meus, id est, quem possideo. Possessiua sunt, Meus, tuus, suus, noster, vester.

Gentile, est quod gentem, patriam, atque nationem significat, *Qui signifie la gent, nation, ou pays de quelqu'vn, & aucunefois la secte*: vt, Tu es nostras, *Tu es de nostre pays, ou secte.* Duo verò sunt gentilia, Nostras & vestras.

Reciprocū est, quod ad eandem tertiā personā redit & reflectitur, quæ præcessit, *Qui retourne & se replie à vne mesme tierce personne.* Duo sūt reciproca, Sui, & suus. Primitiua autē. Ego & tu, in obliquis casibus reciprocationē faciūt ad primā personā: vt, Ego quæ mihi sū cōscia, diligo me. Et ad secundā personā: Tu tibi inuidere noli: Tu tibi nimiū indulges.

Interrogatiua sunt tria, Quis, cuius, cuia, cuium, & cuias. Quis, interrogat de nomine substatiuo: vnde appellatur Interrogatiuum substātiæ. In genitiuo etiā de possessore, Cuius, cuia, cuiū, de possessore: vt Cuiū pecus? Aegonis. Cuia

vestis? Mea. Cuias, de patria sectáue: vt, Cuias es tu? *De quel pays*: Romanus, Gallus, Vasco. Cuias Philosophus? *De quelle secte es tu Philosophe?* Platonic⁹, Aristotelicus, Stoicus. Sed nõ semper interrogatiuè sumũtur, sed indefinitè etiã aliquãdo: vt, Scio quis hoc dicat: Intelligo cuiates sint Philosophi.

Admonendũ est præterea has pronominũ species, vicissim alias in alias migrare posse. Ex demonstratiuis enim fiunt relatiua ex relatiuis reciproca, & sic de aliis. *Annotatio.*

Quarta pronominis diuisio, est in quatuor declinationes, quarum prima mittit genitiuum in i: vt Ego, mei: tu, tui: sui, sine nominatiuo. Et apud vetustissimos in is: vt Mis, tis, sis: quæ quid inter se differant, in Syntaxi dicetur. Ego etiã habet Mi, in datiuo: vt, Non mi aurum posco. *Quarta pronominis diuisio.*

Secunda declinatio mittit genitiuum singularem in ïus per duas syllabas: vt Illius, ipsius, istius: aut per vnã, vt Huius, Ab Is in nominatiuo plurali dicim⁹ Ii, vel ij: in datiuo & ablatiuo Eis, vel iis. Sic dices de composito Idem. Olim pro Ipse, Ipsus dicebant: ob hanc causam Ipsum non ipsud in neutro genere flectimus. Ipse est omnispersonę, vel teste Prisciano, tãtùm tertię: quia licet dicamus, Ipse feci, subauditur tamẽ ego. Hic, ille, iste, sic differũt. Hic significat me, aut meum, aut quod est vbi ego sum. Iste significat te, aut tuum, aut quod est vbi tu es. Ille, quiduis tertium. *Ipsus.*

Tertia declinatio mittit genitiuũ singularem in i, æ, i: vt Meus, meo, meum: mei, meæ, mei. Meus facit vocatiuũ mi: veteres tamen ô meus dicebant: vnde est illud, O popule meus. Quũ dicitur in sacris, Heu me, filia mi, decepisti me: interiectio potiùs blandientis est, quàm pronomen.

Quarta declinatio mittit genitiuum in atis: vt, Nostras, nostratis: Vestra, vestratis: quæ declinãtur per tria genera, vt Arpinas vnde est, Nostratia verba. Causa cur nõ dicamus Meas, meatis: Tuas, tuatis, secundum Priscianum est, quia gens vel patria, non vnius est, sed multorum possessio. *Quare non dicatur meatis, tuatis.*

DE VERBO.

VErbum, est pars orationis declinabilis, qua aliquid agere, aut pati aut esse significamus: *c'est à dire que le verbe est vne partie d'oraison declinable, par laquelle nous signifions faire quelque chose*: vt Verbero, *Ie bats, Ou souffrir estre fait: comme*, Verberor, *Ie suis battu. Ou simplement estre*: vt Sum, *Ie suis*. *Verbum quid.*

Verbi quintuplex est diuisio. Prima, Verbũ aliud est per- *Verbi quintupla diuisio.*

Perſonale. ſonale, aliud imperſonale. Perſonale, eſt quod per tres diſtinctas perſonas in vtroque numero coniugatur, *Qui eſt coniugué par trois diſtinctes perſonnes aux deux nõbres.* vt Amo, *I'aime:* amas, *tu aimes:* amat, *il aime:* &c. *Imperſonale.* Imperſonale, quod coniugatur ſine diſtinctione perſonarũ & numerorũ, *Qui eſt coniugué ſans aucune diſtinction de perſonnes & de nombres:* vt Oportet, oportebat, oportuit oportuerat, &c.

Imperſonale duplex. Imperſonale eſt duplex. Vnum actiuæ vocis, quod in t deſinit: vt Decet cõuenit. Aliud paſſiuæ, quod in tur: vt Amatur, ſtatur, curritur. Quæ diuiſio non ex ſignificatione, ſed terminatione ſumitur. Recipiunt autẽ terminationem tertiæ tantùm perſonæ ſingularis numeri.

Imperſonaliũ actiuæ vocis numerus. Imperſonaliũ actiuæ vocis certus propemodũ numerus eſt: ſunt enim ferè hæc quæ his verſiculis cõprehenduntur.

Contigit, euenit, præſtat, reſtátque, vacátque
Sufficit, & conſtat, liquet, expedit, atque libebit,
Conuenit, atque placet, libet, accidit, & conducit,
Et ſolet, atque poteſt, refert, eſt, intereſtátque,
Pœnitet, atque piget, tædet, pudet, atque miſertum eſt:
Cum quibus adde iuuat, decet & delectat, oportet.

Ex his tamen quædam etiam perſonaliter vſurpantur: vt Præſto, vaco, conduco, placeo.

Secunda verbi diuiſio in quinque modos. Secunda verbi diuiſio: eſt in quinque modos, Indicatiuũ, Imperatiuũ Optatiuum, Subiunctiuum & Infinitiuum. Eſt autem modus, certa ratio accommodandi verbũ ad rem de qua eſt ſermo. *Mode eſt vne certaine maniere d'accommoder le verbe à la choſe dont on parle.* Quod pluribus modis fieri poteſt. Aut enim rem agere, aut pati, vel eſſe definimus atque indicamus: *Ou bien nous aſſeurons, ou monſtrons quelque choſe faire, ou eſtre faite, ou ſimplement eſtre, ceſte façon eſt appelée* *Indicatiuus.* Indicatiuus modus, *c'eſt à dire, façon indicatiue:* vt Honos alit artes: Probitas laudatur & alget. Finitiuus etiam & Pronunciatiuus & Perfectus nuncupatur, quòd per ſe ſenſum finiat, atque pronunciet.

Imperatiuus. Aut rem facere aut fieri imperamus, *Ou bien nous commandons qu'elle ſe face, ou ſoit faicte, elle s'appelle* Imperatiuus modus: vt, Sparge marite nuces: Noſce teipſum. Is etiam Adhortatiuus & Deprecatiuus dicitur.

Aut tantummodo ad explicandum deſiderium noſtrum circa rem, vt ſcilicet agat aut faciat, accommodamus: idque ferè cum his particulis, vtinam, vt, o, o ſi: *Ou bien ſeulement nous*

expliquons le desir que nous auons que la chose se face, ou soit faite, ce qui s'appelle Optatiuus modus: vt, O si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro. Vtinã pueri obtemperarent Christo promittenti ætati huic regnum cælorum. Apud Terentium: Vt illum dij deæque omnes perdant. Idem & Potentialis dicitur, quòd ea quę per debet & potest exponuntur, hoc modo efferuntur: vt Nihil est quòd labores: pro, debeas laborare. Et, Quid facerem: pro, debebam facere. Item, In facinus iurare putes. pro, possis putare. Diceres, pro, posses dicere. Et id genus alia. *Optatiuus.* *Potentialis.*

Aut denique rei actionem & passionem, vel ab alia pendere, vel alteri cõnexam esse declaramus, adiuncta vna harum particularum, cum, si, nisi aut simili, *Ou nous declarõs que l'action & passion de la chose depend d'vn autre: & cela est la façon qui s'appelle* Cõiunctiuus, vel Subiunctiuus modus: vt, Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Ita demum florebunt vrbes, si pueros honestis disciplinis ad virtutẽ adsuefecerint. *Subiunctiuus siue coniunctiuus.*

Postremò alicui superiorum modorum verbo necessariò aliud subiicimus; sine quo nullã sententiam reddere potest, quòd personarum & numerorum distinctione destituatur. *Finalement nous les mettons apres vn autre verbe des quatre manieres susdictes, sans lequel il ne peut rendre aucune sentence parfaite, pour cause qu'il est destitué de distinction de personnes & de nombres: ce qui s'appelle* Infinitiuus modus: vt, Sine fide impossibile est placere Deo, Iubeo te saluere, Cupio discere. Estque hic veluti nomẽ verbi, hoc est, qui ipsam actionem, aut passionem quasi nominat, atque explicat. Proinde & pro nominatiuo non rarò ponitur: vt, Beneficiũ accipere, est libertatem vendere. Et, At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est. Ex his itaque quinque accommodandi formis etiam quinque modos in verbis constituerunt Grammatici. *Infinitiuus.*

Ad modos cõmodè videntur referri Gerundia & Supina, quæ verborũ sunt fragmenta. Gerundia à duplici gerenda, siue administranda significatione, actiua & passiua, quidam dicta esse existimant: vt, Surgit ad dicendum. Supina autem vnde dicta sint Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Melãcthoni nihilominus videtur illis nomẽ inde factũ, quòd ante se casum non habent. *Gerundia vnde dicta.* *Supina vnde dicta.*

Quidã Gerundia inter Participia referunt: sed quia post se casum actiuorum regunt, non sunt germana Participia. Sunt autem illis tres tantum voces, vt Legendi, legendo, le- *Gerundiorum terminationes.*

gendum. Habéntque ſimpliciter ſignificationem infinitiui. Et quia infinitiui ſignificationem ſine temporibus ſæpè cũ nominibus coniungi, aut pro nomine vſurpari res cogit, & caſum tanquam in nomine requirebat ſententiæ ſtructura, vtiliter inuenta ſunt gerundia: vt, Diſcendi cauſa in ludum eo literarium. In diſcendo, magnam capiunt voluptatẽ boni pueri. Ad diſcendum me hortatur pater.

Quare inuenta gerundia.

Supinorum quoque duæ voces ſunt, um & u: vt Lectum, lectu. Eſtque in vtraque voce, infiniti ſignificatio quo cõtenti Græci, nulla habent ſupina. Ac prior quidẽ vox, actiuè ſignificat: vt, Venio ſpectatum, id eſt, venio ſpectare. Poſterior autẽ paſſiuè: vt, Digna res auditu, hoc eſt, digna audiri. Facile dictu, id eſt, facile dici. Iucundum lectu, id eſt, legi, ſeu cùm legitur.

Duæ voces ſupinorum. Prima actiuè, ſecunda paßiuè ſignificat.

Tertia verbi diuiſio, eſt in quinque tẽpora: Præſens, Imperfectum, Perfectum, Pluſquamperfectum, & Futurum. Hæc nempè eſt propria verborum natura, indicare diſcrimina temporum.

Tertia verbi diuiſio, in quinque tempora.

Præſens, quod præſentis temporis actionem & paſſionem ſignificat: vt Amo, *I'aime.* Amor, *Ie ſuis aimé.*

Præſens.

Præteritum imperfectũ, quod actionem quidem cœptã, ſed nondum completam ſignificat: vt Amabam, *I'aimoi.*

Præteritum imperfectum.

Præteritum perfectum, quod tempus & actionem completam ſignificat: vt Amaui, *I'ay aimé.*

Perfectum.

Præteritum plus quam perfectum, quod actionem tempore iam olim præterito completam fuiſſe ſignificat: vt Amaueram, *I'auois aimé.*

Plus quàm perfectum.

Futurũ, quo velle nos agere, vel futuro tempore acturos eſſe ſignificamus: vt Amabo, *I'aimeray.*

Futurum.

Quarta verbi diuiſio eſt in quinque genera, hoc eſt, in quinque ſignificationes verborum. Inde enim cognoſci poteſt an actio ſit in verbo, an paſſio. Sunt autem ea, Actiuum, Paſſiuum, Neutrum, Commune, & Deponens.

Quarta verbi diuiſio, in quinque genera.

Actiuũ eſt, quod in o deſinens, actionem ſignificat & accepta r litera, facit ex ſe paſſiuũ: vt Amo, verbero. Quod ita puer deprehendet, ſi cõmodè accuſatiuus, qui perſonam ſignificat, verbo adiicietur: vt Verbero Dauum: Amo Phædriã. Non enim rectè dixeris, Bibo Dauum: Aro Phædriã; niſi figuratè. Actionem ergo hîc intellige tranſitiuam, hoc eſt, quæ in alienam perſonã, aut rem tranſit, ſiue exercetur.

Actiuum.

Actio tranſitiua quid.

Paſſiuum eſt, quod in or deſinens, paſſionem ſignificat, &

Paßiuum.

ablata r litera, redit in actiuum: vt Amor, Verberor. Quod item deprehendet puer; si ablatiuus personæ rectè addi poterit: vt Amor à Phædria: Verberor ab hero. Non enim eodem modo rectè dixeris; Absentior ab hero, aut Frigeo à Phædria. Vocat igitur Priscianus Ablatiuum proprium passiuorum casum: quòd vt accusatiuus verbum actiuum, ita hic passiuum necessariò sequatur. Nam illa, Morsu depascitur artus &c. Expleri mentem nequit, & id genus alia, poëtica ac figurata sunt. *Ablatiuus proprius paßiuorũ casus.*

Neutrum est, quod in o desinit, sed accepta r, litera, Latinum non est: & propemodum actionem aut passionem significat. Veruntamen absolutè, hoc est, vt casum actiuorum aut passiuorum non requirat: vt Sto, Curro, Frigeo. Caleo, &c. Non enim Stor, aut Curror dicitur: neque hæc accusatiuum necessariò recipiunt, neque ablatiuum: propterea quòd significatio eorum non transit in aliam personam, neque etiam ab alia procedit: vt nõ rectè dixeris, Curro Iulium: nec rectè, Caleo à Cæsare. *Neutrum.* *Neutra quare casum significantem personã non regant.*

Commune, quod in or desinit, & promiscuè aliâs actiuè, aliâs passiuè significat, vt Criminor Phormionem, & Criminor à Phormione. Discrimen significationis indicat constructio, seu casus verbo adiectus. *Commune.*

Deponens est, quod in or desinens, alteram significationem deponit: & aut actiuè significat, vt Precor Deum, Patior iniuriam, Moror te, Sequor illum: aut neutraliter, vt Vaticinor. Labor, laberis, &c. Significant autem neutraliter, meo iudicio, etiam Nascor, & Orior. Atque hæ sunt generu seu significationum in verbis formulæ. *Deponens.*

Sunt item & hìc admonendi pueri, quòd quædam verba efferũtur per o, & or eadem significatione: qualia sunt, Adsentio, adsensi, & adsentior, adsensus sum: Impertio, impertiui, & impertior, impertitus sum: Comperio, comperi, & comperior, compertus sum: Iurgo, iurgaui, & iurgor, iurgatus sum: quod ipsum vsitatius est, Item Munero, & muneror: Fabricor vsitatè, & fabrico, apud Poëtas, quemadmodum & Populo, pro populor Stabulo, pro stabulor: Luxurio, pro luxurior. Et rursum Præuertor pro præuerto. Punior, pro punio apud Ciceronem: Nutrior, pro nutrio, apud Virgil. in Georgicis. Quibus similia pleraque alia recenset Nonius, variè à vetustissimis vsurpata, in quibus tamen vsus posteà repudiauit alteram terminationem. *Verba quædã sub o, & or, eadem significatione elata.*

Quædam eadē voce, actiue ab solutè vsurpata. Et rursus quædam eadem voce, modò actiuè, modò absolutè vsurpantur: vt Ruo, Vario, Moror, Offendo, Coëo, & similia. Virgil. Totámque à sedibus imis Vnà Eurúsque Notúsque ruunt. Et, Vrbs antiqua ruit. Sic, Variat vestem, & Variat incessu: Offendit principem, & Offendit in tenebris: Coëunt societatem, apud Ciceronem: & Coëunt in fœdera, Aenei. 11. Nihil moror istas magnas dotes, apud Plautum: &, Paulisper apud oppidum morari, apud Cæsarem.

Quinta verbi diuisio, in quatuor coniugationes. Quinta & postrema verbi diuisio, est in quatuor coniugationes. Prima est, quæ habet as, in secunda singulari persona, præsentis, indicatiui modi, actiuæ vocis: & are in infinitiuo, a, producto: *Qui a,* as, *en la seconde personne singuliere du present temps de l'indicatif de la voix actiue, &* are, *à l'infinitif,* a, *estant long*: vt Amo amas, amâre: Beo, beas, beâre.

Secunda. Secunda, quæ habet es in eadem persona, & ere, e producto in infinitiuo, *Qui en la mesme personne a,* es, *& à l'infinitif,* ere, e, *estant long*: vt Doceo, doces, docêre: Habeo, habes, habêre.

Tertia. Tertia quæ habet is, & ere, sed e correpto, *c'est à dire, estant bref*: vt Lego, legis, legere: Condo, condis, condere.

Quarta. Quarta, quæ habet is, & ire, i producto, *estant long*: vt Audio, audis, audire: Condio, condis, condire.

Annotatio. Est autem analogia in coniugatione facilis, & quæ nullo negotio ex Donato cognosci possit. In præteritis & supinis est varietas, quæ diligenter est pueris perdiscenda. Nisi enim coniugationem tanquam digitos, vnguésque suos exactissimè norint, non rarò in medio sermone resistent, & obmutescent, cùm commutare, pro sententiarum varietate, verborum casus non poterunt. Ea ex sequentibus regulis petenda erunt.

DE PRÆTERITIS ET SVPINIS VERBORVM.

Compósitum, símpléxque, modo flectúntur eôdem.
Excípies quædã, pòst clarè notificánda.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.
Compositum (verb. sup.) *le verbe composé.*
Simpléxque, *& son simple.*
Flectuntur eodem modo, *sont coniuguez en vne mesme maniere.*
Excipies quædam, *tu en excepteras aucuns.*
Post clarè notificanda, *qui te seront apertement declarez cy apres.*

Verbum compositæ figuræ coniugatur, vt verbum simplicis figuræ, & contrà, *Le verbe composé est coniugué à la mesme sorte que son simple.* vt Amo, amas, amaui: Adamo, adamas, adamaui. Doceo, doces, docui: Subdoceo, ces, cui. Sedeo, des, sedi: Possideo, possides possedi.

Excipies quædam, &c. Ab hac regula quædam tolluntur, *Quelques vns en sont exceptez, desquels sera traicté cy apres:* vt Do, das quod est primæ coniugationis. Reddo, & addo, quæ sunt tertiæ: Maneo, mansi facit: Immineo, imminui. Hæc & alia in sequentibus satis declarabuntur. *Exceptio.*

E, in supino retinentia, cùm a, simplicis, in i, in compositione mutatur.

A quóties mutâtur in i, per e, pono supina.
Démitur hinc do, go, sápio, sálio, statuóque.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.
A quoties mutatur in i, *toutes & quantes fois que la lettre, a, du verbe simple est changee en la composition en ceste lettre, i, au present de l'indicatif.*
Pono supina per e, *ie mets les supins par ceste lettre, e, & non par a.*

Excep.
- Hinc (ex hac regula) *de ceste reigle.*
- Do go, *le verbe ayant l'vne de ces deux terminaisons.*
- Demitur (excipitur) *en est excepté.*
- Sapio, salio, statuóque, *ensemble les composez de ces trois verbes y sont exceptez de la reigle.*

Si verbum compositum mutet, a, simplicis in i, in indicatiuo præsenti, supinum retinebit e: *Si le verbe composé change ceste lettre,* a, *qui est au simple, en,* i, *son supin le changera en,* e: vt Facio factum: Reficio, refectum, non autem refactum, neque refictum. Sic Sufficio, suffectum: Perficio, perfectum. Iacio, ieci iactum: Reiicio, reiectum, & non reiactum, aut reiictũ. Sic Proiicio, proiectum.

Exceptio. Demitur hinc, &c. Tolluntur ab ea regula, in do & in go desinentia verba: vt Cado, casum: Recido, recasum: Occido, occasum. Ago, Adigo, adactum, Subigo, subactum. Item composita à Sapio: vt Desipio desipitum: Resipio, resipitũ, &c. A Salio itidem & Statuo, quæ retinent u, in supino: vt Insilio, insultum: Assilio, assultum. Constituo, constitutum: Destituo destitutum, &c.

Annotatio. Hoc etiam notatu dignum, quòd verba mutantia e in i, non perdunt e, simplicis, in præteritis & supinis: *Les composez qui changent la lettre du simple en,* i, *la reprennent tousiours aux preterits & supins:* vt Emo emi, emptum: Redimo, redemi, redemptũ. Sedeo, sedi, sessum: Possideo, possedi, possessum. *Exceptio.* Excipiuntur nihilominus composita à Teneo, quæ non retinent e in præteritis, sed in supinis: vt Continui, contentum. Retinui, retentum. *Cædo. Lædo.* Cædo etiam & Lædo, mutant æ diphthongum in i longum, quod retinent eorum composita in præteritis & supinis: vt Præcido, præcidi, præcisum: Concido, concidi: concisum Allido, allisi, allisum: Collido, collisi, collisum.

Composita non geminare, cùm simplicium præterita geminant.

Quum géminat simplex, compósito tolle priôrem:

Quam rétinet do, sto natum, ceu díscere, posco:

Plúrima sic olim, ceu nunc præcúrro, repúngo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Quum simplex(verbum sup.) *quand le verbe simple.*
Geminat(duplicat) *double.*
Priorem(syllabam sup. præteriti) *la premiere syllabe du preterit.*
Tolle(excipe) *oste & excepte.*
Composto (i. composito) *du verbe composé, encore que le simple la double.*

Exceptio.
Quam(syllabam) *laquelle premiere syllabe.*
Natū, do, sto, *tout cōposé de ces deux verbes*, do, das, *&* sto, stas.
Ceu discere, posco, *ou de ces deux cy, a sçauoir*, Disco, & posco.
Retinet, *la retient.*
Sic olim plurima (sup. verba eandem syllabam retinebant) *plusieurs verbes aussi la retenoient anciennement.*
Ceu nunc præcurro, repungo, *comme font encore de present ces deux verbes cy.*

Quum præterita simpliciū geminant primam syllabam, eorum cōposita non geminant, *Quand le verbe simple double la premiere syllabe du preterit, son composé ne la double point*: vt Cædo, cæcîdi: Occido, occidi: Tendo, tetendi: Intendo, intendi. Tondeo, totondi: Detondeo, detondi. Mordeo, momordi: Remordeo, remordi. Pello, pepuli: Repello, repuli: Cōpello, compuli, &c.

Quam retinet, &c. Ab hac regula tollūtur à Do, Sto, Disco, & Posco composita: vt Credo, credidi: Reddo, reddidi. Resto, restiti: Obsto, obstiti: Edisco, edidici: Dedisco, dedidici Reposco, repoposci: Deposco, depoposci. *Exceptio.*

Sic olim plura, vt omnia composita à Curro: vt Decurro, faciebat decucurri. Nūc solùm Præcurro geminat, facítque præcucurri. A Pungo item geminat tantùm nunc Repungo, quod repupugi facit. Nam Compungo, & Expungo, Compunxi, & Expunxi, faciunt: Sed de his infrà fusiùs suis locis dicemus.

Supinum autem nunquam principium geminat:

Supina retinere a præsentis temporis, licet in præterito mutetur.

Si sit a presenti, nō désinet esse supîno.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Si sit a præsenti. *si ceste lettre, a, est au present de quelque verbe.*
Non desinet esse supino, *ne laissira à estre au supin, mais elle y sera retenue.*

Quoties præsenti fuerit a, non aberit supino, licet in præterito mutetur. *Quand il y a quelque verbe, qui à la premiere syllabe du present de l'indicatif obtient ceste lettre, a, il ne la laissera point, ains la retiendra à son supin, encores qu'il la change au preterit*: vt Facio

feci, factũ: Iacio, ieci, iactum: Ago, egi, actum: Fallo, fefelli, falsum.

Quæ carent præteritis, carent & supinis.

Præteritis quæcúnque carent, spoliâbo supînis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Quæcunque (verba sup.) *tous verbes.*
- Carent præteritis, *qui n'ont point de preterit.*
- spoliabo supinis, *ie leur osteray les supins.*

Quæcunque verba carent præteritis, etiã carent supinis, *Tous verbes qui n'ont point de preterit, n'ont point aussi de supin*: vt Polleo, es: Glisco, cis. De quibus infrà agetur fusiùs.

PRIMA CONIVGATIO.

PRæteritis aui, facit as, atúmque supînis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- As verbum (primæ coniugationis) *le verbe de la premiere coniugaison.*
- Facit aui præteritis, *forme son preterit de la seconde personne du present de l'indicatif, en muant, s, en ui.*
- Atúmque supinis, *& son supin en, atum, en changeant, ui, en, tum.*

Verbum primæ coniugationis facit præteritũ perfectum indicatiui modi à secunda persona singularis numeri, præsentis temporis, ablata s, litera, & addita syllaba ui, & in supino mutat ui, in tum, vel in tu. *C'est à dire, la commune terminaison du preterit de la premiere cõiugaison est*, aui, *& se forme de la seconde personne singuliere du present de l'indicatif, en ostant* s, *& en son lieu mettant ceste syllabe*, ui. *La commune aussi du supin, est*, atum, *qui est formé du preterit changeãt*, ui, *en*, tũ: vt Amo, amas, amaui, amatum, *Aimer.* Adamo, as, *Fort aimer, aimer follement.* Examo, Deamo, Peramo, idem. Redamo, as, *Aimer celuy qui nous aime.*

Amo.

Aequo, æquas, æquaui, æquatum, *Applanir, vnir, departir egalement, donner autant à l'vn qu'à l'autre, egaler.* Adæquo, as, *Reduire à egalité.* Exæquo, as, *Faire tout vni, applanir.* Coæquo, Inæquo, Peræquo, as, *Egaler, applanir, faire fort egal & iuste.*

Æquo.

Ambulo, as, *Se pourmener, marcher, cheminer.* Deambulo, Inambulo, idem. Obambulo, *Cheminer, aller à l'entour çà & là.* Perambulo, *Passer, & cheminer.*

Ambulo.

Albo,

Albo,as, *Blanchir, faire blanc.* Dealbo,idem. *Albo.*

Libo,as, *Gouster tant soit peu de quelque liqueur, & mouiller seulement les léures.* Libare, *Offrir à Dieu, ou recueillir ce qu'il semble meilleur, en lisant les autheurs.* Delibo,as, *Attoucher seulement du bout des léures: prendre vn peu du dessus de quelque liqueur que ce soit.* Delibare, *Destruire, gaster, corrompre.* Prælibo, as, *Gouster & taster le premier.* *Libo.*

Aestuo,as, *Auoir grãd chauld du soleil, & cõme estouffer de chauld.* Aestuare, *Estre en angoisse & fort perturbé. Il signifie aussi rẽdre vne vapeur enfumee chaulde.* Exæstuo, as, *Ondeyer & flotter, & faire grands vagues, comme fait aucunefois la mer quand elle est emmalissee.* *Æstuo.*

Instauro,as, *Racoustrer, & rabiller.*

Orbo,as, *Priuer de quelque chose qu'on tenoit bien chere.*

Vacillo,as, *Bransler çà & là.*

Fugo,as, *Mettre en fuyte, faire enfuyr, chasser.*

Titubo,as, *Chanceller comme sont les yurongnes & malades.*

Obturo,as, *Clorre, estouper, boucher.*

Migro,as, *Chãger de logis, desloger, aller demeurer de lieu en autre.*

Liquo,as, *Faire fõdre.* Et cætera quæ exeũt in aui, & in atũ.

Exceptio prima.

Excipe do, dedit, atque datum: stetit, atque statum sto,
Cuius compósitum stitit, atque stitum capit aptè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix.

Excipe, *tu excepteras de la susdicte reigle.*
Do, dedit, atque datum, *ce verbe, do, qui fait au preterit,* dedi, *&* datum, *au supin.*
Et, sto, stetit, atque statum, *& ce ce verbe,* sto, *qui a* steti, *au preterit, &* statum *au supin.*
Cuius (sup. verbi sto, cõpositũ) *le nom composé duquel verbe,* sto.
Capit aptè stiti, atque stitum, *prend droictement,* stiti, *au preterit, &* stitum, *au supin.*

Do, das, excipitur à regula: quia in præterito facit dedi, & in supino, datum penultima breui. Sic & compositum: vt Circundo, das, dedi, *Enuironner.* Pessundo, as, *Fouler aux pieds.* Satisdo, as, *Donner caution.* Vænundo, as, *Vendre.* Quæ omnia primæ cõiugationis sunt. Nam cætera à Do, vt Addo, Condo, Reddo, & similia, sunt tertiæ. *Do, cum compositis.*

Sto, cũ compositis. Sto, ſtas, ſteti, ſtatum, *Eſtre debout ſur les pieds: demeurer en vn eſtat.* Cuius tamen compoſita aliàs i breue, aliàs a longum, ante t, habent: vt *Praſto.* Præſto, as, præſtiti, præſtitum, & pręſtatũ, in epiſtolis Bruti, *Donner, reſpondre, & s'obliger de tout le dommage qui pourroit aduenir de quelque choſe.* Præſtare, cum ſolo datiuo, *Eſtre meilleur, ou plus excellent, paſſer aucun en quelque choſe.* Præſtat impersonaliter, *Il vault mieux.* *Conſto.* Conſto, conſtiti, conſtitũ, & conſtatũ, *Eſtre enſemble, couſter.* Cariſſimè conſtat, *Il couſte bien cher.* Conſtat, *C'eſt vne choſe toute claire: c'eſt vn poinct tout arreſté.* Lucanus, Conſtatura fides superûm, &c. *Aſto.* Aſto, as, aſtiti, aſtitũ, *Se tenir debout, eſtre preſt, aßiſter.* *Anteſto.* Anteſto, as, anteſtiti, anteſtitum, *Eſtre plus excellẽt, paſſer aucun en quelque choſe.* *Abſto.* Abſto, as, abſtiti, abſtitum, *Eſtre loing.* *Diſto.* Diſto, as, diſtiti, diſtitũ, *Eſtre loing, eſtre different & diſſemblable.* *Exto.* Exto, as, extiti, extitũ, *Apparoiſtre hors.* Extat liber, *Le liure eſt en eſtre, il ſe trouue.* *Inſto.* Inſto, as, inſtiti, inſtitũ, *Se tenir & ſerrer pres, preſſer de pres: tenir de court, eſtre pres & prochain, s'approcher.* *Obſto.* Obſto, as, obſtiti, obſtitum, *Eſtre au deuant de quelque lieu, reſiſter, empeſcher, nuire à faire quelque choſe.* *Proſto.* Proſto, as, proſtiti, proſtitum, *Se tenir & arreſter en quelque lieu, ſe tenir deuant.* *Reſto.* Reſto, as, reſtiti, reſtitum, *Reſter, eſtre de reſte.* Reſtare, *S'arreſter en quelque lieu, reſiſter.* *Superſto.* Superſto, as: ſuperſtiti, ſuperſtitum, *Eſtre deſſus, eſtre encore viuant.*

Exceptio ſecunda.

Dono lauo, laui, lotum, lautum, atque lauâtum.
Poto magis potum: iuui: iutúmque, iuuâre.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptio 2.

- Dono (tribuo) *ie donne.*
- Lauo, *ce verbe.*
- Laui, lotum, lautum, atque lauatum, *ce preterit,* laui, *auec ces trois ſupins.*
- Poto (facit etiam potatum ſup.) *ce verbe,* poto, *fait außi,* potatum *au ſupin*
- Magis potum, *mais plus toſt & plus communement, il fait,* potum, *que,* potatum.
- Iuui, iutúmque, iuuare, *& ce verbe,* iuuo, as, *fait au preterit* iuui *& au ſupin* iutum, *& non pas,* iuuatum.

Lauo, as, facit in præterito laui (nam veteres etiam lauo,

lauis lauere dixerunt tertio ordine) in supino lautum, & lotum, veteri consuetudine, sicut Plaustrum, & plostrum. Quã quam & Lauatum inuenias. Terentius in Heautont. Eõ lauatum dum it, &c. Et in Eunucho, Accersitur lauatum interea virgo. Hinc Lauaturus participium, apud Ouidium in Fastis Lauo, *Lauer.* *Lautum. Lotum. Lauatum.*

Poto, as, potaui, potum magis, quàm potatum, &c. *Boire* Epoto, as, *Boire tout à fait, boire d'autant.* Compoto, as, *Boire ensemble, & banqueter.* Perpoto, as, *Ne faire autre chose qu'yurongner.* *Poto.*

Iuuo, as, iuui, iutum, u longa: quod tamen supinum vix reperias in vsu: sed eius loco capimus Adiutum, quod est ab Adiuto. Iuuo, *Aider, faire bien a aucun.* Iuuat impersonale, *Il delecte, & plaist.* Adiuuo, as, *Aider.* à quo frequentatiuum Adiuto, as, idem. *Iutum. Adiutum.*

Exceptio tertia.

Præbet uï per itum cubo, cum sono, siue crepâre.
Et domo, siue tono, veto, cum plico.
Nexo, xui, xum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptio 3.
Cubo, cum sono, siue crepare, *ces sept verbes.*
Præbent ui per itum, *font leur preterit en,* ui, *par deux syllabes diuerses, & le supin en,* itum.
Nexo, *faict,* nexui, nexum.

Hæc septem verba, Cubo, sono, crepo, domo, tono, veto, & plico, faciunt per duas syllabas ui in præterito, & itum in supino: *De sorte que,* u, *qui deuoit estre conjoinc, est faict voyelle.* Cubo, cubui, cubitum, *Estre couché, se coucher, estre au lict malade.*

Composita à Cubo non habentia m, ante b, sunt primæ cõiugationis, & corripitur u ante b: vt Accubo as accubui, accubitũ, *Estre couché aupres, & gesir aupres.* Occubo as, *Mourir.* Procubo, as, *Estre couché, cheoir tout plat.* Concubo, as, *Estre couché auec sa femme ou autre.* Decubo, as, *Estre couché.* Recubo, as, *Estre couché tout plat, estre estendu.* Incubo as, *Estre couché sur quelque chose.* Secubo, as, *Coucher à part.* Succubo, as, *Estre couché soubs vn autre.* Supercubo, as, *Coucher sus.* Excubo, as, *Tenir le guet, faire le guet, estre au guet.* Cætera composita à Cubo, quæ habent m, ante b, sunt tertiæ coniugationis. Hæc patebunt in *Cubo, cum suis compositis.*

regula, bo, bi, túmque facit.

Veho, vehis, vexi, vectũ, *Mener en vn chariot, nauire, ou à cheual.* Aducho, is, *Apporter par eau, à cheual, ou charroy: charroyer, charier.* Conucho, is, *Porter ou mener par charroy, ou par nauire, ou par bestes.* Deucho, is, *Porter d'vn lieu en autre.* Eucho, is, *Porter hors, soit par chariot, nauire, ou autrement.* Inucho, is, *Porter dedans.* Perucho, is, *Porter par chariot iusques au lieu.* Prætervucho, is, *Porter & passer outre.* Proucho, is, *Porter auant, poulser en auant, auancer.* Reucho, is, *Remener par eau, à cheual, ou par charroy.* Subucho, is, *Leuer en hault.* Transucho, is, *Porter outre.* *Veho, cum suis composita.*

Meio facit, &c. In io syllabam, vnum est, Meio, per i consonantem desinens cum compositis, mutuatúrque præteritum & supinum à Mingo, quod barbarũ est: sícque minxi, mictum facit, *Pisser.* Hinc Micturio, desideratiuum, quo Iuuenalis vsus est. Immeio, *Pisser dedans, ou sur quelque chose,* Permeio, *Pisser fort sur quelque chose, compisser.* *Meio, & composita.*

In Lo, terminata.

Lo, dat ui: colo, cónsulo, & ócculo, dãtur in ultum.
Altum alo, siue álitum: mólitum molo: cellóque celsum.
Cælo facit cæculi, culsum: pépuli dato pulsum.
Velli, vel vulsi, dat vulsum: fallo, fefélli,
Falsum: sublâtum dat tollo, sústulit, atque
Sallo facit salli, salsum: psallo dato

psalli.

Nulla supîna dabunt psallo, volo: iúngito prolem.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Lo, *Le verbe qui a ceste terminaison.*
Dat ui, *fait le preterit en*, ui, *par deux syllabes diuisees.*
Colo, consulo, &c. *comme außi font les six verbes qui s'ensuyuẽt, sçauoir*, colo, consulo, occulo, alo, molo, & cello, *escrit sans diphthongue, qui toutefois ont le supin diuers, comme il est explique au texte.*

Exceptio.

Cællo, *auec le diphthongue fait* cæculi, *au preterit*, *&* *au supin*, culsum.
Dato (huic verbo pello sup.) pepuli, *au preterit en doublant la premiere syllabe, &* pulsum, *au supin.*
Vello (dat sup.) *ce verbe a deux preterits, à sçauoir*, velli, *ou*, vulsi, *& au supin il a* vulsum.
Fallo (dat sup.) fefelli, *en doublant la premiere syllabe, &* falsum, *au supin.*
Tollo (dat sustuli) *au preterit, &* sublatum, *au supin.*
Psallo, volo, nulla supina dabunt, *ces deux verbes n'auront point de supin.*
Iungito prolem (id est, composita huius verbi volo) *ausquels deux verbes tu adiousteras les composez de* volo, *qui sont* nolo, *&* malo, *lesquels n'ont point außi de supin.*

In Lo desinẽtia, lui præteritis faciũt, lo syllaba in lui mutata: quorum supina variant: vt Colo, colui: Consulo, consului: Occulo, occului: Molo, molui: Alo, alui: Cello, sine diphthongo, cellui: Volo, volui. Quæ verò geminant l, variãt præterito & supino: vt Fallo, fefelli, falsum, &c.

Colo, cum compositis. Colo, is, colui, cultum, o in u conuerso, *Auoir en reuerence, se orner: habiter en quelque lieu, labourer la terre, la vigne*, &c. Accolo, is, *Demeurer aupres, cõme d'vn bois fleuue*, &c. *estre voisin.* Excolo, is, *Cultiuer, reparer, orner.* Incolo, is, *Habiter en quelque lieu.* Percolo, is, *Auoir en tresgrande reuerence: acheuer d'orner.* Precolo, is, *Labourer, & orner parauant.* Recolo, is, *Reduire en memoire.*

Consulo. Consulo, is, consului, consultum, *Aduiser & prendre conseil, consulter.* Consulere, cum datiuo, *Donner conseil.* Sed Consulo, cum accusatiuo significat, *Demander conseil.*

Occulo. Occulo, is, occului, occultum, *Cacher.*

Alo. Alo, is, alui, alitum & altum, vt apud Cicer. pro Plancio: Vbi altus est. Hinc verbale Altilis. Alo, *Nourrir, entretenir.*

Molo. Molo, is, molui, molitum, *Mouldre.* Commolo, is, commo-

lui commolitum, *Moudre enſemble.* Emolo,is, *Mouldre entiere-ment.* Permolo,is,idem.

Cello,is ſine diphtongo non eſt in vſu, ſed eius compo- *Cello,cum com*
ſita remanſerunt: vt Antecello,is antecellui abſque ſupino, *poſitis.*
Eſtre plus excellent. Excello is,quod & Excelleo dixit Cicero, excellui,excelſum authore Priſciano, *Eſleuer en hault eſtre excellent, & paſſer les autres en quelque choſe.* Præcello is, præcellui, præcelſum, *Eſtre plus excellent.* Recello,is,recellui,recelſum, *Abbaiſſer.*

Cællo, cum diphthongo, extra compoſitionem nunc non *Cællo, cum diph*
vtimur. ſed eius compoſito Percello, quod perculi, percul- *thongo.*
ſum facit, *Abbatre ruer ius, renuerſer, esbranler, frapper.* Vulgò autem etiam Perculſi apud Terentium legitur vt Perculſit illi cò animum, *Cela me frappa incontinent au cœur: & me deſcouragea tout auſſi toſt.* Sed huius præteriti nemo veterum Grammaticorum meminit. Procello,is proculſi, proculſum, idē quod percello.

Pello pepuli,pulſum, *Bouter, pouſſer, chaſſer,* geminat primam *Pello,& com-*
præteriti, quā compoſita perdunt vt Appello,is appuli ap- *poſita.*
pulſum, *Acorder, mener à port.* Aſpello,aſpuli aſpulſum, *Repoulſer, chaſſer arriere de ſoy.* Compello,is, *Chaſſer, & amaſſer en vn troupeau, contraindre.* Depello,is, *Pouſſer hors de quelque lieu, mettre hors par force, chaſſer, contraindre.* Diſpello,is, *Poulſer & chaſſer de coſté & d'autre.* Expello,is, *Ietter & poulſer hors par force & violence.* Impello,is, *Pouſſer de grande roideur, bouter, repoulſer.* Perpello, is, *Induire & poulſer aucun à faire quelque choſe.* Propello,is, *Poulſer hors.* Repello,is repuli,repulſum, *Poulſer.*

Vello,is,velli,vel vulſi,vulſum, *Arracher* Auello,is auelli, *Vello, cum com*
& auulſi, auulſum,idem. Lucanus libro nono. Auulſitque *poſitis.*
manu,pilóque affixit arenæ. Conuello, is, conuelli, & conuulſi,conuulſum, *Arracher, deſtruire, & abolir. arracher des mains.* Deuello,vel diuello is,diuelli,& diuulſi,diuulſum. *Cueillir & arracher.* Euello,is,euelli,& euulſi,euulſum,idem. Peruello, is,idem Reuello,is, *Oſter à force & arracher.*

Fallo is fefelli falſum, *Deceuoir de paroles, abuſer, tromper.* Re- *Fallo.*
fello,is,refelli abſque ſupino, *Monſtrer par argument ce qui eſt dict, eſtre faulx: confuter le dict d'aucun par raiſon.*

Tollo,is,ſuſtuli,ſublatum,anomalum eſt. Veteres & Te-
tuli,præterito dicebant,tam ab hoc quam a tulo, quod iſ- *Tollo, & eius*
dem, vt Priſcianus ait in vſu fuit. Terentius: Nam pol id ſi *compoſita.*
ſeiſſem,nunquam huc tetuliſſem pedem. Sed poſteriores à

fero, quo pro Tulo hodie vtimur, tuli & latum dicere maluerunt. Tollo, *Esleuer, &c. esleuer en hault, tollir, nourrir, differer, prolonger.* Attollo, is, attuli, allatum, *Leuer en hault.* Contollo, is, contuli, collatum. *Porter ensemble.* Extollo, is, extuli, elatum, *Leuer en hault.* Protollo, is, prosustuli, prosublatum, *Porter outre, auancer, mettre en auant.* Sustollo, is, sustuli, sublatum, *Leuer en hault, tollir, nourrir, tuer.*

Sallo. Sallo, quod & per quartam coniugationem Sallio dicitur, salli, salsum facit, *saler, saupeuldrer.*

Psallo. Psallo, is, psalli, absque supino, *Chanter.* Præcedente p. Græcum est, Latinitate donatum.

Volo. Volo, vis, volui, sine supino, *Vouloir.* Facit analogicôs vultum, sed in vsu non est, Hinc Vultus. Sic & eius composita, quæ sunt, Malo, mauis, malui, *Mieux aimer.* Nolo, non vis, nolui, *Ne vouloir point.* Peruolo, peruis, peruolui, *Fort vouloir & desirer.* Quorum coniugationem differemus in regulam anomalorum & defectiuorum. Quæ contra normã flectes, &c.

In Mo, finita.

Mo per uï, dat itum. Tremo pónito absque supíno:
Dant Psi, ptum, demo, promo, cum súmere, como.
Vult emit, emi, emptum. Géminans ss, dat premo, si, sum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.
- Mo, *le verbe ayant ceste terminaison.*
- Per ui dat itum, *fait le preterit par deux syllabes diuisees, & le supin par,* itum.

Excep.
- Tremo ponito absque supino, *ce verbe,* tremo, *ayant le preterit selon la regle,* tremui, *est mis & coniugue sans supin.*
- Demo, promo, cũ sumere (id est, sumo) &c. *ces quatre verbes.*
- Dant, psi, ptum, *font leur preterit en,* psi, *& leur supin en,* ptum.
- Vult, emit (id est emo, emi, in præterito, & emptũ in supino)
- Premo geminans ss, *ce verbe en doublant la lettre, s, tant au preterit, qu'au supin.*
- Dant si, sum (id est pressi, pressum.

Gemo. Verba in Mo desinentia, faciunt præteritum in uï diuisas syllabas, & supinũ in itum analogicos: vt Gemo, is, gemui, gemitum, *Gemir, gemdre sous vn pesant fardeau.* Congemo, is,

congemui, congemitum, *S'escrier pitoyablement, fort gemir, gemir ensemble.* Ingemo, is, *Gemir, se tourmenter.*

Vomo, vomis, vomui, vomitum, *Vomir.* Euomo, is, *Reuomir, souuent vomir.*

Fremo is, fremui, fremitum, *Faire vn bruit, comme fait vn Lion affamé, bruire.*

Tremo, is, tremui, absque supino, *Trembler, auoir grande frayeur, craindre.* Intremo, is, *Trembler fort, craindre fort.*

Quatuor in Mo, in quorum themate longa vocalis præcedit vltimam syllabam, id est, quæ vocalem ante m longã habent, præterita per psi facient, supina per ptum: vt Demo, dempsi, demptum: Promo, prompsi, promptum: Sumo, sumpsi, sumptum: Como, compsi, comptum.

Demo, is, dempsi, demptum, *Oster de quelque chose.*

Promo, is, prompsi, promptum, *Mettre ou tirer hors, dire clairement.* Depromo, is, *Tirer ou mettre hors.* Expromo, is, *Tirer hors, bouter hors, & descouurir quelque chose.*

Sumo, is sumpsi, sumptum. *Prendre, employer, despendre, se vanter de pouuoir faire quelque chose, vsurper, eslire.* Assumo, is, *Prendre à soy quasi recueillir.* Absumo, is, *Consumer, mettre à fin, vser.* Consumo, is, *Cõsumer, mettre à fin quelque chose, & la parfaire.* Desumo, is, *Prendre, choisir.* Insumo is, *Employer, despendre.* Præsumo, is, *Prẽdre deuãt q̃ de faire quelq̃ chose, presumer.* Resumo, is, *Reprendre.* *Sumo, cum cõpositis.*

Como, is, compsi, comptum, *Attifer, aorner, accoustrer.*

Emo, is, emi, emptum, *Acheter.* Composita mutant a in i breuẽ: vt Adimo, is, ademi, ademptum, *Oster.* Eximo, is, exemi, exemptũ, *Mettre hors, deliurer.* Perimo, is, peremi, peremptum, *Oster, ou tuer.* Interimo, is, *Tuer.* Dirimo, is, *Departir, separer.* Redimo, is, *Acheter, entreprendre quelque chose à faire.* Coëmo, is, non mutat e in i, coëmi, coëmptum, *Acheter ensemble.* *Emo, & eius composita.*

Premo, is, pressi, pressum, vtrobique geminato ss, *Fouler serrer, presser, espraindre.* Composita vertunt e in i breuem: vt Cõprimo, is, compressi, cõpressum, *Serrer, clorre, comprimer.* Deprimo, is, *Abbaisser, deprimer.* Exprimo, is, *Espraindre, serrer, fouler, arracher, tirer aucune chose d'aucun par force, contrefaire naïuement, exprimer, declarer.* Apprimo, is, appressi, appressum, *Presser ou serrer quelque chose contre vne autre.* Imprimo, is, *Empraindre, Imprimer, marquer.* Opprimo, is, *Fort fouler & greuer, opprimer, prendre à force, ou à despourueu, accabler.* Reprimo is, *Retenir à force, & garder que quelque chose ne se face.* Supprimo, is, *Cacher quelque chose, en sorte qu'on ne la puisse trouuer, receler, supprimer aucune chose.* *Premo, cum suis compositis.*

In No, exeuntia.

Pónere, cum gigno, per üi, per itúmque locâbo.

Dico cano, cécini, cantum: per üi fit, & entum,

Proles. Dat temno psi, ptum. Vi, vértimus in tum.

Præteritis siui, spreui, straui, quoque creui.

Lini, vel liui, leuíue, litúmque, supînum est.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Locabo, *ie mettray, ie coniugueray.*
Ponere (id est verbum pono) cum gigno, *ces deux verbes.*
Per ui, *par ceste terminaison en deux syllabes au preterit,* per itúmque, *au supin.*
Dico cano, *ie dy, ie coniugue ce verbe,* cano.
Cecini, *au preterit, en doublant la premiere syllabe,* & cantum, *au supin.*
Proles, *le composé de,* cano.
Fit per ui, *est formé par deux syllabes au preterit, & fait* cantum *au supin.*
Temno, dat, psi, ptum, *ce verbe fait au preterit,* tempsi, *&* temptum, *au supin.*
Vertimus ui in tum, *nous changeons ceste syllabe,* ui, *en* tum.
Præteritis, siui, spreui, &c. *au preterit des verbes*, sino, sperno, sterno & cerno, *& disons*, siui, situm: spreui, spretum: straui, stratum: creui, cretum.
Lini, vel liui, leuíve, (sup. præterita huius verbi lino) *qui sont au nombre de trois.*
Litúmque, supinum est, *& n'a qu'vn supin, qui est*, litum.

Pono, cum compositis.

Verba in no pauca sunt: ideóque hîc nõ datur regula generalis sed ponuntur singula. Pono itaque, & Gigno, habẽt ui per duas syllabas, & itum in supino: vt Pono, is, posui, quod& posiui dixerũt veteres, positum. *Mettre, deposer.* Appono, is appolui, appositum, *Mettre aupres, adiouster.* Compono, is, composui, compositum, *Assembler, entasser, & composer,*

appaiser, accomparager. Circumpono, is, *Mettre entour.* Depono, is, deposui depositum, *Mettre bas, deposer, mettre en gage, faire gageure.* Dispono, is, *Ordonner, mettre par dehors, disposer.* Expono, is, *mettre hors, mettre à l'aduenture· exposer, dire clairemẽt.* Impono, is, *mettre sus ou dedãs, bailler charge, enioindre, abuser, tromper, affronter.* Interpono, is, *Mettre entre deux.* Oppono, is, *Mettre à l'encontre au deuant, contremettre, mettre en gage, mettre en auant quelque matiere contraire en disputant.* Præpono, is, *Mettre deuant, preferer, & plus estimer.* Propono, is, *Mettre au deuant, ou deuant les yeux de tous, monstrer proposer.* Repono, is, *Remettre, serrer, & mettre en quelque lieu pour garder.* Sepono, is, *Mettre à part, reseruer.* Suppono, is, *Mettre dessus, mettre vne chose faulse au lieu d'vne vraye, supposer.* Transpono, *Transposer.*

Gigno, is genui, quod ab antiquo themate Geno, factum est, genitum, *Engendrer.* Ingigno, is, ingenui, ingenitum, *Engendrer en quelque chose.* *Gigno.*

Cano, is, cecini, cantum, *Chanter, escrire en vers & mesure, dire les louanges d'aucun.* Composita mutãt a in i, faciúntque præterita in uĭ diuisas syllabas, & supina in entum: vt Accino, is, accinui accentũ, *Chanter parmy d'autres.* Cõcino, is, *Chanter auec d'autres.* Incino, is, *Chãter ou dire de la bouche, ou ioüer de quelque instrumẽt* Occino, is, *Chanter.* Præcino, is, *Commencer le chãt, chanter auant les autres.* Recino, is, *Sonner.* Succino, is, *Chanter apres vn autre, ou chanter à basse voix.* *Cano, cum compositis.*

Temno, is, tempsi, temptũ Contemno is, idem, *Despriser.* *Temno.*

Vi vertimus in tum, &c Sino, sperno, sterno, cerno, lino, desinũt præterita in ui syllabã, quam mutant in tum in supino: vt Sino, sinis, siui, situm: Sperno, is, spreui, spretũ, &c.

Sino, is, *Laisser faire permettre.* Desino, is, *Cesser & s'arrester.* *Sino.*

Sperno, is, *Despriser.* Desperno, is, idem. *Sperno.*

Sterno, is straui, stratum, *Estendre sur quelque chose, seeller & housser vn cheual, ruer par terre.* Consterno, is, *Couurir la terre, ou autre chose.* Desterno, is, *Descouurir, oster la selle de dessus vn cheual.* Insterno, is, *Couurir.* Substerno, is, *Garnir & couurir la terre de quelque chose molle surquoy on se couche, faire lictiere, estendre dessous.* *Sterno, & eius composita.*

Cerno, is creui, cretum, *Veoir, regarder, apperceuoir, entendre, cognoistre, cribler, sasser.* Vsus tamen nunc repudiat præteritum Creui, quod veteres, pro vidi vsurparunt, sed composita tãtùm retinuerunt: vt Decerno, is, decreui, decretum, *Decerner, iuger, ordonner.* Discerno, is, *Diuiser, separer, discerner & cognoistre vrayement l'vn d'auec l'autre.* Excerno, is, *Cribler, & sasser.* *Cerno, cum compositis.*

Incerno,is,idem. Secerno,is, *Separer.* Succerno,is,idem.

Lino, & composita. Lino,is,lini,liui,vel leui,litum penultima breui, *Enduire, frotter de quelque liqueur, ou autre chose humide.* Liui tamen vetustum est & obsoletum. Et à Linere, quod reperimus multis locis vsurpatum esse pro lino,liniui, Sic & cõposita, vt Allino,is,allini,alliui,alleui,allitum. *Frotter doucement de quelque chose, cõme on fait en oignãt.* Collino,is,collini, colliui, colleui, collitũ,idem. Delino,is,delini,deliui,deleui,deletũ, *Effacer.* Illino,is,illini,illiui,illeui,illitũ, *Enduire & frotter de quelque liqueur ou autre chose humide par dessus, oindre.* Interlino,is, interlini,interliui,interleui, interlitũ, *Ietter ancre ou autre chose sur quelque escriture ou peincture, & la gaster.* Oblino,is,oblini,obliui,obleui,oblitum, *Enduire, frotter de quelque liqueur, ou autre humidité.* Perlino,is,perlini,perliui,perleui,perlitũ, *Fort oindre, & frotter de quelque liqueur.* Relino,is,relini,reliui,releui,relitũ, *Desboucher, ouurir.* Terent. Dolia releui omnia, *I'ay percé tous mes vins.* Sublino,is,sublini,subliui,subleui,sublitum, *Vn peu frotter de quelque liqueur.*

In Po, & Quo, terminata.

Po, psi, ptúmque facit. Rupi, ruptum, dabo rumpo.
Donat uï per itum strepo, cum crepo. Dat coquo,xi,ctum.
Vult linquo, liqui: lictum natis dabis aptè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Po, *Le verbe ayant telle terminaison.*
Facit psi, *au preterit, &* ptum, *au supin.*

Exceptio.
Dabo rumpo, *ie bailleray a ce verbe,* rumpo, rupi, *au preterit, &* ruptum, *au supin.*
Strepo,cum crepo, *ces deux verbes.*
Donat ui, *font le preterit en* ui, *par deux syllabes diuisees, & son supin en* itum, *comme* strepitum,crepitum.

Regula general.
Coquo,dat,xi, ctum, *ce verbe,* coquo, *fait au preterit,* coxi, *&* coctum, *au supin.*
Linquo vult,liqui, *ce verbe veult auoir au preterit,* liqui.
Dabis aptè natis (id est,eius compositis) *tu bailleras commodément à ses composez.*
Lictum, *pour le supin,* vt delictum à delinquo.

Verbum in po desinens, habénsque l vel r. vel e longum ante p facit præteritum in psi, & supinum in ptum: vt Carpo, is, carpsi, carptũ, *Cueillir doucement, passer legeremẽt, reprendre & arguer.* Composita mutant a in e: vt Decerpo, is, decerpsi, decerptum, *Cueillir.* Discerpo, is, *Deschirer.* Excerpo, is, *Cueillir par eslite quelque chose.* *Carpo, cum compositu.*

Clepo, is, clepsi, cleptum, *Desrober.* *Clepo.*

Repo, is, repsi, reptum, *Ramper & se trainer sur le ventre & sur les pieds.* Adrepo, is adrepsi, adreptũ, *Se trainer vers quelque chose.* Correpo, is, *Se couler en quelque lieu, & trainer.* Erepo, is, erepsi, ereptum, *Grimper, grauir.* Irrepo, is, *Se couler tout doucement & trainer par quelque lieu sans qu'on en apperçoiue rien.* Obrepo, is, idem. Perrepo, is, *Se trainer iusques à quelque lieu.* Prorepo, is, *Sourdre, sortir dehors.* Subrepo, is, *Se trainer sur le ventre.* *Repo, & eius composita.*

Serpo, is, serpsi, serptum, *Se trainer sur le ventre, aller en auant petit à petit.* Inserpo, is, inserpsi, inserptum, *Se couler & trainer sur le ventre dedans quelque chose.* Proserpo, is, *Se couler, glisser, & trainer.* *Serpo.*

Scalpo, is, scalpsi, scalptum, *Gratter, galler.* *Scalpo.*

Sculpo, is, sculpsi, sculptum, *Tailler, grauer.* Exculpo, is, vel (vt aliis placet) Excalpo, is, idem, *Tirer de la bouche, tirer & sçauoir quelque chose d'aucun, tirer auec difficulté.* Insculpo, is, *Entailler, engrauer.* *Sculpo.*

Rupi, ruptum, dabo rumpo, &c. Cætera in po desinentia variant: vt Rumpo, quod rupi, ruptũ facit, *Rompre, corrompre, creuer.* Abrumpo, is, *Rompre vne chose qui tient à l'autre.* Corrumpo, is, *Corrompre, gaster, destruire.* Dirumpo, is, *Desrompre, creuer.* Disrumpo, idem. Erumpo, is, *Saillir, sortir auec violence & impetuosité: faire vne saillie d'vne ville sur les ennemis.* Irrumpo, is, *Entrer par force.* Obrumpo, is, *Rompre.* Perrumpo, is, *Fort rompre, ou rompre en pieces, entrer par force.* Prærumpo, is, *Desrompre.* Prorumpo, is, *Rompre en pieces, entrer par force & violence en troupe de gens.* Interrumpo, is, *Rompre par le milieu, interrompre.* *Rumpo, cum compositu.*

Strepo, is, strepui, strepitum, breui, *Faire bruit des pieds ou autremẽt.* Astrepo, is, *Faire bruit des pieds.* Constrepo, is, *Faire bruit & noise.* Instrepo, is, *Faire bruit.* Obstrepo, is, *Esmouuoir, & faire bruit des pieds, ou autrement contre aucun.* Perstrepo, is, *Faire grãd bruit des pieds, ou autrement.* *Strepo & eius composita.*

Crepo, primæ cõiugationis est. Nullum enim authorem

reperies, apud quem legas Crepimus, crepitis crepunt: crepebam, crepe, crepito creperam, crepere, crependi, &c.

Coquo & composita. Dat Coquo, xi, ctum, &c. In Quo, duo sunt, Coquo, & Linquo: quorũ Coquo facit coxi, coctũ, *Cuire.* Concoquere cibum, *Faire digestion.* Concoquo, is, *Cuire, digerer, quand l'estomach digere bien la viande qu'il a receuë.* Decoquo, is, *Faire bouillir iusques à certaine diminution, despendre tout son bien, en sorte que les creanciers n'y trouuent que prendre, faire banqueroute.* Excoquo, is, *Cuire parfaictement.* Incoquo, is, *Cuire dedans, ou auec quelque autre chose.* Percoquo, is, *Faire cuire, ou acheuer de cuire.* Præcoquo, is *Cuire auparauant.* Recoquo, is, *Recuire.*

Linquo, cum suis compositis. Linquo, is, liqui, lictũ, quo supino vix vtemur in simplici, sed in compositis tantùm. Linquo, is, *Laisser, delaisser.* Delinquo, is, deliqui, delictum, *Laisser a faire ce qu'on ne doit point laisser, faillir en quelque chose.* Derelinquo, is, *Delaisser.* Relinquo, is, idem.

In Ro, finita.

Ro, ui, túmque, dabit. Gessi, gero, vult
quoque gestum.
Vro, vssi, ac vstum. Verro, ri, si, dato
versum.
Curro, cucúrrit habet, cursum. Dat uï
sero natum,
Atque ertum. Dat & cuit, itum, sub dúplice sensu.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reigle general.
Ro, *le verbe ainsi terminé.*
Dabit ui, *aura ceste terminaison au preterit,* & tum, *au supin.*

Exceptio.
Gero, vult gessi *au preterit,* & gestum, *au supin.*
Vro, vssi, vstum (vult sup. habere.)
Dato verro, ri, si, *vault à ce verbe* verro, *double preterit,* verri, & versi, & *au supin,* versum.
Curro, *ce verbe a* cucurri, *au preterit, en doublant la premiere syllabe, & au supin,* cursum.
Sero natum, *c'est à dire composé de ce verbe,* sero.
Dat ui *ce verbe terminaison au preterit par deux syllabes,* atque ertum, *au supin.*

Dat & eui, *il a aussi pareillement au preterit* eui, *& au supin*, itum. Sub duplice sensu (i. sub diuersa significatione) *mau en diuerse signification.*

Tero, cum suis compositis.

In Ro desinentia, præterita faciunt in ui syllabam, supina in tum: vt Tero, is, triui, tritum, *Broyer, piler, vser en frottant, frotter l'vn à l'autre.* Contero, is, contriui, contritum, *Broyer, menuiser, mettre en pouldre, mouldre.* Per translationem, *Gaster & vser.* Detero, is, *Briser, menuiser, empirer, gaster.* Distero, is, *Fort broyer & menuiser.* Extero, is, *Consumer & vser à force de frotter, froisser & briser.* Intero, is, *Broyer parmy.* Obtero, is, *Escacher, briser, ou fouler.* Pertero, is, *Fort piler & broyer.* Protero, is, *Fouler, escacher.* Subtero is, *Casser & broyer bien menu.*

Quæro & composita.

Quæro, is, quæsiui, quæsitum penultima longa, & per syncopen Quæstum, *Cercher, faire information, acquester & amasser.* Composita mutant æ in i, longum: vt Acquiro, is, acquisiui, acquisitum, *Acquerir.* Coinquiro, is, *Cercher diligemment.* Disquiro, *Cercher par tout.* Inquiro, is, *Faire informations ou enquestes, cercher diligemment.* Exquiro, is, *S'enquerir diligemment.* Inquiro, is, *Cercher, enquerir, enquester.* Inquirere, cum accusatiuo & præpositione In, *Faire information contre aucun.* Perquiro, is, *Cercher diligemment, demander & enquerir soigneusement.* Requiro, is, *Cercher aucun, demander affectueusement, desirer de rauoir ce que nous auons eu, regretter.*

Exceptio.

Gero, cum compositis.

Gessi, gero, vult. &c. Quinque inde excipiuntur, quæ variant: facit enim Gero, gessi, gestum, *Porter.* Aggero is aggessi, aggestum, *Porter à vn tas.* Congero is, *Amasser, assembler porter beaucoup de choses en vn lieu.* Digero, is, *Porter çà & là, ordonner & disposer, mettre par ordre, donner à entendre.* Egero, is, *Vuider & porter dehors.* Ingero is, *Porter, mettre ou ietter dedans ou contre.* Regero is, *Reporter, reietter.* Suggero is, *Bailler & fournir de quelque chose: aider à aucun de quelque chose qui luy default.*

Vro, & eius compositis.

Vro vris, vssi, vstũ, *Brusler.* Aduro idem. Amburo, is, *Brusler tout autour.* Comburo is, *Brusler.* Deuro, idem. Exuro, idem. Inuro is, *Marquer d'vn fer chauld, imprimer quelque marque.* Peruro, *Brusler tout à fait.* Præuro, is, *Brusler fort, brusler par tout,* idque apud Liuium.

Verro, cum compositis.

Verro duplex præteritum habet, verri & versi, & in supino, versum, *Tirer, trainer, balier, nettoyer, ramonner.* Conuerro, is, conuerri & conuersi, conuersum, *Nettoyer, balier*, [illegible]. Diuerro is, diuerri, diuersum, idem. Euerro, is, euerri, euersum, idem.

Curro.

Curro,is, cucurri, curſum, *Courir.* Huius compoſita pleraque Latini antiquiores prima ſyllaba reduplicata in præteritis protulêre, vt Priſcianus indicat. Sed poſteriores ferè maluerunt aliorũ in his etymologiam ſequi, vt Virgilij: decurrêre iugis. Et Liuius In fines Romanos incurrerunt, populabundi magis, quàm iuſti more belli. Extat tamen & apud Terentiũ Præcucurri, in Hecyra: vt, Vna illarũ interea properè præcucurrit, nuncians. Et apud Plautum in Sticho: Præcucurri vt nunciarẽ nuncium exoptabilem. Quare hoc verbum ſeorſim quidam Grammaticorũ notauêre. Sed pari modo notanda erant & Excucurri, quod Cæſar vſurpauit, & Diomedes inter vſitata refert. Et Procucurri, quo Liuius alibi vſus eſt. Verùm in his, vt vbique aliâs, obſeruandum eſt, quid poſteriorum vſus approbarit. Multa enim veteres ſuo modo ac iure dixerunt, quæ poſterior ætas repudiauit.

Præcucurri. *Excucurri.* *Procucurri.*

Compoſita à Curro.

A Curro compoſita ſunt, Accurro, is, accurri, accurſum, *Accourir à quelque choſe.* Concurro, is, *Courir enſemble.* Decurro, is, *Courir au haut en bas, aller haſtiuement.* Diſcurro, is, *Courir de toutes parts.* Excurro is, *Courir en diligence.* Incurro, is, *Courir dedans, ou contre.* Occurro, is, *Rencontrer, aller au deuant, ſecourir.*

Percurro, is, *Courir ſans s'arreſter, dire haſtiuement quelque choſe.*
Præcurro, is, *Courir deuant.* Procurro, is, *S'auancer de courir.*
Recurro, is, *Retourner.* Succurro, is, *Secourir.*

Sero.

Dat cui ſero natum, &c. Sero facit ſeui, ſatum, breui a, *Semer, planter.*

Veteres autem, vt Priſcianus oſtendit, etiam Serui ſyllabis diuiſis præterito dixêre, à quo ſupinũ Sertum: quam vocem cõpoſita quædam retinuerunt, ea nimirum quæ à ſimplicis ſignificatione recedunt, *qui delaiſſent la ſignification du ſimple, qui ſignifie ſemer, ou planter:* vt Aſſero, is, aſſerui, aſſertum, *Afermer, aſſeurer, acertainer.* Conſero, is, *Entremeſler, entrelacer.* Deſero, is, *Delaiſſer.* Diſſero, is. *Tenir quelque propos & le continuer longuement & diſputer.* Exero, is, *Tirer ou mettre hors.* Inſero, is. *Enter, entremeſler.* Interſero, is idem. Sic dicimus, Homeri Poëmatis quidam nothi verſus inſerti ſunt. Et, Propheticis libris apocrypha quædam, hoc eſt, latentia non publica, nõ recepta, & incerti authoris ſcripta, inſerta ſunt.

Compoſita à Sero, à ſimplicis ſignificatione recedentia.

A Sero compoſita ſimplicis non recedentia.

Quæ verò non recedunt a ſignificatione, quã habet ſimplex Sero faciũt præterita in eui, & ſupina in itum: vt Aſſero, aſſeui, aſſitum, *Semer, planter auprès & ioignant quelque choſe.* Conſero, is, cõſeui, conſitum, *Planter ou ſemer.* Deſero, is, de-

ſeui, deſitum, idem. Diſſero, is, diſſerui, diſſitum, *Planter çà & là*. Inſero, is, inſerui, inſitum, *Enter, planter, ou ſemer*. Interſero, is, interſeui, interſitum, *Semer, ou planter entre deux*. Ab Obſero, obſitus ſolùm extat, &c. Terét. Pannis annisque obſitus.

Furo, diſſyllabum eſt, carétque præterito & ſupino, ſed mutuantur ab Inſanio, inſaniui & inſanitum. *Annotatio.*

Fero, tuli, latum, ad anomala pertinet.

In So, deſinentia.

So, ui, túmque facit. Si, ſúmque faceſſo, capéſſo,
Cum viſo. Pinſo dat pínſuït, indéque piſtum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula genera.
- So, *le verbe ayant telle terminaiſon.*
- Facit ui, in præterito, & tum, in ſupino.

Exceptio.
- Faceſſo, capeſſo, cum viſo, *ces trois verbes.*
- Si, ſúmque (ſup. habent) *ont*, ſi, *en leur preterit, &* ſum, *au ſupin.*
- Pinſo, dat pinſuit, *par deux ſyllabes diuiſées par la terminaiſon du preterit.*
- Indéque (ſup. fit, vel venit, piſtum.) *ce ſupin en oſtant la lettre* n, *qui eſt au preſent & au preterit.*

In So deſinentia, ſiui faciunt præteritis, & itum ſupinis, penultima longa: vt Laceſſo, is, laceſſiui, laceſſitum, *Irriter, agacer, prouoquer.* *Laceſſo.*

Arceſſo, is, arceſſiui, arceſſitum, *Hucher, appeller, aller querir, retirer, accuſer.* *Arceſſo.*

Accerſo, is, accerſiui, accerſitum, *Appeller à ſoy, aller querir aucun.* Inceſſo, is, inceſſi, vel inceſſiui, inceſſitum, *Venir, ou aduenir, accuſer, aſſaillir.* *Accerſo. Inceſſo.*

Si, ſúmque faceſſo, &c. Tria in ſo, faciunt præteritum in ſi, & ſupinum in ſum: vt Faceſſo, is, faceſſi, faceſſum, *Faire & accomplir, aller faire, s'en aller & partir de quelque lieu.* *Exceptio. Faceſſo.*

Capeſſo, is, capeſſi: &, vt Priſciano placet, capeſſiui, capeſſitum, *Empoigner, prendre.* Rectiùs tamen vtraque carere ſupinis dixerim. *Capeſſo.*

Viſo is, viſi, viſum, *Aller veoir.* Inuiſo, is, idem. Prouiſo, is, *Aller au deuant de quelqu'vn.* Reuiſo, is, *Retourner veoir.* *Viſo, cum compoſitis.*

Pinſo, is, pinſui piſtum facit, *Piler en vn mortier, ſeſtrir.* *Pinſo.*

Quæſo, inter defectiua numeratur. *Quæſo.*

Xi, xum dant plecto, cum flecto, néctere, pecto:
Hæcque xui duo dant. Iui peto donat, & itum.
Mitto facit misi, míssum, ss geminándo supíno.
Sque meto géminans, suit, & sum. Vertóque, verti,
Et versum. Stertò dat stértuit, absque supíno.
Neutrum sisto nihil dabit, actîuum stitit edet,
Deinde statum format: nobis est Géllius author.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Plecto, cum flecto, nectere (id est, necto, &c. *ces quatre verbes.*
Dant xi, *au preterit & xum, au supin.*
Hæcque duo (postrema sup. id est, necto & pecto) *ces deux derniers.*
Dant xui, *ont aussi ceste terminaison au preterit, & sont* nexi, & nexui, pexi, & pexui.
Peto donat, iui (id est, petiui) *au preterit,* & tum, id est, petitũ, *au supin.*
Mitto, *fait,* misi, *au preterit, &* missum, *au supin, en doublant* ss, *en iceluy supin.*
Et meto geminans ss, *& pareillement ce verbe*, meto, *fait*, messui *au preterit, &* messum, *au supin, en doublant en tous deux la lettre, s.*
Regula general. Vertoque, *& ce verbe,* verto, *fait* verti, *au preterit, &* versum, *au supin.*
Sterto dat, *ce verbe fait au preterit,* stertui, *sans supin: car il n'en a point.*
Sisto neutrum, *quand ce verbe*, sisto, *est neutre: car il se trouue à*

quelquefois neutre, à quelquefois actif.
Nihil dabit(id est.nullum habebit præteritum neque supinum)*n'a preterit ny supin.*
Actiuum,*quand il est verbe actif.*
Edet ſtitit,*il forme*,ſtiti,*au preterit.*
Deinde ſtatum format,*en apres il fait* ſtatum,*au ſupin.*
Nobis eſt Gellius author, *Aulus Gellius afferme & maintient tel eſtre le preterit & ſupin de ce verbe*,ſiſto.

Verbum in To deſinens,certam non habet formationem, ſed ſuã vnumquodque ſingulatim retinet. Primò quatuor ſunt.quæ præteritum in xi. & ſupinum in xum faciunt : vt Plecto.is plexi,plexum,ſecundum Priſcianum : ſed Melanthon vſurpari deſiiſſe vtrumque aſſerit, dicendúmque plexui plexum,analogicôs oſtendit. Nam & Amplexor, amplexus ſum : & Complector, complexus ſum, faciunt, quæ idem Priſcianus à Plecto compoſita facere videtur.

Plecto is plexi,& vſitatiùs plexui,plexũ,*Punir,entrelacer.* *Plecto.*
Flecto,is flexi tantùm facit & flexum, *Courber flechir.* *Flecto, cum*
Circumflecto,is,circumflexi,circumflexũ , *Tourner à coſté.* *compoſitis.*
Conflecto, is, *Courber* Deflecto,is, *Flechir & ployer quelque choſe.* Inflecto, is, *Plier.flechir.* Offlecto,is,*Tourner d'vn lieu.* Reflecto,is, *Replier,reflechir.*

Necto,is nexi & nexui,nexum,*Attacher,lier, noüer.* Annecto.is,annexui,annexũ,*Attacher,ou lier à quelque choſe.* Connecto,is, *Lier enſemble.* Innecto, is, idem. Subnecto , is, *Lier,ou noüer par deſſus.* *Necto, & cõpoſita.*

Pecto,is,pexi.& pexui,pexum, *Peigner.* Depecto,is, depexui,depexum,idem, *Pecto.*

Peto,is,petiui petitum,penultima longa , *Demander, prier, requerir, frapper, ruer coups ſur aucun.* Sic & cõpoſita : vt Appeto, is,appetiui, appetitũ, *Conuoiter,deſirer vne choſe deſordonnement.* Competo,is, *Demander la meſme choſe qu'vn autre demande.* Expeto,is, *Demander & ſouhaiter fort vne choſe,cõuoiter.* Impeto, is, *Courir ſus,aſſaillir.* Oppeto,is, *Mourir.* Repeto,is, *Redemander.* Suppeto,is, *Demander à faulſes enſeignes.* *Peto , cum compoſitis.*

Mitto,is,miſi,miſſum, ſſ geminata ſupino , *Enuoyer, ietter hors,produire,enuoyer don.* Admitto,is admiſi,admiſſum, *Donner entree,admettre,permettre.* Admittere,*Commettre quelque cas.* Admitto,is,*Enuoyer d'auec ſoy,laiſſer en aller, prendre, enuoyer.* Committo,is,*Aſſembler,bailler en garde, irriter & faire battre deux ou plusieurs à l'encontre les vns des autres.* Committere, *Faillir , commettre,confiſquer.* Demitto,is, *Aualler du hault en bas.* Dimitto, *Mitto, & compoſita.*

is, *Enuoyer, aualler du hault en bas, donner congé, permettre.* Emitto, is, *Mettre hors.* Immitto is, *Mettre dedans.* Immittere, pro eo quod vulgò dicimus ſubornare aliquem, *Enuoyer tout de gré, de guet à pens.* Intermitto, is, *Entrelaiſſer, diſcontinuer.* Omitto, is, *Laiſſer, delaiſſer.* Permitto, is, *Enuoyer outre, permettre, laiſſer faire: c'eſt auſſi donner congé & puiſſance de faire quelque choſe.* Præmitto, is, *Enuoyer deuant.* Promitto is, *Ietter loing, promettre.* Remitto, is. *Laiſſer bas, renuoyer.* Submitto, is, *Mettre deſſous, enuoyer ſecrettement.* Tranſmitto, is, *Mettre outre, paſſer outre.*

Meto. Meto, is, meſſui, meſſum, *Moiſſonner, cueillir.* Demeto, is, demeſſui, demeſſum, *Moiſſonner, couper, cueillir.*

Verto, cum compoſitis. Verto, is verti, verſum, *Tourner, virer, renuerſer.* Aduerto, is, aduerti, aduerſum, *Tourner vers quelque choſe, prendre garde, aduiſer.* Animaduerto, is, animaduerti, animaduerſum, *Aduiſer, prendre garde, apperceuoir quelque choſe.* Auerto, auertis, *Deſtourner.* Cõuerto, is, *Tourner d'vn langage en autre.* Diuerto, is, *Tourner ſon chemin quelque part, ſaillir hors de ſon propos.* Euerto, is, *Renuerſer ce que deſſus deſſous.* Inuerto, is, *Tourner à l'enuers.* Obuerto, is, *Tourner contre ou vers quelque choſe.* Peruerto, is, *Tourner au rebours, renuerſer ce que deſſus deſſous, ruer par terre.* Præteruerto, is, *Mettre vne choſe deuant vne autre.* Præuerto, is, *S'en aller deuant.* Reuerto, is, *Retourner, ou reuenir.* Actiuè ſæpè apud Ciceronẽ legitur, ſed nõ niſi in præterito, aut temporibus à præterito formatis. Subuerto. is, *Renuerſer ce que deſſus deſſous, ruer par terre*

Sterto. Sterto, is, ſtertui, abſque ſupino, *Dormir, ronfler.* Deſterto, is, *Eſueiller.*

Siſto, neutrũ. Siſto, is, neutraliter & actiuè ſumitur. Quando neutrum eſt, idem ſignificat quod Sto, as, *Eſtre debout.* Carétque proprio præterito & ſupino : poteſt tamen à Sto vtrunque ſumere: vt Siſto, ſteti, ſtatum: quod & idem faciunt ab eo cõ-
Compoſita à Siſto. poſita: vt Aſſiſto, is, aſtiti aſtitum, vtrumque& præteritũ & ſupinum mutando a compoſitis a Sto, as. Aſſiſto, *Eſtre aupres, aſſiſter.* Conſiſto, is, conſtiti, cõſtitum, *S'arreſter hardiment, ou autrement* Deſiſto, is, *S'arreſter, deſiſter, ceſſer, renoncer à quelque choſe.* Exiſto, is, *Sourdre, ſe leuer, apparoir, eſtre.* Inſiſto, is, *Se tenir ferme ſur quelque choſe, pourſuyure en diligence que quelque choſe ne ſe face.* Obſiſto, is, *Reſiſter, aller à l'encontre.* Perſiſto, is, *Durer iuſques à la fin, perſiſter.* Reſiſto, is, *S'arreſter, reſiſter.* Subſiſto, is, *Reſiſter a l'encontre, s'arreſter & demeurer en quelque place quelque temps.*

Siſto, actiuum. Siſto verò actiuũ, habet ſtiti, ſtatũ, authore Gellio lib. 2. Noct.

Noct. Attic. cap. 14. *Retenir, arrester.* Qua in significatione nulla habet composita. Hinc dicimus Sistere lachrymas, *Cesser de pleurer.* Aluum sistere, *Resserrer flux du ventre.*

Sisto, significat etiam, *Presenter, amener & exhiber en personne.* Vlpianus: In iudicium sisti, *Comparoir en personne en iugement.*

In Vo, terminata.

Dat viuo, xi, ctum. Soluo ui format, & utum,
Vt voluo. Calui, caluo facit, absque supîno.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Viuo, dat xi, ctum, *ce verbe ainsi terminé en* uo, *par vne seule syllabe, fait* vixi, *au preterit, &* victum, *au supin.*
- Soluo format ui, & tum, *ce verbe fait au preterit* solui, *& au supin,* solutum.
- Vt voluo, *comme aussi pareillement cestuy cy, qui fait* volui, *par vne syllabe à la fin, &* volutum, *au supin.*
- Caluo, facit calui, *ce verbe fait* calui, *par vne seule syllabe aussi à la fin.*
- Absque supino, *n'ayant point de supin.*

Quatuor sunt verba in Vo, vna syllaba, finita: quorum Viuo, facit vixi, victũ. Soluo, solui, solutum. Voluo, volui, volutum. Caluo, calui, sine supino.

Viuo, is, vixi, victum, *Viure.* Et quæ inde fiunt: vt Reuiuisco, is, reuixi, reuictum, &c. Conuiuo, is, *Viure auec aucun.* Per-uiuo, is, *Viure iusques à la fin.* *Viuo, & composita.*

Soluo, is solui, solutum, *Deslier, payer ce qu'on doit.* Absoluo, is, absolui, absolutum, *Absoudre, acheuer.* Dissoluo, is, *Deslier, dissoudre.* Exoluo, is, *Deslier.* Persoluo, is, *Du tout & entierement payer.* Resoluo, is, *Deslier, ouurir, payer.* *Soluo, cum compositis.*

Voluo, is, volui, volutum, penultima longa, *Rouler.* Redit autem consonans u, in vocalem, necessitate pronunciationis. Eius composita sunt, Aduoluo, is, aduolui, aduolutum, *Rouler vers quelque lieu.* Conuoluo, is, *Renuelopper & entortiller.* Deuoluo, is, *Deualler du hault en bas : faire cheoir, ruer.* Euoluo, is, *Desployer & desrouler, rouler de quelque lieu.* Inuoluo is, *Entortiller.* Per metaphoram, *Enuelopper.* Obuoluo, is, idem. Peruoluo, is, *Rouler,* Prouoluo, is, *Rouler auant soy.* Reuoluo, is, *Rouler derechef.* *Voluo, & eius composita.*

Caluo, is, calui, absque supino, licet sunt qui calutum illi dent: antiquum verbum, idem quod decipio: è quo Priscianus Calumniam deriuari putat. *Tromper, deceuoir.*

In Xo finita.

Nexo, xui, xum vult. Texo, xuit, indéque textum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Nexo vult xui, xum, *ce verbe fait au preterit* nexui, *& au supin* nexum.
- Texo, xui, *ce verbe fait*, texui, *au preterit*, indéque textum, *& de là, c'est à dire, du preterit, il forme* textum, *au supin, & non pas* texum.

Melancthon tradit tãtùm vnicum esse verbũ tertiæ coniugationis in xo, hoc est Texo: quod præterito texui facit, & supino textum. Priscianus autem addit Nexo, quod nexui, nexum habet. Declinatur nihilominus & per primam coniugationem Nexo, as.

Nexo. Nexo, is, nexui, nexum, *Attacher, noüer, lier.*

Texo, cum suis compositu. Texo, is, texui, textum, *Tistre, faire de la toile.* Attexo, is, *Tistre auec, ou adiouster.* Cõtexo, is, *Tistre ensemble.* Detexo, is, *Dessiler la toile, la detistre.* Intexto, is, *Tistre dedans, ou auec: c'est à dire, entrelacer, ou conioindre.* Obtexo, is, *Tistre tout entour.* Pertexo, is, *Acheuer de tistre.* Prætexo, is, *Border & couurir le bord.* Prætexere, *Ordonner premierement & composer, bailler quelque couleur, faire couuerture.* Retexo, is, *Retistre, dessiler.* Subtexo, is, *Adioindre, adiouster, dire & mettre par ordre par apres.*

QVARTA CONIVGATIO.

Iui quarta facit: ui semper vertitur in tum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Quarta (sup. coniugatio) *la quatriesme coniugaison.*
- Facit iui, *fait iui, au preterit.*
- Vi, *c'est le syllabe, qui est la fin du preterit.*
- Semper vertitur in tum, *est tousiours changee & muee en* tum *au supin.*

In quarta cõiugatione, præteriti character est iui, supini itum, penultima longa: vt Audio, audis, audiui, auditum, *Ouyr, entendre, ouyr dire.* Exaudio, is, exaudiui, exauditũ, *Ouyr & entendre la voix d'aucun, octroyer vne requeste, exaucer & bail-*

Audio. Exaudio.

ler ce qu'on demande. Inaudio, is, *Entendre vne chose par le rapport de plusieurs.* Inaudio.

Obedio is obediui, obeditum, *Obeyr.* Obedio.

Scio, is sciui, scitum, *Sçauoir.* Nescio, is, *Ne sçauoir point.* Scio

Conscio, is, *Se sentir coulpable de quelque chose.* Conscio.

Crocio, is, crociui crocitum, *Crier comme vn corbeau.* Crocio.

Glocio, is, glociui, glocitum, *Gloisser comme les gelines qui couuent.* Glocio.

Garrio, is, garriui, garritum, *Ce mot se dit des oiseaux, quand ils se desgoisent & gringotent.* Per translationem, *Babiller & caqueter, iaser.* Garrio.

Gannio, is ganniui, gannitum, *Glapper & iapper comme vn chien, ou vn renard.* Gannire, *Gronder & grommeler entre ses dents, & se plaindre comme ceux qu'on bat.* Gannio.

Ferocio, is, ferociui, ferocitum, *Estre en fureur, comme sont les gens de guerre, & les cheuaux, quand ils oyent sonner les trompettes & tabourins pour donner dedans.* Ferocio.

Fastidio, is, fastidiui, fastiditum, *Reietter quelque chose par desdain.*

Desinúntque in io, huius coniugationis omnia, præter Eo, & Queo, cum compositis, quæ præteritum in iui, & supinum in itum faciunt: vt Queo, quis, quiui, quitum, *Auoir pouuoir & puissance.* Nequeo, is, *Ne pouuoir.* Annotatio. Queo. Nequeo.

Eo, is, iui, itum, *Aller.* Eius composita sunt, Abeo, is, abiui, abitum, *S'en aller, s'en partir.* Adeo, adis, adiui, aditum, *Aller vers aucun.* Ambio, is, ambiui, ambitum, *Enuironner, entourer, pourchasser d'auoir quelque chose, & briguer.* Coëo, is, coïui, coïtũ, *S'assembler ensemble, conuenir.* Per translationem, *S'accorder.* Coire dicuntur etiam milites, *Choquer, donner le choq, combatre.* Exeo, is, exiui, exitum, *Sortir hors, issir.* Ineo, is, iniui, initum, *Entrer dedans.* Obeo, is, obiui, obitum, *Aller mourir.* Pereo, is, periui, peritum, *Estre perdu.* Prætereo, is, præteriui præteritum, *Passer outre, ou par aupres, ou par deuant quelque chose.* Transeo, is, *Passer outre.* Redeo, is, rediui, reditum, *Retourner, reuenir en quelque lieu.* Subeo, is, subiui, subitum, *Entrer, endurer, entreprendre vn affaire.* Transeo, is, transiui, transitum, *Passer outre.* Eo, cum compositis.

Sæuio, is, sæuiui, sæuitum, *Exercer cruauté contre quelqu'vn.* Sæuio.

Sitio, is, sitiui, absque supino, *Auoir soif.* Sitio.

Ferio tam præterito, quam supino caret, *Frapper, ferir.* licet Mantuanus feriit, Petrarcha feritum, & Seruius in septimũ Æneidos, feriturum dixerunt. Ferio.

Annotatio. Hîc etiam obiter monendi sunt pueri, in præterito imperfecto verbi Eo, ibam dici, non iebam, vt audiebam: & futurum geminũ esse, Eam & ibo. Qua forma & in aliis multis antiquiores vsi sunt: vt Scribo, Quibo, Opperibor, pro Sciã Queam, Opperiar, &c.

Animaduersio. Est quoque animaduertendum, hæc quæ in iui exeunt, plerumque syncopem admittere: vt Audij, audisti audiit: Sæuij sæuisti, sæuiit. Quemadmodum & Petij, petisti, petiit: Amaui, amasti, amârunt, & similia: de quibus infrà latiùs agetur in regula, Syncopa diminuit, &c.

Variantia quædam supinum, alia præteritum.

Singúltit, vult singúltum: sepelîre, sepúltum.
Vǽneo dat vænum. Veni, ventũ, vénio vult.
Pone amîcit per uï, per ctum. Dat víncio, xi, ctum.
Sáncio iungâtur, quod & iui format, & itum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Singult (id est, singultio) *qui fait*, singultiui, *au preterit.*
Vult singultum, *veult auoir*, singultum, *au supin*, & *non pas*, singultitum, *selon la reigle generale.*

Exce. 1 Sepelire, sepultú, *c'est a dire ce verbe*, sepelio, *qui fait* sepeliui, *au preterit, veult auoir*, sepultum, *au supin*, & *non*, sepelitum.
Væno dat vænum, *ce verbe qui fait*, væniui, *fait au supin*, vænú, & *non*, vænitum.
Venio vult veni, ventum, *ce verbe veult auoir au preterit*, veni & *non* veniui, & *au supin veult auoir*, ventum, & *non*, venitum.

Pone amicit, *mets ce verbe*, amicio.
Per ui (id est, amicui) *au preterit en deux syllabes diuisees*, & per ctum, id est, amictum, *au supin, au lieu de dire*, amiciui, amicitum.

Exce. 2 Vincio dat xi, ctum, *ce verbe fait*, vinxi, *au preterit*, & vinctum, *au supin, au lieu de*, vinciui, vincitum.
Sancio iungatur, *ce verbe soit adiousté, car il fait*, sanxi, sanctum.
Quod format iui, & itum, *lequel verbe fait aussi*, sanciui, sancitum, *car ainsi il a double preterit, & double supin.*

Excipiuntur à regula quædam. Primò, tria, secundum regulam præteritum formantia: supinum verò contra regulam: vt Singultio,is, singultiui singultum, *Auoir le hocquet.* *Exce.prima.*

Sepelio,is, sepeliui sepultum, *Enterrer vn corps, enseuelir.* *Singultio.* *Sepelio.*

Væneo,is, væniui, vel vænij, per syncopen, à quo supinũ vænum, pro vænitum, *Estre vendu.* *Væneo.*

Venio is, veni, ventum, *Venir.* Sic & composita: vt Aduenio,is, adueni, aduentum, *Arriuer.* Circumuenio,is, *Enuironner, fouler aucun, tromper & deceuoir.* Conuenio,is, *Conuenir, s'assembler, venir auec d'autres, s'amasser, conuenir ensemble, estre d'accord.* Deuenio,is, *Descendre & venir du hault en bas, venir.* Euenio,is, *Aduenir.* Inuenio,is, *Trouuer, inuenter quelque chose en son esprit, acquerir biens.* Obuenio,is, *Suruenir, escheoir comme par sort.* Peruenio is, *Venir iusques au lieu, paruenir.* Præuenio,is, *Venir au deuant.* Prouenio is, *Venir en auant.* Reuenio,is, *Reuenir.* Subuenio,is, *Subuenir & ayder à aucun, secourir.* *Venio, & eius composita.*

Amicio facit amicui amictum, *Couurir, assembler.* *Amicio.*

Vincio,is, vinxi, vinctum, *Lier.* Deuincio,is, *Fort serrer & lier.* Reuincio,is, *Lier par derriere.* *Vincio.*

Sancio,is, sanxi, sanctum: à quo tamen veteres etiam sanciui, sancitum dixerunt, *Establir, confermer quelque chose sous certaine peine.* *Sancio.*

Alia præteritum & supinum contra regulam generalem facientia.

Haurit si, stum, dat. Psi, ptum dat sépio.
  Saltum,
Et sálui, sálio. Proles formâtur in ultũ.
Dat psi, psum cambit. Legi hæc quandôque per iui,
Séntio, si, sum vult, vt ráucio. Fúlcio, si,
  tum,
Et sarcit, farcit. Per ui mutâtur, & ertũ,
A pário natum. Ri cómperit, & réperit
  vult.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Haurit (id eſt, haurio, is) *ce verbe,* haurio.
Dat ſi, ſtum, *fait* hauſi, *au preterit,* & hauſtum, *au ſupin.*
Sepio dat, pſi, ptum, *ce verbe fait au preterit,* ſepſi, *& au ſupin,* ſeptum.

Exceptio 3.

Salio, ſalui, ſaltum, *ce verbe a,* ſalui, *par deux ſyllabes diuiſees, au preterit,* & ſaltum, *au ſupin.*
Proles (id eſt, eius compoſita) *ſes compoſez.*
Formatur in ultum, *font leur ſupin par ceſte terminaiſon.*
Cambit, dat pſi, pſum, *ce verbe,* cambio, *fait au preterit,* campſi, *&* campſum, *au ſupin.*
Legi hæc quandoque per iui, *i'ay leu ces deux derniers verbes,* ſalio, & cambio, *quelquefois par ceſte terminaiſon,* iui, *ſuyuant la reigle generale, comme,* ſaliui & cambiui.
Sentio, vult ſi, ſum, vt raucio, *ces deux verbes font leurs preterits en ſi, comme,* ſenſi, rauſi, *& leurs ſupins en* ſum, *comme* ſenſum, rauſum.

Exce. 4.

Fulſio, ſi, tum, & farcit, farcit, *c'eſt à dire, ces trois verbes,* fulcio, ſarcio, & farcio, *font leur preterit en,* ſi, *& leur ſupin en* tum, *comme,* fulſi, fultum: ſarſi, ſartum: farſi, fartum.
A pario natum (compoſitum) *tout compoſé de ce verbe,* pario, is.
Mutatur per ui, & ertum, *forme ſon preterit en ceſte terminaiſon* ui, *par deux ſyllabes, & ſon ſupin,* par ertum.
Comperit & reperit, *c'eſt à dire, ces deux verbes,* comperio, & reperio, *compoſez de* pario.
Vult ri, *veulent auoir,* ri, *au preterit, & non,* ui, *comme,* comperi, compertum, reperi, repertum, *& non,* comperui, reperui.

Haurio.

Variant & hæc, Haurio, is, hauſi, hauſtum, *Puiſer & tirer en l'eau.* Exhaurio, is, *Eſpuiſer.*

Sepio, & compoſita.

Sepio, is, ſepſi, ſeptum, vel ſepiui, ſepitum, *Enuironner & clorre de hayes.* Circumſepio, is, *Clorre d'vne haye tout autour, ou autre choſe.* Conſepio, is, *Enclorre & enfermer de hayes, ou de murailles.* Obſepio, is *Clorre & enuironner de hayes.*

Salio cum ſuis compoſitis.

Salio, is ſalui, ſalij, vel ſalui, diuiſis ſyllabis, ſaltum, *Saillir, ſaulter.* Salui tamen nuſquam apud probos authores reperitur. Compoſita faciunt præteritum in ui diuiſis ſyllabis, & ſupinum in ultum: vt Aſſilio aſſilui, & aſſultum, *Saillir à l'encontre de quelque choſe.* Deſilio, is, *Saillir du haut en bas.* Diſſilio, is, *Saillir hors de ſa place ſe rompre & creuer ou fendre, tellement que les pieces en volent ça & là ſaillir de coſté & d'autre ſaillir ſoudainement à pied.* Exilio is, *ſaulter ou ſaulteler, treſſaillir.* Inſilio, is, *Saulter, ou ſaillir haſtiuement ſur quelque choſe ou dedans quelque choſe.* Præſilio, is, *Saillir deuant, comme fait celuy qui meine la danſe.* Proſilio, is, idē quod Inſilio. Reſilio, is, *Reſſaillir, reſaillir, rebondir.* Subſilio, is, *Saulteler.*

Cambio.

Cambio, is, campſi & cambiui, campſum, *Changer.*

Sentio, & eius compoſita.

Sentio, is, ſenſi, ſenſum, *Sentir, ſe douter & apperceuoir de quel-*

que chose, auoir opinion de quelque chose, estre d'opinion. Consentio, is, consensi, cōsensum, *Consentir, s'accorder à vn autre.* Assentio, is, idem. Dissentio, is, *Estre de diuerse & contraire opinion.* Præsentio, is, *Sentir & fleurer le premier.* Per translationē, *Se doubter de quelque chose, sentir & recognoistre.*

Raucio, is rausi, rausum, *Estre enroüé* Irraucio, is, idem. Cicero primo de Oratore. Itaque nos raucos sæpè attentissimè audiri video, decet enim res ipsa, atque causa: at Aesopum, si paulùm irrauserit, explodi. &c. *Raucio.*

Fulcio, si, tum, &c. Duo faciunt præteritum in si, supinum verò in tum: vt Fulcio, is, fulsi, fultum, *Accotter, soustenir, appuyer.* Suffulcio, is idem. *Fulcio.*

Sarcio, is, sarsi, sartum, *Faire entier, proprement, c'est faire habillemens.* Resarcio, is, *R'habiller, raccoustrer.* Hinc Sarta & tecta apud Iurisconsultos. *Sarcio.*

Farcio, is, farsi, fartum, *Saouller, remplir, farcir engraisser.* Composita mutant a in e: vt Confercio, is, confersi, confertum, *Enserrer ensemble.* Differcio, is, *Emplir.* Infarcio tamen dicimus, infarsi, infartum, *Remplir de quelque chose que ce soit, fourrer dedās.* Offercio, is, *Remplir du tout.* Refercio, is, *Remplir, entasser.* *Farcio, cum compositis.*

Per ui, mutatur, &c. Composita à Pario, mutantia a in e breue, finiunt pręteritū in ui, per duas syllabas, & supinum in ertum: vt Aperio, is, aperuï, apertum, *Ouurir, declarer, expliquer, monstrer quelque chose cachee:* Adaperio, is, adaperui, adapertum, *Ouurir.* Operio, is, operui, opertum, *Fermer, couurir.* Cooperio, is, cooperui, coopertum, *Couurir.* Comperio, is (quod tamen vix inuenias: nam pro eo, Comperior, ferè vtimur) facit comperi, compertum, *Sçauoir pour certain, apres s'estre enquesté* Reperio, is, reperi, repertum, *Trouuer d'auenture.* *Composita à Pario.*

De verbis Meditatiuis.

Aio prętérito caret, & meditātia verba. Partúrio, esúrio, cum nuptúrio, volo tolli.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix.

Aio, *ce verbe de deux syllabes.*
Præterito caret, *n'a point de preterit, & par cōsequēce ne de supin.*
Et meditantia verba (id est, meditatiua) *auec les verbes appellez Meditatifs.*
Volo tolli parturio, esurio, cū nupturio, *ie vueil ces trois verbes meditatifs estre exceptez du nombre: car ils ont preterits.*

Aio, verbũ anomalum & defectiuum, sic flectitur. Indicatiuo modo tempore præsenti Aio, ais, ait. Pluraliter, aiunt. Præterito imperfecto, Aiebam, as: integrum est. Præterito perfecto, Aisti, pluraliter, aistis Imperatiuo modo, tempore præsenti, ad secundam personam, Ai. Præsenti Optatiui, & Subiunctiui, Aias, aiat, Pluraliter, aiamus, aiant. Participium est Aiens. Cætera non sunt in vsu, licet quidam ponant Aiam, aies, aiet. Aio, ais, *Dire*.

Verba meditatiuæ formæ. Verba meditatiuæ formæ carēt præterito, proinde & supino: vt Micturio, is, *Auoir faim de pisser*. Cœnaturio, is, *Auoir faim de pisser*. Cacaturio, is, *Auoir faim d'aller à la selle percee*. Dicturio, *Auoir faim de dire quelque chose*. Empturio, is, *Auoir faim d'acheter*.

Parturio, is, tamen facit parturiui, *Estre en peine d'enfant*. Esurio, is, esuriui, *Auoir faim*. Nupturio, nupturiui, *Auoir faim d'estre marié*, sine supinis: quamuis sint quidam qui ab Esurio, legant esuritum. *Scaturio* Scaturio, is, *Ietter sources*. Quod Valla lib. 1. cap. 24. pro primitiuo Scateo magis poni testatur: facitque scaturiui, sine supino.

DEPONENTIVM ET COMMVNIVM VERBORVM PRAETERITA, & Supina.

Ex or finítis actiuá fíngito vocem:
Vt pótior, pótio: formabitur inde supînum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reigle general.

Fingito actiuam vocem, *tu feindras la voix actiue*.
Ex or finitis (ex verbis sup. terminatis) *des verbes terminez en or, a sçauoir, deponens, & communs*.
Vt potior, potio, *comme par exemple il appert de ce verbe*, potior *tourné en ostant la lettre* r, *ne demeurera que* potio, *qui est la voix actiue feinte du verbe deponent*, potior potiris.
Inde, *de laquelle voix actiue feinte*.
Formabitur supinum, *sera formé & tiré le supin desdits verbes terminez en or*.

Verbum Deponens ac etiã Commune, facit præteritum ex ficto supino, verbi vocis actiuæ in o, quod nõ est in vsu: *C'est à dire pour trouuer le supin des verbes Deponens & Communs, faut feindre la voix actiue desdicts verbes & selon icelle leur bailler le supin: comme de* Potior, *feignez* potio, *lequel s'il estoit en vsage, il au-*

roit au supin potitum : *parquoy le supin de* potior *, sera* potitum. *Aussi si* Largio *estoit en vsage, il auroit au supin* largitum : *parquoy ce sera le supin d'iceluy verbe* largior, *& ainsi des autres.* Itaque cum verbo Sum, es est, adiecto, huius verbi Potior, Potiris præteritum erit Potitus sum vel fui, potitus es vel fuisti, potitus est vel fuit. Et item de cæteris deponentibus & communibus. Imitantur enim deponentia & communia formulam passiuorum, atque mutuantur præterita perfecta à participiis: vt Largitus sum: Mētitus sum: Lætatus sum: Iratus sum: Natus sum: Functus sum: à Largior, mētior, lætor, irascor, nascor, fungor, regulariter vtique faciētibus præteritum, quia si actiua forent, essent largio, is, it, mentio, is, læto, as, irasco, is, nasco, is, fungo, is, & quæ facerent largitum, mentitum, lætatum, iratum, natum, functum.

Verborum Deponentium, Communium, & Passiuorum forma.

Sequuntur alia nonnulla huius regulæ exempla secundũ quatuor verborũ declinationum ordinem. Abominor, aris, *Detester, auoir en horreur.* Versor, aris, *Hanter, estre souuent en vn lieu.* Tricor, aris, *Bauer, tenir propos de petite valeur, dire paroles friuoles.* Concionor, aris *Harenguer.* Digladior, aris, *Debatre de quelque chose, & noiser.* Detestor, aris, *Appeller à tesmoing, detester, auoir en abomination & horreur.* Obtestor, aris, *Conuoiter & adiurer aucun le prier par amitié, & autre chose.* Preçor aris, *Prier.* Imprecor, aris. *Prier que mal aduienne à vn autre, mauldire.* Testor, aris, *Tesmoigner prendre à tesmoing: faire testament, appeller à tesmoing aussi.* Machinor, aris, *Machiner & forger quelque finesse.* Nugor, aris, *Gaber, iaser, & bauer.* Verecundor, aris, *Auoir honte, estre honteux.* Suffragor, aris, *Fauoriser & porter faueur, aider de son parler, ou de sa voix & parole en quelque election.* Tergiuersor, aris, *Reculer & ne vouloir point venir au poinct, se desister de l'accusation qu'on a instituee contre aucun.* Rimor, aris, *Fouiller par tout, chercher diligemment.* Rixor, aris, *Noiser.* Refragor, aris, *Resister à l'encontre, contredire.* Piscor, aris, *Pescher.* Venor, aris, *Vener.* Per translationem, *Pourchasser quelque chose.* Argumentor, aris, *Amener raisons & coniectures pour prouuer quelque chose.* Castrametor, aris, *Asseoir vn camp, camper.* Arbitror, aris, *Penser, iuger, prendre garde & escouter, iuger de quelque ouurage.* Auguror, aris, *Deuiner.* Auersor, aris, *Tourner le dos, destourner sa face.* Adminiculor, aris, *Aider.* Imitor aris, *Ensuyure & contrefaire.* Auxilior, aris, *Aider.* Minor, aris, *Menacer.* Miror, aris, *S'esmerueiller.* Modulor, aris, *Mesurer, trouuer & prendre la mesure de quelque chose.* Mutuor, aris, *Emprunter.* Prestolor, aris, *Attendre*

Exempla verborum primæ coniugationis, deponentium & communium.

aucun. Imaginor, aris, *Imaginer, rapporter & prendre en sa pensee la semblance d'aucunes choses.* Hæc & multò plura, sunt primæ cõiugationis.

Exẽpla verb. secũda coniug. Exẽpla secundæ cõiugationis perpauca sunt. vt Vereor, eris, *Craindre d'offenser, redouter, auoir en reuerence.* Reuereor, eris, idem. Liceor, eris, *Mettre à l'enchere, quãd il se vend quelque chose au plus offrant.* Polliceor, eris, *Promettre.*

Exẽpla verb. tertiæ coniug. Tertiæ coniugationis etiã pauca sunt: vt Irascor, eris, *Se courroucer & despiter.* Subirascor, eris, *Se courroucer aucunement & quelque peu.* Obirascor, eris, *Se courroucer à l'encontre.* Nascor, eris, *Naistre.* Agnascor, eris, *Naistre apres le testament du pere.* Innascor, eris, *Naistre dedãs, ou auec.* Renascor, eris, *Renaistre.* Defungor, eris, *Estre deliuré, ou se deliurer, & eschapper de quelque chose.* Complector, eris. *Embrasser, & enclorre dedans quelque chose.* Amplector, eris, *Enuironner, comprendre tout ensemble*, Patior, eris, *Endurer, souffrir.*

Exempla verborũ quartæ. Quartæ coniugationis plura sunt regulam seruantia: vt Potior, iris, quod in multis personis est etiam tertiæ, *Venir au dessus de quelque chose, en estre rendu & fait iouyssant.* Blandior, iris, *C'est proprement attraire par attouchement, gallonner, dont on dit qu'il signifie flatter* Amolior, iris, *Oster, ou remuer quelque chose auec grande peine.* Demolior, iris, *Demolir, abattre.* Molior, iris, *Remuer, tascher, & s'efforcer, essayer à faire quelque chose.* Mentior, iris, *Mentir, escrire faulsemẽt.* Partior, iris, *Departir.* Sortior, iris, *Ietter le sort.* Experior, iris, *Experimenter, esprouuer, essayer.* Opperior, iris, duplici pp, oppertus sum, *Attendre.*

Quatuor præterito & supino carentia.

Nil formant vescor, liquor, médeor, reminíscor.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix.
Vescor, liquor, &c. *ces quatre verbes icy exprimez,*
Nil formant (nullum supinum & proinde nullum præteritũ habent) *n'ont supin ne preterit.*

Annotatio. Supinis, & proinde præteritis carẽt vescor, liquor, &c. Id autem semper est notandũ, quæcunque supinis careant, eadẽ & præteritis carere: sicut & in finitis in o, quæ præterita non habent, neque supina habere, neque omnia quæ inde fierent: vt participiis præteriti in tus, aut xus, aut futuri in rus, atq; verbalibus in io, &c. Ideò Timeor, & metuor, carẽt præteritis, quia Timeo & metuo carent supinis. Nã præte-

ritum verbi or, fit ex participio præteriti temporis, & verbo Sum, es, eſt: participium autem ex ſupino. Ergo ſi deſit ſupinum, deerunt & reliqua, quæ fierent ab eo, &c.

Veſcor, eris, *Manger*. Conueſcor, eris, *Manger enſemble*. Liquor, eris, *Se fondre, couler*. Medeor, eris, *Medeciner, remedier*. Reminiſcor, eris, *Se ſouuenir*.

Exceptio à regula generali.

Non ſeruant normam, tutus, túitus, ratus, aptus,
Et faſſus, fructus, fruitúſque, profectus & vltus,
Atque ſequûtus, & experréctus: iunge loquûtus,
Niſus vel nixus, greſſus, velut orſus, & vſus,
Oblîtus, queſtus, comméntus: iunge miſértus,
Et feſſus, menſus, lapſus, nactus quoque, pactus,
Mórtuus, ac ortus: ſed donat itûrus vtrúmque.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Tutus, tuitus, ratus, &c. *ces participes du preterit parfait temps, à ſçauoir*, tutus, à tuor, *qui n'eſt point en vſage fors qu'en compoſition*, & tuitus à tueor, *de la ſeconde coniugaiſon, & ainſi des autres.*

Non ſeruant normam (non cuſtodiunt neque retinent communem formandorum ſupinorum regulam) *ne gardent pas la commune maniere de former les ſupins.*

Except. Sed vtrũque (id eſt, participium mortuus à ſupino mortuum, & ortus à ſupino ortum.)

Donat iturus (formant participium futuri temporis in rus,

Faciúntque moriturus & oriturus per regulam generalem) *ces deux participes*, mortuus & ortus, *qui viennent des supins*, mortuum & ortum, *des verbes* morior & orior, *forment de soy deux autres participes du futur temps, qui suyuent la reigle generale des verbes terminez en* or, *à sçauoir*, moriturus & oriturus.

Supina, & proinde præterita, formant contra regulam verba, quorum participia præteriti temporis in contextu ponuntur: *C'est à dire, les supins, desquels sont formez les participes exprimez en ce texte, ne suyuēt pas la susdicte reigle generale: car ils ont autre formation.*

Tueor. Tuitus, tuitum, à Tueor, eris secundæ coniugationis: Tutus, tutum, à Tuor, quod non est in vsu, nisi in compositis Contuor, intuor, & obtuor, quibus Plautus sæpè vtitur. Sed posteriores in eadem significatione Intueor, Contueor, Obtueor, à Tueor, in secunda coniugatione dicere maluerunt: quemadmodum rursus Tuor, pro tueor vsurpasse veteres, indicio sunt verbalia, Tutus & Tutor, oris.

Tueor. Tueor, eris, *Garder, defendre, regarder.* Contueor, eris, *Regarder fort & ferme.* Intueor, eris, *Regarder de pres & diligemment.* Obtueor, eris, *Regarder fermement.*

Reor. Ratus, ratum, à Reor, eris, secundæ coniugationis, *Penser, estimer, cuider.*

Apiscor. Aptus, aptum, ab Apiscor, eris, vetere verbo, & penè obsoleto, *Acquerir.* Composita in vsu habentur, mutántque a præsentis in i, supini verò in e: vt Adipiscor, eris, adeptum, *Acquerir.* Indipiscor, eris, indeptum, idem.

Fateor. *A fateor composita.* Fassus, fassum, à Fateor, eris, *Confesser quelque chose contre soymesme, quand on est coulpable, & par maniere de contraincte.* Fateri, *Confesser franchement, & sans contraincte.* Composita mutant a præsentis in i, supini verò in e: vt Confiteor, eris, confessum, *Confesser.* Diffiteor, eris, diffessum, *Nier*, Profiteor, eris, professum, *Dire franchement & deuant tout le monde: bailler le denombrement de ses biens, lire publiquement & enseigner.* Quæ tria cum simplici Fateor sunt secundæ coniugationis.

Fruor. Fructus, fructum: Fruitus, fruitũ à Fruor, eris. A quo verbo & Fretus videtur factum. Est autem tertiæ coniugationis, vt reliqua omnia, nisi expresse aliquid docuerimus.

Fruor, *Iouyr de quelque chose.* Fruiscor, eris, idé. Perfruor, eris, *Iouyr totalement, & a son plaisir de quelque chose.*

Profectus profectum, a Proficiscor, eris, *Aller.*

Vltus, vltum, ab Vlciscor, *Venger.*

Sequutus,sequutum,à Sequor, *Suyure*, Assequor,eris, *Suyure & attaindre.* Consequor,eris, *Suyure,venir à ses ententes.* Exequor,eris, *Executer, mettre en effect, paracheuer.* Insequor, eris, *Ensuyure,poursuyure aucun en paroles.* Obsequor,eris. *Obeyr,complaire.* Prosequor.eris, *Poursuyure.* Persequor,eris, idem. Subsequor,eris, *Suyure de pres.* *Sequor, cum compositis.*

Experrectus,experrectum,ab Expergiscor eris, *S'esueiller.* Vetustissimi etiam Expergitus dixerunt.

Loquutus,loquutum,à Loquor,eris, *Parler.* Alloquor,eris, *Parler à aucun.* Colloquor,eris, *Parler ensemble.* Eloquor, eris, *Parler clerement.* Obloquor,eris, *Contredire,mesdire d'aucun.* Præloquor,eris, *Parler le premier, & deuant les autres.* Proloquor, eris, *Dire ce que nous auons sur le cœur,dire paroles superflues.* *Loquor, & eius composita.*

Nisus,nisum: vel Nixus,nixum,à Nitor, eris, *S'efforcer & trauailler à faire quelque chose.* Adnitor, eris, idem. Enitor, eris, *S'efforcer de faire quelque chose: monter & paruenir quelque part à grãde difficulté.enfanter.* Innitor,eris, *Sappuyer & tenir ferme.* Obnitor,eris, *Resister de tout son pouuoir.* Renitor,eris, *Resister.* Subnitor,eris, *S'appuyer,estre appuyé.* *Nitor, cum compositis.*

Gressus,gressum,à Gradior,eris, *Marcher.* Aggredior,eris, *Aller en quelque lieu, ou à quelqu'vn pour parler à luy: aller tout expres & delibere pour combattre: donner assault , tascher de surprendre.* Congredior,eris, *S'assembler en vn lieu.* Digredior, eris, *Se departir d'vn lieu.* Egredior,eris, *Sortir hors.* Prætergredior, eris, *Aller & passer deuant.* Progredior,eris,idem. Regredior,eris, *Reculer,retourner.* Transgredior,eris, *Passer outre.* *Gradior,cum suis compositis.*

Orsus,orsum,ab orior,quando significat incipere, *Commencer.* Nam pro texere, *Ourdir de la toile.* Orditum habet, à quo orditus sum vel fui,per regulam,Ex or finitis,&c. Sic Exordior,exorsus sum, *Commencer.*

Vsus,vsum, ab Vtor, *Se seruir de quelque chose.* Abutor, eris, *Abuser,consumer tout à fait.*

Oblitus,oblitum,ab Obliuiscor,eris, *Oublier.*

Questus,questum,à Queror,eris. *Se complaindre.* Conqueror,conquereris,idem.

Commentus commentum, à Comminiscor,eris, *Controuuer quelque chose en son esprit, feindre quelque chose,songer , inuenter, trouuer.*

Cuius cognatum Reminiscor (vt priùs dictum est) præterito prorsus caret.

Misertus,miseritum, à misereor,eris, *Auoir pitié d'aucun , luy*

secourir en sa misere.

Fessus, fessum, à Fatiscor, eris, quod vix in vsu reperitur, à quo Defetiscor, defetisceris, defessus sũ. *Se lasser de trauailler.*

Mensus, mensum à Metior, iris, *Mesurer.* Dimetior, iris, *Mesurer, compasser.* Emetior, iris, *Mesurer.* Permetior, iris, *Mesurer, passer par tout, ou passer tout du long d'vn lieu.*

Labor, cum compositis. Lapsus, lapsum, à Labor, eris, *Cheoir & tomber petit à petit, glisser, tomber en pauureté, faillir.* Allabor eris, *Couler aupres, ou cheoir & tomber.* Collabor, eris, *Cheoir ou tomber ensemble.* Delabor eris, *Cheoir du hault en bas.* Dilabor, eris, *S'escouler, cheoir petit à petit.* Elabor, eris, *Eschapper d'vn danger, s'escouler & desrober de quelque lieu si secrettement, qu'on ne sçache qu'on soit deuenu.* Illabor, eris, *Couler, s'aualler doucement dedans quelque chose.* Perlabor, eris, *Tomber petit à petit, couler parmy.* Prælabor eris, *Glisser, ou couler deuant.* Prolabor, eris, *Griller, glisser, tomber.* Relabor, eris, *Cheoir derechef.* Sublabor, eris, *Decheoir petit à petit, venir en decadence.*

Nactus, nactum, à Nanciscor, eris, *Trouuer ou rencontrer d'auenture, ou recouure.*

Pactus, pactum, à Paciscor, eris, *Faire quelque marché, ou contract auec vn autre.* Depaciscor eris, *Faire paction ou conuenance auec aucun.*

Morior, & cõposita. Mortuus, mortuum, à Morior eris, *Mourir.* Commorior, eris, *Mourir ensemble* Demorior eris, *Mourir.* Emorior, eris, idem. Immorior, eris, *Mourir sur quelque chose.* Præmorior, eris, *Mourir deuant, ou premier.*

Gradior, cum suis compositis. Ortus, ortum, ab Orior, iris, *Sourdre, se leuer.* Aborior, iris, *Estre nay deuant terme, estre auorté.* Adorior, iris, *Assaillir, enuahir par trahison, ou autrement.* Coorior, iris, *Se sourdre, se leuer de plusieurs lieux & costez* Exorior, iris, *Naistre, se leuer & sourdre, assaillir.* Oborior, iris, *Se leuer, & naistre, sourdre.*

Annotatio. Sed donat iturus vtrumque, &c. A supinis Mortuum, & Ortum, fiunt etiam participia futuri temporis. Moriturus, & Oriturus: *C'est à dire, iaçoit que ces deux supins soient irreguliers, ce neantmoins les participes futurs sont selon la reigle generale.*

Quod & in quibusdam aliis cernitur. Nam à Pluo, fit plutum: ab Arguo, argutum: à Spuo, sputum: eorum tamen participia futuri temporis, sunt Pluiturus, Arguiturus, Spuiturus. A Tueor quoque non fit nisi Tuiturus.

DE HETEROCLITIS.

QVàm potuimus breuissimè, complexi sumus formulas præteritorum & supinorum. Superest nunc, vt vsu lo

quendi pueri eas sibi faciant familiares. Nam in sermone coget eos res ipsa obseruare varietatem temporum & casuum, quã deprehendent faciliùs, si in Gallico sermone (vti docuimus) eandem varietatem in verbis animaduerterint. *Obseruandum pueris.*

Sunt autem quemadmodum inter nomina, ita & verba quædam heteroclita hoc est quæ variè coniugata apud veteres reperiũtur. Ea porrò sunt triplicia, Anomala, Ecliptica, & Abundantia. *Genera heteroclitorum triplicia.*

DE ANOMALIS.

Quæ contra normam flectes, anórmia sunto:
Vt fero, sum, fio, volo, eo, queo: queis edo iunge.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Quæ flectes (verba sup.) quæ declinabis) *Les verbes que tu coniugueras.*
Contra normam (contra communem formam coniugationis verborum) *contre la cõmune forme de coniuguer les verbes.*
Sunto anormia (id est, irregularia) *soient irreguliers.*
Vt fero, sum, fio, &c. *comme sont ces verbes, & plusieurs autres qui sont declarez en la prose.*

Verbum Anomalum vel anorme, est quod cõtra aliorum regulam coniugatur: vt Sum, es, est. Anomalum dicitur ab a, quod est sine, & nomos, lex: ideò sine r, anomalũ scribes. Anorme verò dicitur ab a, quod est sine, & norma, quod est regula. Anomala ergo sunt, Fero, Sum, Fio, &c. Fero enim, sicut nec cætera, non quadrat ad aliquam quatuor verborũ coniugationem. Nam alioqui dicendũ esset, Fero, feris, ferit, &c. Huc etiam pertinent eius composita, Offero, offers, offert, &c. Confero, Defero, &c. *Verbum anomalum quid, & vnde.* *Anorme vnde dictum.*

Fero sic cõiugatur. Indicat. mod. tẽp præsenti, Fero, fers, fert. Pluraliter, Ferimus, fertis, ferũt. Præterito imperfecto, Ferebam, ferebas, &c. Tuli, tulisti. Tuleram, tuleras. Feram, feres. Imperat. tẽp. præsen. Fer, ferat. Pluraliter, Feram', ferte, ferunto. Optatiuo, tẽpore præsenti, vtinã Ferrem, ferres, ferret &c. Vtinã Tulissem, tulisses, &c. Vtinam, Feram, feras, &c. Subiũctiuo, cùm Fera, ferrẽ, tulerim, tulissem, tulero. Infinitiuo præsen. Ferre Præterito perfecto & pluſquã-

perfecto, Tuliſſe. Futuro, Latum ire, vel laturũ eſſe. Gerundij voces, Ferendi, ferendo, ferendũ. Supino, Latũ, latu. Particip. præſent. Ferens. Futu. Laturus. *Porter, endurer quelque choſe, porter & ſouffrir patiemment, deſirer, dire.* Sic coniugantur & *Composita à Fero.* eius cõpoſita: vt Affero, affers, *Apporter.* Confero, ers, *Porter pluſieurs choſes en vn lieu, bailler, conferer.* Defero, ers, *Porter, offrir.* Differo, ers, *Porter d'vn lieu en autre: porter çà & là, transporter, differer.* Effero, ers, *Porter hors, eſleuer, emporter, publier vne choſe ſecrette.* Infero, ers, *Porter, ou mettre dedans.* Offero, ers, *Preſenter, offrir.* Perfero, ers, *Porter iuſques au lieu, annoncer, endurer, porter patiemment.* Præfero, ers, *Porter deuant, eſtimer plus.* Profero, ers, *Mettre hors, dire & publier quelque choſe ſecrette, reprocher.* Refero, ers, *Rapporter, referer, raconter.* Suffero, ers, *Supporter, endurer.* Transfero, ers, *Transporter, transpoſer.*

Sum. Sũ, es, eſt: Sumus, eſtis, ſunt. Eram, eras, &c. Fui, fuiſti, &c. Fueram, fueras, &c. Ero, eris, &c. Imperat. Sis, vel es: ſit, vel eſto. Plur. Simus, eſte, vel eſtote ſint, vel ſunto. Optat. vtinã, Eſſem, fuiſſẽ, ſim. Subiunct. cùm ſim, eſſem, fuerim, fuiſſem, fuero. Infinit. Eſſe, fuiſſe. Futuro caret: ſed loco eius vtimur infinito Fore: vt cùm dicimus: Scio illũ amicũ meum fore, ſeu, Scio illum amicum mihi futurum. Gerundiis & ſupinis caret. Participiũ præſentis temporis teſte Linacro in vſu non eſt, quamuis à Philoſophis ſit receptum. Habet tamen futurũ in rus, quod eſt Futurus, id eſt, qui erit. Sic eius compoſita, Abſum, abes, abeſt, &c. *Eſtre abſent.* Particip. Abſens. Adſum, ades, *Eſtre preſent.* Deſum, dees, *N'eſtre point preſent.* Inſum, ines, *Eſtre en quelque choſe.* Obſum, obes, *Empeſcher.* Poſſum, potes, *Pouuoir.* Præſum, præes, *Auoir la charge de quelque choſe.* Proſum, prodes, *Proffiter à autruy, aider & ſecourir.* Subſum, ſubes, *Eſtre deſſous.*

Composita à Sum, es, est. Reliquorum inflexus, vt ſunt Fio, Volo, & eius compoſitorũ Nolo & Malo, item Eo, Queo, & Edo, ex Rudimentis petendus eſt. Fio, fis, *Eſtre fait.* Volo, vis, *Vouloir.* Nolo, nonuis, nonuult, *Ne vouloir point.* Malo, mauis, mauult, *Aimer mieux.* Eo, is, it, *Aller.* Queo, quis, *Pouuoir.* Edo, is, vel es, edit, vel eſt, *Manger.* Huc pertinet quæ Donatus coniungit contra morem quartæ coniugationis, Eo, ibam, ibo: Queo, quibam, quibo: ſic & cõpoſita: vt Væneo, vænibam, vænibo à Vænum & eo. Nequeo, nequibam, nequibo.

Dic

Imperatiuus per Apocopen elatus.

Dic,duc,fac,fer: ſed fice (non fic) dícitur aptè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Dic, duc, fac, fer (dicendum ſup eſt) *Il fault ainſi vſer de ces perſonnes qui ſont de la ſeconde du ſingulier de l'imperatif, en lieu de dire*, dice, duce, face, fere

Sed fice dicitur aptè (id eſt, Latinè & commodè vtimur ſecũda perſona compoſitorum à facio, mutantium a in i, vt perfice, refice) *mais nous vſons bien & Latinement de la ſeconde perſonne de l'imperatif des compoſez de* facio, *qui muent* a, *en* i, *en compoſition.*

Non fic (ſed non per apocopen) *mais non pas en oſtant, par vne figure dicte* Apocope, *la derniere lettre d'icelle ſeconde perſonne de l'imperatif, comme* perfic, refic, infic, &c. *car nous ne parlons pas ainſi.*

Per apocopen dicimus imperatiuo modo, Dic, à Dico nõ dice: Duc, à duco, non duce: Fac, à facio, non face: Fer, à fero, non fere. Sic Prædic, Benedic, Adduc, Produc, Benefac, Profer, Affer.

Compoſita verò à Facio, vbi a in i vertitur, non patiũtur Apocopen: quia Perfice, infice, confice, defice dicimus: non autem Perfic, infic, &c. *Compoſita à Facio.*

Eſt autem Apocope, ablatio literæ vel ſyllabæ de fine dictionis: vt Dic pro dice: Fac, pro face. Paragoge verò eſt adiectio ſyllabæ ad finem dictionis, apud Poëtas maximè: vt Dicier, pro dici: Monſtrarier, pro monſtrari.

Verba quæ Syncopam patiuntur in præterito.

Syncopa diminuit de vi formâta frequenter,
Ni diſſyllaba ſint. Tamen inuénies bene noſti,
Et ſciſti, flaſti, fleſti: ſic plura notâbis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Syncopa diminuit frequenter, *ceſte figure diminue & amoindrit bien ſouuent*,

Formata de ui (præterita ſup. terminata in ui) *les preterit. formez & terminez en ceſte ſyllabe*, ui.

Ni dissyllaba sint (diminutione sup. facta) *sinon que lesdicts preterits, apres en auoir osté quelque chose, n'eussent que deux syllabes: car lors cela ne seroit pas bien receu.*

Excep-tio.

Tamen inuenies benè, *toutefois en lisant les bons autheurs tu trouueras bien.*

Nosti & scisti, &c. *ces quatre cy*, pro nouisti, sciuisti, flauisti & fleuisti.

Sic plura notabis, *en ceste sorte tu en noteras esdicts autheurs plusieurs autres.*

Dissyllaba rarius syncopem patiuntur extra compositionem.

Syncopa præteritis desinentibus in ui syllabam, & téporibus inde formatis, sæpe cõtingit: vt Petij, pro petiui: Formasti, pro formauisti: Redij, pro rediui, &c. Dissyllaba rariùs syncopem patiuntur. quia Nasti, pro nauisti: Isti, pro iuisti: Tristi, pro triuisti, vix vnquam inueneris, præsertim extra compositionem. Nam in compositione dissyllaba: vt Commosti, pro commouisti: Redisti pro rediuisti: Intristi, pro intriuisti, aliquãdo leges & complura alia. In aliis autem terminationibus vix fit, nisi apud poëtas: vt apud Virgil. Accestis pro accessistis: Extinxem, pro extinxissem. Apud Horatium. Euasti, pro euasisti: Surpite, Surpuerat: pro surripite, surripuerat. Et apud Comicos, Dixti, intellexti, percusti, immisti, &c. Inuenies tamen frequẽter vsitatè dici Nosti, pro nouisti: Scisti, pro sciuisti: Flasti, pro flauisti: Flesti, pro fleuisti, &c.

De verbis neutropassiuis.

Sunt neutropassîua, solet, fit, fidit, & audet,
Mœreo, cum gaudet: passîuum prætéritum dant.
Ast vtrúmque volunt títubo, pláceo, pateóque,
Suesco, caret, iuro, prandet, nubit, miserétque,
Cœno, piget, tædet, pudet, & licet: ádito poto.

Et libet,& mereor, pro quo mereo quoque legi.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula genera.

Solet, fit, fidit & audet, &c *ces six verbes*, soleo, fio, fido, audeo, mœreo, & gaudeo.
Sunt neutropassiua, *sont neutrepaßifs, c'est a dire, ont la terminaison des verbes neutres, à sçauoir* o.
Passiuum præteritum dant, *si est-ce pourtant qu'ils ont leur preterit a la maniere des verbes paßifs : comme* soleo, *fait*, solitus sum, *& non* solui: fio, factus sum, fido, fisus sum, audeo ausus sum, mœreo, mœstus sum, gaudeo, gauisus sum.

Appendix.

Ast titubo, placeo, pateóque, &c. *mais ceux qui s'ensuyuent.*
Vtrumque volunt (id est, regulare & irregulare præteritum) *le preterit tant des verbes actifs que paßifs: comme* titubo, *fait* titubaui & titubatus sum: placeo, placui, & placitus sum, *& ainsi des autres.*
Et mereor, *ce verbe*, mereor, *qui fait*, merui, & meritus sum, *sans diph longue à la premiere syllabe.*
Pro quo mereo quoque legi, *au lieu duquel i'ay außi leu*, mereo, *& en vne mesme signification.*

Verbum neutropassiuum, est quod in o desinens, facit præteritum ac si desineret in or: vt Soleo, soles, solitus sum, *Auoir de coustume, souloir.* Quod sic coniugatur. Indicatiuo præsenti. Soleo, es, solebam, solitus sum, solitus eram, solebo, &c. Sic flectitur, Gaudeo, es gauisus sum, vel fui, *S'esiouyr, estre ioyeux.* Audeo es, ausus, sum, *Oser.* Fido, is, fisus sum, *Se fier à aucun, luy croire.* Confido, is confisus sum, *Se tenir asseuré & esperer.* Diffido, is, diffisus sum, *Se desfier.* Fio, fis, patuit superiùs. Mœreo, res, mœstus sum, *Estre triste & dolent, mener dueil en son cœur, se desconforter, & desoler.* (*Verbum neutropaßiuum quid.*)

Ast vtrumque volunt, &c. Quædam habent præteritum, tam vocis actiuæ quàm passiuæ: vt, Titubo as titubaui, vel titubatus sum vel fui, titubaueram, vel titubatus eram vel fueram: patuit superiùs. Placeo, es, placui, vel placitus sum vel fui. Pateo es, patui, vel passus sum. Careo es, carui, & cassus, vel caritus sum vel fui. Prandeo, es, prandi, vel pransus sum. Nubo, is, nupsi, vel nupta sum. Poto as potaui, vel potatus sum. Item Suesco, escis, sueui, suetus sum vel fui. (*Quæ vocis actiuæ & paßiuæ præteritum habent.*)

Iuro as, iuraui, & iuratus sum vel fui, *Iurer.* Abiuro as, *Renier auec serment.* Adiuro, as, *Iurer fort & ferme.* Coniuro, as, *Iu-* (*Iuro, cum compositis.*)

rer ensemble de faire quelque chose. Deiuro, as, & Deiero,as, *Iurer fort & ferme, faire grand serment.* Eiuro,as, *Resigner, renoncer & quitter son office.* Exiuro,as, *Iurer fort faire grand serment.* Periuro, as, vel Peiero,as. *Se pariurer & faulser son serment.*

Miseret,miseruit,& misertum est vel fuit, *On a pitié, ou on a eu pitié.*

Piget. Piget,piguit,& pigitum est vel fuit, *On est marry & dolent d'auoir faict quelque chose.*

Pudet,puduit,& puditum est vel fuit, *Auoir honte.*

Tædet,tæduit, pertæsum est vel fuit: quia Tęsum non est in vsu, *Estre ennuye & fasché.* Distædet,distæduit,distæsum est vel fuit, idem. Pertædet, pertæduit, pertæsum est vel fuit, *Estre ennuyé & fasché.*

Licet,licuit,licitum est vel fuit, *Il est licite, il est permis.*

Libet, libuit,& libitum est vel fuit, *Il me plaist.*

Mereor,eris,& mereo,eres, merui, & meritus sum, sine diphthongo in prima syllaba. *Gagner loyer, labourer, & seruir pour l'argent, faire plaisir & seruice, estre à la soulde, gaigner l'argent du Roy à son seruice à la guerre.* Commereor, & commereo, commerui,& commeritus sum vel fui, *Gaigner, deseruir, meriter, faillir grandement.* Demereor,demereris, demeritus sum vel fui, *Acquerir la bonne grace d'vne personne par plaisir & seruices, meriter enuers aucuns.* Emereor,eris, & Emereo,eres, *Meriter, deseruir.* Emereri, *Seruir pour la soulde.* Promereor,eris,& Promereo,es, promerui,& promeritus sum vel fui. *Meriter & deseruir quelque chose.* Promereri, *Faire quelque bien, plaisir & seruice à aucun, luy ayder.*

De Neutropassiuis.

Pasſiuè signant sub o, vápulo, væneo, fio,
Exulo, cũ nubo: líceo quibus áddimus aptè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Vapulo, væneo, fio, &c *tous ces six verbes icy exprimez,* Passiuè signant sub o, significant passionem, passiue sumuntur sub terminatione o) *ont la signification passiue, soubs la terminaison de o.*

Verbum neutrunipassiuum, est quod in o desinens, passiuè significat. Sunt autem huiusmodi sex: vt Vapulo, as, *ne signifie pas Battre, mais estre battu*. Væneo, *Estre vendu*. Fio, *Estre fait*. Nubo, *Estre mariee*. Exulo, *Estre banny*. Liceo, *Estre mis à pris, estre prisé*. Liceor, liceris, deponens, *Mettre à l'enchere quand il se vend quelque chose au plus offrant, priser*. *Verbum neutrum passiuum quid.*

DE DEFECTIVIS.

Defectíua hæc sodes, ambest, ínquio, & inquam,
Infit, auc, salue, sultis, capsis, ápage, euge,
Sis, ait, ac ouat, ausim, quæso, forem, cedo, faxo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Hæc (sequentia sup. verba) *les verbes qui s'ensuyuent, à sçauoir* sodes, ambest, inquio, & inquam, &c.
Defectiua sunt (sup. id est, carent certis modis, temporibus, personis, & numeris) *c'est à dire, ont defaillance de modes, de temps, de personnes, & de nombres certains & requis à la parfaicte & entiere coniugation des verbes.*

Verbum defectiuum, seu Eclipticum, est quod aliquo ad perfectam coniugationem caret: vt Sodes, ad secundam personam singularis præsentis Indicatiui, *Si tu veux*. *Verbum defectiuum quid.*

Ambest, ad tertiam singularem, præsentis indicatiui, *il est icy entour*. *Ambest.*

Inquio & inquam, inquis, inquit. Pluraliter, inquiunt: ad præsens indicatiui, sine secunda plurali. Præterito perfecto, ad secundam & tertiam personam, Inquisti, inquit. Imperatiuo ad secundam & tertiam personam, Inque, inquiat. Cæteris caret, præter participium præsentis temporis, quod est Inquiens. Inquio, *Ie dy*. *Inquio & inquam.*

Infit, ad tertiam singularis præsentis & perfecti indicatiui, *Il dit*. Hæc enim vna vox vsurpatur pro ait, siue cœpit: vt apud Virgilium, Ita farier infit id est, cœpit.

Aue, & aueto: auete, & auetote, ad secundam vtriusque numeri imperatiui, *Dieu soit garde de toy*. Sic Salue, & Vale declinãtur: vt cùm sunt salutandi verba. Salue, salueto: saluete, &

saluetote, *Dieu te garde.* Vale, valeto, valete, valetote, *Dieu te garde en santé.*

Sultis, id est, si vultis, ad secundam personam, singularis indicatiui, *Si vous voulez.* Sis, pro si vis, ad singularem eiusdẽ, *Si tu veux.*

Capsis, pro cape si vis, ad secundam singularem præsentis indicatiui, *Pren si tu veux.*

Apage, & apagete, ad secundas personas imperatiui, *Oste toy: ou Ostez vous, retirez vous arriere.*

Euge, ad secundam singularem imperatiui, *C'est vn mot d'enhortement ou de ioye, Bon courage.*

Ait, id est aio, ais, ait, & pluraliter aiunt, ad præsens indicatiui sine prima, & secunda numeri pluralis. Præteritum imperfectum integrum est. Aiebam, aiebas, aiebat, &c. Ai, ad secundam singularem imperatiui, sed antiquè. Cætera desiderantur: habet tamen Aiens participium.

Ouat ad tertiam singularem præsentis indicatiui, *Il se resiouyt, il chante de ioye.* Ouans participium est in vsu.

Ausim, ausis, ausit: pluraliter ausint, ad futurum optatiui, & subiunctiui, *I'oserou* Cætera desiderantur.

Quæso, quæsumus, ad primas personas præsentis indicatiui, *Ie te prie, nous te prions.* Cætera nescit vsus.

Forem fores foret: pluraliter, forent, ad præsens optatiui. Ad futurum infinitiui, Fore, *Estre.* Eodem modo coniugantur & eius composita: vt Afforem, *Estre present.* Proforé, *Profiter.* Deforem, *N'estre, ou ne se trouuer point pour le temps aduenir.*

Cedo, cedite, ad secundas imperatiui, pro dic, vel dicite: aut porrige, vel porrigite: vt Cedo dexteram, apud Terentium, *Dy, ou dites, Donne, ou donnez.*

Faxo, indicatiui futurum est, pro faciam, *Ie ferai.* Subiunctiuo autem Faxim faxis, faxit: & pluraliter faxint: dicitur pro fecero, feceris, fecerit.

Exceptæ actionis verba

His adduntur verba exceptæ actionis, vt Pluit, ningit, grãdinat, &c. Item lucescit, diescit, &c. quia solas tertias personas in vsu habent. Item impersonalia, quia gerundiis & participiis carent, præter pauca. Nam à Pœnitet, fit pœnitens & pœnitendus: à Pudet puditurus & pudendus: à Decet, decens: à Libet, libens: à Tædet, pertæsus.

Primis personis carentia.

Dor, furo, for, der, fer, vix vnquam

súſcipit vſus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Vſus vix vnquam ſuſcipit, *l'vſage à grand peine reçoit-il iamais ces cinq premieres perſonnes.*
Dor(primæ perſonæ,ſingularis numeri,præſentis temporis, indicatiui modi, paſſiuæ vocis: ſed tantùm datis vel date, datur,dicitur.)
Furo(primæ etiam perſonæ,ſingularis, præſentis, indicatiui, vocis actiuæ,ſed tantùm furis,furit,dicitur.)
For(primæ quoque perſonæ,ſingularis, præſentis, indicatiui,vocis paſſiuæ,ſed tantùm fare,vel faris,fatur,dicitur.)
Der, fer, (primæ itidem perſonæ, futuri temporis, optatiui modi & præſentis ſubiunctiui: ſed tantùm deris vel dere, detur,& feris vel fere,fertur,dicitur.)

Hæ primæ perſonæ,Dor,Furo, For, Der,Fer, à fari, non ſunt in vſu, teſte Martiano Capella. Alias autem perſonas numeros,modos,&tempora,quinetiam & has quinque perſonas in compoſitis nō reſpuit vſus:quia Peſſundor , Affor, Latinè dicimus.

Præſentis & præteriti temporis ſignificationem vna voce habentia.

Prætéritum ſignant & præſens , prætéritiua
Sub voce,hæc,odi,cœpi,noui,meminíque,
Et pépigi.Mémini,tote,atque meménto repônit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Hæc(verba ſup. ſequentia)*ces cinq verbes icy mis,à ſçauoir*,odi, cœpi,noui.&c.
Signant(ſignificant)*ſignifient.*
Præſens & præteritum perfectum videlicet, & imperfectum indicatiui,optatiui,coniunctiui,& infinitiui modi)*le temps preſent & parfaict.*
Sub voce prætcritiua, *ſous la terminaiſon du preterit de la voix actiue,qui eſt,i.*
Memini,*ce verbe entre les autres.*

Appendix. Reponit(dat,habet)*fait.*
Memento atque tote(id est, mementote) *qui sont les secondes personnes de l'imperatif, lesquelles les autres quatre susdicts n'ont point.*

Hæc quinque verba, Odi, cœpi, noui, memini, pepigi, præsentis, & præteriti significationem habent vna voce: vt Odi, *Ie hay, ou i'ay hay.* Cœpi, *Ie commẽce, ou i'ay commencé.* Noui, *Ie cognoy, ou i'ay cogneu.* Memini, *I'ay souuenance, ou i'ay eu souuenance.* Pepigi, *Ie fay accord & marché, ou i'ay fait accord & marché.* Quæ omnia præteritum perfectum tantummodò habent, & quæ ab eo formari solent, quod attinet ad terminationem scilicet, secũdum significationẽ verò sunt integra. Nã perfectum etiam præsentis gerit significationem: plusquã perfectum etiam imperfecti, ídque in omnibus modis: futurum item subiunctiui, etiam indicatiui, & optatiui, futurorum significationi seruit. Voce igitur tãtummodò, non significatione, aut vsu defectiua sunt.

Memini tamen habet vltrà in futuro imperatiui, Memento, & mementote. In reliquis declinatur, vt Odi.

Memini inflexio. Flectitur autẽ sic: Indicatiuo, Memini, meministi, meminit. Pluraliter, meminimus, meministis, meminerunt & meminère. Memineram, ras rat, &c. quod imperfecti pariter & plusquàm perfecti significationem habet. Imperatiuo, Memento. Pluraliter, mementote. Optatiuo, vtinam Meminissem, ses, set. &c. Coniunctiuo, cum Meminerim, ris, rit: meminissem, ses, set: meminero, ris, rit. Infinitiuo, Meminisse. Cæteris caret. Eodem modo & Odi, & Cœpi pro Incipio, flectuntur, præterquàm in imperatiuo, quod desiderant.

ABVNDANTIA.

Septemplici modo verba abundant. Abundantia sunt, quæ variè vsurpantur ab authoribus. Itaque quædam abundãt coniugatione, nimirum quæ diuersarum sunt cõiugationum: vt Lauo, as: & lauo, is. Tergeo, es: & tergo, is, tergere. Ferueo, es: feruo, is, feruere. Strideo, es: & strido, is, stridere. Fulgeo, es: & fulgo, is, fulgere. Oleo, es & olo, olis, olere. Surgeo, es. & sugo, is, sugere. Lino, is, linere: & Linio, is, linire. Fodio, is, fodere: & fodio, is, fodire. Tueor, eris, tueri: & tuor, eris, tui. Potior poteris potiri: & potior, potitis, potiri. Orior, oriris, oritur, quartæ. Morior, moreris, mori: & morior, moriris, moriri.

1\.

2\. Quædã terminatione, quæ in eodem significato dubiam

habent terminationem: vt Assentio, assentior: Labo, labor: Mereo, mereor: Modero, moderor: Populo, populor: Reuerto, reuertor: Auguro, auguror: Comito, comitor: Lacrymo, lacrymor.

Quædam genere, quæ sub eadem terminatione diuersorum sunt generum: vt Sisto, deficio, consulo, caueo, metuo, formido, timeo, maneo, obiurgo: præcurro, præcedo, antecello, prospicio, tẽpero: quæ actiuè & neutraliter sumi possunt, & alia non pauca, quæ ex Syntaxi intelligentur. Vador etiam passiuum & deponens est. 3.

Quædam constructione, quæ sub eodem genere variam habent constructionem: vt Respondeo, propinquo, recedo. Huius ordinis infinita sunt, quæ ex Syntaxi dignoscentur. 4.

Præteritis etiã & supinis abundant quæ plura habẽt præterita & supina: vt Plico, plicui, & plicaui. Dimico, dimicui, & dimicaui. Oleo, olui, & oleui. Sorbeo, sorpsi, sorptum, & sorbui, sorbitum, &c. quæ iam ostensa sunt, & quædam ex neutro passiuis, &c. 5.

Præterita quædã abundant thematis, quæ à diuersis verbis oriũtur: vt Acui, ab aceo & acuo: Creui, à cerno, & cresco: Frixi, à frigo, & frigeo: Luxi à luceo, & lugeo: Paui à paueo, & pasco: Pependi, à pendeo, & pendo: Passus sum, à pandor, & patior: Versus sum, à verror, & vertor. 6.

Abundant postremò significatione, quæ multa & diuersa significãt, idque dupliciter: speciali significatione, & propria vniuscuiusque verbi, quę multiplex esse potest. Ea verba Homonyma dicuntur, qualia ferè sunt omnia. Nullum enim est verbũ, quod non aut per se aut per metaphoram varias habeat significationes. Generali deinde significatione, qua generaliter actio aut passio significatur. Ea Communia appellantur atque certo numero constant, quæ his ferè versibus continentur. 7.

VERBA COMMVNIA.

Hæc & plura leges commúnia, lárgior, hortor,
Osculor, expérior, stípulor, moror, hóspitor, atque

Críminor, ampléctor, véneror, cùm dignor, adûlor,
Obliuíſcor : eis intérpretor áddito, ſolor.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Leges (apud quoſuis probos authores) *tu liras & trouueras és liures de tous bons autheurs.*
Hæc (ſup. verba) *ces quinze verbes icy exprimez, à ſçauoir*, largior, hortor, &c.
Et plura, *& quelques autres qui ne ſont pas icy mis.*
Communia, *c'eſt à dire, qui ſont prins indifferemment en la ſignification actiue & paſſiue, comme* largior, *qui ſignifie ie donne, ou ſuis donné.* hortor, *i'admonneſte, ou ſuis admonneſté, & ainſi des autres.*

Verbum commune quid. Largior. Verbum commune, eſt quod in or deſinens, actiuè & paſſiuè ſignificat: vt Largior, iris, *Donner largement & abondamment.* Elargior & Dilargior, idem.

Hortor. Hortor, aris, *Enhorter.* Adhortor, aris, idem. Cohortor, idẽ. Dehortor, *Deſenhorter.* Exhortor, *Enhorter.*

Oſculor. Oſculor, aris, *Baiſer.* Deoſculor aris, *Baiſer eſtroictement, & comme lon dit vulgairement, baiſer à pinſettes.* Exoſculor, aris, *Baiſer, ou eſtre baiſé, auoir fort agreable, & louer grandement.*

Experior. Experior, iris, *Experimenter, eſprouuer, eſſayer, faire eſſay, & preuue.*

Stipulor. Stipulor, aris, *Stipuler & interroguer autruy, s'il veult pas bailler, ou faire quelque choſe pour celuy qui l'interrogue.* Aſtipulor, aris, *Conſentir, s'accorder, eſtre d'vne meſme opinion.* Inſtipulor, aris, *Interroguer aucun s'il veult donner ou faire quelque choſe au profit de l'interrogant: à laquelle interrogation l'autre reſpond ouy.* Reſtipulor, aris, *Stipuler.*

Moror. Moror, aris, *Retarder, retenir, amuſer de paroles.* Morari, *S'arreſter & demeurer en quelque lieu, attendre.* Demoror, aris, *Targer, arreſter long temps en vne place, attendre, retarder aucun.* Immoror, aris, *Seiourner en quelque lieu, ſe tenir & arreſter en quelque endroit.* Remoror, aris, *Retarder.*

Hoſpitor. Hoſpitor, aris, *Receuoir en ſon logis, loger aucun, ou eſtre receu, ou logé.*

Criminor. Criminor aris, *Blaſmer & reprocher, accuſer faulſement.*

Amplector. Amplector, eris, *Embraſſer, enuironner, comprendre tout enſemble.*

Veneror, aris, *Auoir en reuerence.* *Veneror.*

Dignor, aris, *Estimer digne.* Dedignor, aris, *Desdaigner, auoir en desdain.* Indignor, aris, *Se courroucer, estre marry.* *Dignor.*

Adulor, aris, *Flatter, qui est vn mot propre quand les Chiens font feste de la queue.* *Adulor.*

Obliuiscor, eris, *Mettre en oubly.* *Obliuiscor.*

Solor, aris, *Conforter, consoler.* Consolor aris, idem. *Solor.*

Interpretor, aris, *Declarer, donner à entendre & cognoistre quelque chose obscure & doubteuse.* Interpretari, *Iuger & estimer, interpreter.* *Interpretor.*

Huc pertinent & fragmenta verborum, gerundia scilicet & supina, quæ & ipsa abundant significatione generali, hoc est, actiuè & passiuè vsurpari possunt: vt in Di: Iustinus Athenas quoque erudiendi gratia missus est, id est, vt erudiretur. Actiue sæpissimè: vt Causa discendi istuc venio, id est, vt discam. *Gerundia & supina, fragmenta verborũ.* *Di.*

In Do. vt Memoria excolendo augetur, id est, dum excolitur. Virgil. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis: id est, dum incantatur. Sylla hos interficiendo, illos proscribendo, totam ciuitatem labefactauit: id est, dum hos interfecit illos proscripsit. *Do.*

In Dum aliquando passiuè: vt Salustius, Quum ad imperandum vocaretur, id est, vt ipsi imperaretur. Idem: Pauca suprà repetam, quò ad cognoscendum omnia illustria magis magísque in aperto sint: id est, vt cognoscantur. Sæpissimè autem actiuè: vt inter legendum, hoc notaui. *Dum.*

Supina in um passiuam significationem nesciunt, præter ea quæ fiunt à verbis neutropassiuis: vt Exultatum, vapulatum, &c. Et cũ infinitiuo iri, qua periphrasi vtimur in explicando futuro, infinitiui passiui. *Supina in um.*

In u verò, post nomina passiuè sumuntur: vt Difficile dictu: id est, vt dicatur. Quæ si verbis motus de loco subiici placeat, superstitiosis Grammaticis actiuè sumentur: vt Venio obsonatu, id est, ab obsonando: atque hoc modo Abundantia dici poterunt. *In u.*

DE FORMIS VEL SPECIEBVS VERBORVM.

PRæcípuas verbi formas cognóſcito ſeptem.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg.ge. { Cognoſcito (eſſe ſup.) *cognoy & entens qu'il y a.*
Septem formas verbi, *ſept formes & eſpeces de verbes.*
Præcipuas, *principales.* }

Priuſquàm partem hanc orationis abſoluamus, de ſpecie nonnihil dicendum eſt. Cùm enim conſtet verborum duas ſpecies eſſe, Primitiuam, vt Lego: Deriuatiuam, vt Lecturio: ſciendum eſt deriuatiuorum quatuor eſſe genera.

Quatuor genera deriuatiuorum verborum.

Alia enim à verbis deriuantur: vt Lecturio, à lego: Caleſco, à caleo.

Alia à nominibus: vt ab aqua, aquor, aris: à patre, patro, as, & patriſſo, as: à græco, græciſſo, as, & græcor, aris: lignor, aris, & frumentor, aris, a ligno & frumento: ab attico, atticiſſo, &c. Quædam ab aduerbiis: vt à cras procraſtino, as: à perendie, perendinor aris: à ſatis, ſatio, ſatias.

Sunt & quæ à præpoſitionibus: vt Supero, as, à ſuper, vel ſuprà.

Septem formæ verborum.

Quæ à verbis deriuantur, ſeptem formis diſtinguuntur, Frequentatiua Inchoatiua, Meditatiua, Exercitatiua, Diminutiua, Paragoga vel paragogica, & Imitatiua.

DE FREQVENTATIVIS, *ſeu Iteratiuis.*

Sic iteratîuum formes: ito fiat ab atum.
V, per o mutábunt benè cætera verba ſupìni.
Si fuit or, manet or. Sunt cuncta frequéntia primæ.
Prætéreunt legem nato, quærito, fún-

dito, ſcitor,
Scíſcitor, atque ágito, ſector, lóquitor, pauitóque.
Perſcrutándo libros doctôrum plura notâbis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Formes (formabis) *tu formeras & tireras du ſimple.*
Iteratiuum (verbum frequentatiuum) *le verbe frequentatif, c'eſt à dire, qui ſignifie frequentation d'action.*
Sic, *en ces deux ſortes & manieres qui s'enſuyuent.*
Ito, *la terminaiſon du verbe frequentatif.*
Fiat ab atum, *ſoit tiree des verbes de la premiere coniugaiſon, qui ont le ſupin en* atum, *dont le frequentatif ſe forme, en changeant* atum, *en* ito.
Cætera verba (quæ non habent atum in ſupino) *mais tous les autres verbes, qui n'ont point* atum, *en leur ſupin.*
Mutabunt benè, *changeront fort bien & conuenablement.*
V ſupini, *la terminaiſon du dernier ſupin, qui eſt touſiours terminé en* u.
Per o, *par ceſte lettre* o, *comme à* curro, is, *ſe fait* curſu, *au dernier ſupin, & en muant* u, *en* o, *ſe fait* curſo, as, *& ainſi des autres.*

Appendix.

Si fuit or, *ſi le verbe ſimple eſt terminé en* or.
Manet or, *la meſme terminaiſon* or, *demeure touſiours frequentatif.*
Cuncta frequentia, *tous les verbes frequentatifs.*
Sunt primæ (ſup. coniugationis) *ſont de la premiere coniugaiſon, quelque terminaiſon qu'ils ayent.*

Excep.

Nato, quæꝛito, fundito, &c. *ces neufs verbes frequentatifs.*
Præteriunt legem (non formantur more iam dicto, ſed à ſecunda perſona ſingularis numeri præſentis indicatiui, s, mutata in o) *ne ſont pas formez ſelon la reigle deuant dite, ains de la ſeconde perſonne du nombre ſingulier, du preſent de l'indicatif, en changeant* s, *qui eſt au ſimple, en* to, *comme de* no, nas, *en muant* s, *en* to, *ſe fait* nato, as, *& ainſi des autres.*
Perſcrutando libros doctorum, *en cerchant & liſant les liures des bons autheurs.*
Plura notabis, *tu en apperceueras beaucoup d'autres, qui ne ſuyuent pas la reigle.*

Frequentatiuũ vel iteratiuum verbum, eſt quod aſſiduã, vel potiùs frequentem in agendo vim habet: & frequenter agendo, iterat affectum vel conatum, *qui ſignifie ſouuent faire vne choſe: ou (comme diſent aucuns) qui ſignifie autant que ſon primitif* *Verbum frequẽtatiuum quid.*

Curso. *auec cest aduerbe* frequenter, *c'est à dire, souuent*: vt Curso, as, id est frequenter curro, *Ie cours souuent*. Sic Lecto, & lectito, à lego: à clamo, clamito: à canto, cantito: à dico, dicto, & dictito: scriptito, à scribo: cursito, à curro: ab ago, agito: à quæro, quærito.

Frequentatiuorum prima formatio. Formantur autem dupliciter. Primò à verbis primæ coniugationis, habentibus in supino atum, penultima longa, mutando a longum in i breue, & u, vel um, in o: vt, ab Imperatum, imperatu, fit Imperito, imperitas, *Commander, gouuerner souuent*. A Clamatum, clamatu, fit Clamito, as, *Crier souuent*. A Volatum, volatu, Volito as, *Voleter*. Per translationẽ, *Courir çà & là legierement*. A Cantatum cantatu, Cantito, as, *Chantillonner, chanter souuent*. A Cursatum, atu, Cursito, as, *Courir çà & là*. A Lectatum, lectatu (quod tamen in vsu non est) fit Lectito, as, *Lire souuent, cueillir souuentesfois*. A Dictatum, dictatu, Dictito, as, *Souuent & en plusieurs lieux dire & raconter quelque chose*, &c.

Secunda frequẽtatiuorum formatio. Reliqua verò fiunt à supino, mutando um vel u, in o: vt à Cursum, cursu, fit Cursito, as, *Courir souuent*. Incursum, incursu, Incurso, as, *Courir sur aucun pour le frapper*. Occursum occursu, Occurso as, *Rencontrer & aller au deuant*. Saltum saltu, Salto as, *Danser*. Insultum, Insultu, Insulto, as, *Saulteller*. Resultum, resultu, Resulto, as, *Souuent salir & rebondir*. Dormitum, dormitu, Dormito, as, *Sommeiller*.

Frequentatiua in or, ex verbis in or, etiam terminata. Si fuit or, manet or, &c. Ex verbis desinentibus in or, fiunt frequentatiua etiam in or, non in o: vt à minor, aris, minatum, minatu, fit Minitor, aris, *Menasser souuent*: à Tueor, tutum, tutu, fit Tutor, aris, *Garder & defendre diligemment*, &c.

Frequentatiua sunt omnia primæ coniugationis. Sunt autem frequentatiua omnia primæ coniugationis: exeúntque in To, So, aut Xo: vt Agito, Affecto, Pulso, Quasso, Nexo, &c.

Sunt præterea quæ gemina habent frequentatiua: vt à Curro fiunt curso & cursito: à Cano, canto, & cantito: à Video, viso, & visito: à Respondeo, responso, & responsito: à Dico, dicto, & dictito: ab Ago, actito, & agito. Cæterùm Capto nõnihil à significatione thematis, desciscit: neque enim frequenter capio significat sed capere cupio. Dormito verò frequentationem quidem denotat, sed cum diminutione. *Capto.* *Dormito.*

Lacesso. PRAETERIVNT legem, &c. Non seruant præcedentem formationis regulam quædam, sed fiunt a secundis personis singularis numeri, præsentis indicatiui, s mutata in to,

vt Nato as: à natum, natu, verbi No, nas, quod Nito, nitas, per regulam facere deberet, *Nager souuent*. Enato, as, *Nager outre l'eau, passer en nageant, venir à port en nageant*. Quærito, as: non quæsito as, à quæsitum, quæsitu, *Demander souuent*. Fundito as: à fundo, is, *Ietter & espandre souuent*. Scitor, non scito: à Scio scitu. *S'enquerir de quelque chose, s'enquester*. Sciscitor, aris: à scisco, sciscis, idem. Agito, as: ab ago, actu, *Demener, tempester, esmouuoir, poursuyure, penser & repenser vne chose en soymesme*. Sector, à sequor, sequeris, secutum, secutu, *Suyure aucun*. Loquitor, à loquor, eris, locutum, locutu, *Parler souuent*. Pauito as: à paueo, es *Estre fort troublé en son esprit de paour qu'on a, auoir grand paour & frayeur, si fort craindre qu'on en ayt l'esprit troublé, &c*. Sed tria posteriora suo quodam modo formantur. *Quærito.* *Fundito.* *Scitor.* *Sciscitor.* *Agito.* *Sector.* *Loquitor.* *Pauito.*

Perscrutando libros, &c. Si quis doctorum scripta perscrutetur plura notabit: vt cogito, as, à cogo, cogis Noscito, as, à nosco noscis. Fluito, as à fluo, is. Scriptito as, à scribo: is: quod non est totam rem simul scribo, sed per interualla, & per partes, diuersis temporibus scribo, *Escrire souuent, escrire par interualles, & par parties, en diuers temps*. Quanquam aliquando Scriptito simpliciter pro scribo capitur. Dormito etiam significat paululùm & non profundè dormire, sed per interualla: quod & frequenter contingere potest, sed semper paululũ, *Sommeiller ne dormir point ferme*. Iuxta illud: Ecce non dormitabit, neque dormiet, *Il ne sommeillera ny ne dormira*. *Annotatio.* *Scriptito.* *Dormito.*

DE INCOEPTIVIS, SEV INCHOATIVIS, QVAE A LAVRENTIO

Valla augmentatiua dicuntur.

Præséntis, primíque modi, coniúnge secundæ
Persónæ, si vis verba incœptîua creâre.
Sic ferues feruésco facit. Sed tóllitur hisco.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Si vis creare verba incœptiua (id est, formare inchoatiua verba) *si tu veux former les verbes ainsi appellez inchoatifs, a cause de leur signification.*
Iunge co, *adiouste ceste syllabe*, co.
Secundæ personæ, *a la seconde personne.*
Præsentis (temporis sup.) *du present temps.*
Primique modi (id est, indicatiui) *& de l'indicatif meuf.*
Sic, *en telle sorte, a sçauoir, en adioustant*, co.
Ferues, *ceste seconde personne du verbe*, ferueo, *au singulier du present de l'indicatif.*
Facit feruesco, *forme ce verbe inchoatif.*

Exceptio.

Sed hisco, *mais ce verbe inchoatif qui vient de*, hio, hias.
Tollitur, *en est excepté: car il n'est pas formé a la façon deuant dite, pource qu'il deuroit faire*, hiasco, *& non*, hisco.

Inchoatiuum verbum quid. Verbum inchoatiuum, est quod inchoari & incipere quid significat, aut certè gliscere & intendi, *Qui signifie quelque chose se commencer, ou desia commencee, croistre & s'augmenter.* Et propriè tantùm à neutris secundæ coniugationis fit, addendo secūdæ personæ præsentis indicatiui singularis numeri syllabam co: vt a Tepeo, tepes, fit Tepesco, is, *Commencer à deuenir tiede, ou estre plus tiede qu'on n'estoit.* A Caleo, es, fit Calesco, is, *Commencer à auoir chault.* Quare etiam augmentatiua dici possunt, sicut & non ineptè inchoatiua. Qua de significatione Valla videtur præter rem cum Prisciano rixari. Sic à Marceo, marces, fit Marcesco, marcescis, *Commencer à se tramper & amollir.* Maceo, es, Macesco, is, *Deuenir maigre.* Eualeo, es, Eualesco, is, *Venir en viguenr, croistre.* Euaneo, es, Euanesco, is, *Deuenir à neant, s'esuanouyr, se perdre.* Vileo, es. Vilesco, is, *Deuenir vil, & de petite estime.* Reuireo, es, Reuiresco, is, *Reuerdir.* Per translationem, *Renaistre & renouueller, raieunir.* Madeo, es, Madesco, is, *Estre mouillé*, &c.

Vnde fit inchoatiuum.

Augmentatiua etiam iure possunt dici inchoatiua.

Inchoatiua primitiuis carentia. Quorundam primitiua in vsu non sunt: vt Ignesco, ignescis, *Deuenir en feu, s'embraser ou s'enflamber, ou s'allumer, & ietter vne lueur & couleur de feu.* Mitesco, is, *Deuenir doux & traictable.* Herbesco, is, *Deuenir en herbe, ou engendrer des herbes, faire venir les herbes.* Iuuenesco, is, *Raieunir.* Increbresco, is, *Croistre de plus en plus.* Aegresco, is, *Deuenir plus malade qu'ō ne souloit, se regreger.* Sanesco, is, *Se guarir.* Senesco, is, *Enuieillir, deuenir vieil*, &c. Quæ omnia fiunt ab obsoletis verbis Igneo, es: Miteo, es: Herbeo, es: Iuueneo, es, &c. Vel à nominibus ignis, mitis, herba, iuuenis, &c. Canesco, is, idem quod Caneo, es, Caluesco, is, *Deuenir chauue.* Pinguesco, is, *Deuenir gras.* Sordesco, is,

is, *Estre ord & salle.*

Hæc omnia (vt iam paucis præmisimus) licet teste Valla rectè Augmentatiua dicantur, tamen non ineptè appellãtur Inchoatiua: nã qui calescit, incipit aliquid caloris acquirere, licet non penitùs incipiat iam primùm calere. Ita declarato in singulis: vt Feruesco, id est, magis feruere incipio, quàm anteà. Multa autem habes verba in regula, Quod dat ui neutrum, &c. è quibus formare possis inchoatiua quæ ad hanc regulam spectant. *Annotatio.*

Præterea quæ similiter in sco desinentia, formantur tam ab aliis verbis, quàm à neutris secundæ coniugationis, non propriè dicenda sunt inchoatiua, sed inchoatiuis formatione similia, licet etiam inchoatiua vulgò dicantur. Oriuntur autem ea ex omni coniugatione: vt ex prima, Labasco, is, à Labo, as, *Commẽcer à tomber, flechir, & changer de courage.* Hisco, is, ab Hio as, *Baailler de sommeil qu'on a, ou d'ennuy: s'ouurir, ou estre ouuert.* A quo etiam composita Dehisco, is, *Baailler, ouurir.* Fathisco, is, *Estre fort entr'ouuert, entrebaaillé: defaillir, & ne pouuoir fournir à la peine.* Gemmasco, is, à Gemmo, as, vel gemma, æ, *Boutonner.* Cõgelasco, is, à gelo, as, vel gelu, *Se geler ensemble.* Gelasco, is, *Se geler.* Integrasco, is, ab integro, as, vel integer, *Se renouueller, recommencer comme auparauant.* *In sco desinentia ab omnibus verborum coniugationibus oriuntur, quæ propriè inchoatiua dici non possunt.* *Ex prima.*

Ex secunda: vt Calesco, à caleo. Frigesco, à frigeo: Feruesco, à ferueo: Rigesco, à rigeo: Albesco, ab albeo: Madesco, à madeo: Ardesco, ab ardeo, quæ priùs patuerunt. *Ex secunda.*

Ex tertia: vt Concupisco, à cupio: Resipisco, is, à resipio: *Retourner en son bon sens.* *Ex tertia.*

Ex quarta: vt Præsentisco à præsentio, *Se doubter, ou apperceuoir de quelque chose.* Præscisco, is, à præscio, *Sçauoir parauant.* Item Conscisco, & Descisco, ab eodem. Edormisco, is, ab Edormio, is, *Dormir vn somme.* *Ex quarta.*

Præteritis carent Inchoatiua, & proinde supinis, per regulam, Nihil autem gliscо dabit, velut incœptiua: sed ea mutuãtur à primitiuis: vt Tumesco, tumui: Aresco, arui: Reuiuisco, reuixi, à fictitio verbo Reuiuo. Quòd si primitiua supinis careant, iisdem inchoatiua carebunt. Eorum autem quæ à nominibus cadunt, nullum est præteritum aut supinum: vt Dulcesco, à dulcis: Ditesco, à dis: Repuerasco, à puer: Tenerasco, à tener. Ignesco, ab ignis: Herbesco, ab herba: Syluesco, à sylua. Noctesco, à nox: Iuuenesco, à iuuenis: Senesco, à senex, &c. *Inchoatiua carent præteritu.*

Sunt autem omnia tertiæ coniugationis.

Exceptio. Hisco. Sed tollitur hiſco, &c. Hiſco irregulariter formatur ab Hio, as: quia regula poſcit hiaſco, & non hiſco.

DE MEDITATIVIS, QVAE ET *deſideratiua, & optatiua dicuntur.*

In meditatíuis, quod in u fit, iunge ſupíno,
V ſemper bréuians, rio: ſic dabit éſurit eſu.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

In meditatiuis (ſup. formandis) *pour former les verbes ainſi appellez pour raiſon de leur ſignification.*
Iunge (appone) *adiouſte.*
Rio, *ceſte terminaiſon.*
Supino quod in u ſit (id eſt, vltimo ſupino, quod ſemper in u deſinit) *au ſupin qui touſiours ſe termine en* u.
V ſemper breuians, *en faiſant touſiours & en tous verbes,* u, *bref, qui au ſupin du primitif eſtoit long.*
Sic eſu, *en ceſte ſorte, à ſçauoir, en adiouſtant,* rio, *à ce ſupin,* eſu.
Dabit eſurit (id eſt, fiet eſurio) *il ſe formera ce verbe deſideratif,* eſurio.

Verbum Meditatiuum quid. Meditatiuum verbum eſt, quo ſtudium & voluntas ad aliquid faciendum exprimitur: *Par lequel eſt exprimé le vouloir & deſir qu'on a de faire quelque choſe: ou qui ſignifie autant que l'indicatif du primitif auec ce verbe,* Cupio, *qui ſignifie deſirer, ou auec vn autre de ſemblable ſignification.* Dicturio, id eſt, cupio dicere, *Ie deſire parler.* Eſurio, cupio edere, *Ie deſire manger.* Cœnaturio, Parturio, Nupturio, Lecturio, & huiuſmodi, quæ declarantur in regula. Aio præterito caret.

Meditatiuum vnde formatur. Formatur autem Meditatiuum à poſteriori ſupino, correpta u, & addita rio: vt à Partu, parturio: nuptu, nupturio: emptu, empturio: mictu, micturio: dictu, dicturio: cœnatu, cœnaturio: cacatu, cacaturio: proſcriptu, proſcripturio. Vnde Cicero à nomine Sylla, Syllaturio finxit, pro ad imitationem Syllæ, cupio proſcribere. Et ſi qua ſunt, quorum poſterius ſupinũ non eſt vſitatum, fingendũ eſt, quò inde formetur meditatiuum: vt à Scateo, ſcatu, Scaturio, quod vt à præſenti fit, ita & de ſignificatione primitiui nihil mutat.

Deſideratiuorum formam imitantia. Sunt enim quædam, quæ formam quidem habent deſide-

ratiuorum, at non ideò desideratiua sunt: vt prurio, is, *Se demanger.* Ligurio, liguris, *Friander, lichardez, prendre le plus friand morceau du plat.* Cucurrio, is *C'est vn mot qui se dit du coq, quand il se veult iuscher sur les poulles.* Abligurio, is, *Despendre prodigalement par friandise.* Scalpturio, is, idem cum primitiuo scalpo significat. *Se galler, se frotter quand la peau demange.* Plautus in Aulul. Cœpit scalpturire vnguibus.

Valla autem mauult hæc quæ Meditatiua vulgò dicũtur, dici Desideratiua: quòd (vt ait) desiderium, nõ meditationẽ denotent. Non ineptè tamen meditatiua appellantur: quia maximè solemus meditari, quæ vehementer desideramus. *Annotatio.*

DE EXERCITATIVIS, QVAE PRIScianus impropriè vocat Desideratiua.

Verba in So, actum corporis, non affectum mentis significant. Ideò Exercitatiua voco, secutus Calepinum: *Qui signifient exercice du corps, ou autant que le supin, ou gerondif de l'accusatif de leur primitif, auec ce verbe.* Eo, is: vt Viso, id est visum, vel ad videndum eo: Facesso, factum, vel ad faciendum eo: sic capesso, à capio: lacesso, à lacero: arcesso, ab arceo: accerso, ab accio. *Quare verba in So, exercitatiua dicuntur.*

Formantur autem à secunda persona præsentis temporis indicatiui modi in as, vel in es, addita syllaba so. Quod si in is desinat, in e mutari debet. *Exercitatiuorũ verborum formatio.*

Declinantur verò omnia per tertiam: vt Leuas, leuasso, *Alleger, secourir, deliurer de peine.* Oras, orasso: Locas, locasso: Supplicas, supplicasso: Arces, arcesso, *Hucher, appeller, aller querir, accuser.* Capis, capesso, *Prendre, empoigner.* Petis, petesso: Lacis, facesso, *Faire & accomplir, aller faire, s'en aller de quelque lieu.* Facessere alicui negotium, *L'accuser, le mettre en danger par accusation.* Excipitur viso, pro videsso. *Declinatio.*

DE DIMINVTIVIS.

Diminutiua, sunt quæ diminutionem primitiui significãt *Qui signifient autant que le primitif, mais auec diminution.* Et desinunt in lo: vt à Sorbeo, fit sorbillo, as, *Buueter:* à Canto, cantillo, *Chantillonner.* Garrillo, à garrio: Cauillo, à Caluo, per metathesin: dicitur & Cauillor, *Se mocquer & brocarder aucun, se railler de quelqu'vn.* *Diminutiuorum formatio.*

DE PARAGOGIS.

Paragoga, quæ Despauterius Apparatiua vocat, & ita co- *[illegible]*

desinunt, idem cum primitiuis suis significant, *Ont la mesme signification du simple.* Et sunt omnia primæ coniugationis: vt Vellico, à vello, *Tirer ou arracher le poil, pincer, piquoter, agacer.* Per translationem, *Mesdire & detracter d'aucun, le blasmer.* Fodico à fodio, *Poindre, piquer, percer, piquoter.* Albico, ab albeo, *Estre, ou deuenir blanc.* Nigrico, à nigreo, *Retirer sur le noir, estre quelque peu noir.* Candico, à candeo, *Estre, ou deuenir blanc, tirer sur le blanc.* Bellico à bello, as, *Guerroyer, mener ou faire guerre.* Nutrico, à nutrio dicitur, & nutricor, aris, *Nourrir.*

Annotatio. Hæc frequentationem quandam significare putat Melancthon. Est enim (inquit) Vellico idem quod passim, aut crebrò vello. Fodico, passim, aut crebrò fodio. Albico, passim, aut crebrò albeo: vt apud Horatium, Nec prata canis albicant pruinis.

Quanquam sunt qui hæc diminutionem atque imitationem quandam significare magis velint.

DE IMITATIVIS.

Imitatiuum verbum quid. Est & Græca quædam forma, quæ imitationem significat, *Qui signifie ensuyure & contrefaire:* vt Patrisso, *Faire comme son pere fait.* Græcisso, *Faire comme les Grecs font.* Sic Atticisso, Rhetorisso, Philonisso, & Platonisso, & cætera, quæ Græcis ζω desinunt. Qua terminatione Latini non admodum delectati aliam effinxerũt: vt Græcor, pergræcor: Bacchor, à Baccho: Cornicor, à cornice: Vulpinor, a vulpe: Rhetoricor, à rhetore: Philosophor, à philosopho: Poëtor, à poëta: Scurror, à scurra: Rusticor, à rure, &c. Quæ omnia imitari eos, ex quorum nominibus deriuantur, significant.

DE PARTICIPIO.

Participium quid. Participium est pars orationis, quæ significationem verbi à quo deriuatur retinens, declinatur vt nomen, *Qui retenant la signification du verbe dont il descend, est decliné comme le nom.*

Vnde dictum. vt Amans, &c. Quod etymologia dictionis ostendit: dictum est enim à participo, quòd participet, id est, mutuetur significationem à verbo: declinationem autem à nomine. Nam per omnia imitatur nomen in declinatione & genere. Sed à verbo, vnde cadit tẽpus mutuatur, & certam significationẽ agendi, vel patiendi. Elegans autem genus vocis est, si commodè vtaris. Nam fœliciùs pleraque & magis signatè efferimus per participia, quàm per verba: vt cùm dico, Furor fit

Vsus participij magis elegans. læsa sæpiùs patientia: paulò gratius est, quam si dicas, Patientiam, si sæpiùs tentetur ac lædatur, furorem fieri. Inclu-

dit enim participium, relatiuum, vel particulas Si, dum cum verbo.

Ex significatione autem, duplex oritur Participij diuisio. Prior, in actiuum, vt amans: passiuum, vt amatus: neutrum, vt sedens, profectus. Posterior in tria tempora: præsens, vt amans, legens: præteritum, vt amatus, lectus: futurum, vt amaturus, legendus. Hæc porrò significatio imprimis obseruanda est pueris, vt discant quæ actiuè, quæ passiuè, & quæ absolutè, seu neutraliter significent. Qua in re sæpiùs videmus peccare imperitos. *Participij duplex diuisio ex significatione.*

Significant autem actiuè, quæ ab actiuis, id est, in rem patientem transeuntibus, cadunt: vt legens, docens. Passiuè, quæ à passiuis, hoc est, in rem agentem transeuntibus oriuntur, vt lectus, auditus. Neutraliter, quæ ab absolutis, id est, nec actiuè, nec passiuè significantibus proficiscuntur: vt Sedens, vigilans dormiens, &c. Nam participium imitatur sui thematis significationem. *Actiuè.* *Passiuè.* *Neutraliter.*

Præsentis temporis sunt, quæ in ans & in ens terminantur: præteriti quæ in tus, sus, xus & uus: vt amatus, visus nixus, mortuus: futuri, quæ in rus & dus desinunt: vt amaturus, amandus. ***Participiorum terminationes & tempora.***

Deriuantur participia præsentis & futuri in rus, à verbis actiuis. Præteriti & futuri in dus, à verbis passiuis. A neutris fiunt, præsentis & futuri in rus participia: atque etiam præteriti & futuri in dus sed ab iis tantùm, quorum tertiæ personæ passiue vsurpantur: vt Aratur terra. Hinc arata, & aranda: laboratus, & laborandus: properatus, & properandus: discessus, occasus, transcursus dubitandus, vigilandus, carendus, dolendus. A deponentibus tria, præsentis, præteriti, & futuri in rus, A communibus quatuor, præsentis, præteriti, & futuri in rus & in dus. Sed præsens & futurum in rus actiuam habet significationem: futurum in dus, passiuam: præteritum, vtramque. ***Participiorum deriuationes.***

Formatur præsens à præterito imperfecto indicatiui, versa bam vel bar in ns: vt Amabam formatur ab amans. Lætabar, à lætans. Legebam, à legens: & ita de aliis. Excipiuntur iens & quiens, quæ fiunt ab ibam & quibam. Præteritum formatur à supino in u, addita s: vt à lectu, formatur lectus. Futurum in rus fit ab eodē supino in u, addita rus: vt lectu, addita rus, fit lecturus. In dus fit à genitiuo participij præsentis temporis, versa tis in dus: vt ab amantis fit amandus: *Participij formatio.*

Alia participij diuisio ex declinatione.

Ex declinatione duæ aliæ oriuntur diuisiones, scilicet in casus & genera: in quibus similia sunt nominibus participia.

Participia degenerant in nomina tripliciter.

Neque hic prætereundum est, degenerare participia in nomina tripliciter. Compositione, vt Indoctus: nam indoceri non dicitur. Secundò, amisso verbi casu: vt cùm dicimus, Fugitans litium, amans pecuniæ, &c. Nam participia regunt verborum casus, à quibus trahuntur. At cùm in nomina degenerant, genitiuos asciscunt. Tertiò, cùm temporis ad significantiam deponunt: vt Doctus, cùm absolutè significat hominem gnarum & doctrina præditum: Amandus, cùm significat dignum qui ametur. Laudandus, cùm dignum laude, siue qui laudetur, designat.

DE ADVERBIO.

Diuisio aduerbiorum duplex.

Aduerbij duplex est partitio. Prior in diuersas significationes, quæ è circunstantiarum in actionibus varietate nascuntur: Tempus, locus, quantitas, qualitas & alia: quæ ferè nihil sunt, nisi actionum circunstantiæ. Significationum diuersitas in Rudimentis explicata est.

Posterior est in ea, quæ comparationem recipiunt, & quæ comparationis sunt expertia. Itaque quæcũque ab his quæ comparantur descendunt, ipsa etiam comparãtur: vt Fortis, fortior fortissimus: vnde fit Fortiter fortiùs, fortissimè. Celer, celerior, celerrim⁹: vnde fit celeriter, celeriùs, celerrimè, &c. Paruus, minor, minimus: vnde parum, minus, minimè, &c. Sic & quædam non nata à nominibus: vt Sæpè, sæpiùs, sæpissimè. Secus, seciùs, absque superlatiuo. Nuper, nuperrimè, absque comparatiuo. A tempori, cùm aduerbialiter ponitur, temporius dixerunt veteres, quo Ouid. 4. Met. vsus est.

DE PRAEPOSITIONE.

Præpositio quid.

Præpositio est pars orationis, quæ præposita aliis partibus, earum significationem vel auget, vel minuit, vel mutat: vt Perdoctus, id est, valde doctus, *Fort sçauant. Ou diminue & amoindrit*: vt Subtristis, id est, parum tristis, *Un petit triste. Ou du tout change la signification du verbe*: vt Indoctus, id est, non doctus, *Non sçauant.*

Præpositio vnde dicta.

Dicta est autem Præpositio à præponẽdo, quia præponitur cæteris partibus in oratione (quanquam hæ tres, Versus, tenus, vsque, ferè semper postponũtur) idq́; duobus modis. Per appositionem cùm scilicet casum regit, nec cõpositam di-

ctionem efficit. Et per cōpositionem, quando videlicet est pars orationis compositæ, vt Peruigilans, indoctus, insulsus, &c.

Hinc oritur prima Præpositionis partitio, nẽpè in Separabiles, & in eas quæ separari non possunt. Illæ promiscuè & in compositione, & extra compositionem sumi possunt: hæ non nisi in compositione. Posterioris membra sunt septem Dis, di, re, se, an, co, con. *Bina præpositionis partitio.*

Altera Præpositionis diuisio, est in eas quæ accusatiuo præponũtur, & eas quæ ablatiuo: quarum numerum in Rudimentis, exempla in Syntaxi petat qui volet.

Migrant etiam aliquando in Aduerbia Præpositiones, quando scilicet destituuntur casibus. *Præpositionis in aduerbia migratio.*

DE CONIVNCTIONE.

Cōiunctio duplicem habet partitionem. Primò, diuiditur in copulatiuas, disiunctiuas, aduersatiuas, causales & collectiuas. Hæc partitio ex potestate, hoc est, significatione & officio earum sumpta est. *Coniunctionis duplex partitio.*

Copulatiuæ dicuntur, quòd tam sensum, quàm verba copulent, *Pource qu'elles assemblent & conioignent tant le sens que les dictions*: quales sunt, Et, que, atque, ac, etiam, simul, cùm, tum (sed vbi sequitur tum: nam vbi præcedit, aduerbia sunt temporis) tum geminatum, quinetiam, sed &, insuper, supérque, adhoc, adhæc neque, nec, neu, néue. *Copulatiuæ.*

Disiunctiuæ, quia verba quidem iungunt, sensum autem disiungunt, *Pource que iaçoit qu'elles assemblent les dictions, ce neantmoins disioignent le sens.* vt, Aut, vel, ve, siue, seu, an pro aut. *Disiunctiuæ.*

Aduersatiuæ siue discretiuæ, quæ diuersas & pugnantes sententias coniungunt, *Qui assemblent plusieurs sentences diuerses & repugnantes*: vt At, sed, ast, verùm, verò, porro, atqui, tamẽ, quanquam quamuis, etsi, licet, veruntamen, imo, nedum, nihilominus, etiamsi, tametsi, cæterùm, saltem, at, certè. Hæ tres posteriores etiam minuendi & extenuandi vim habet. *Aduersatiuæ.*

Causales, quæ alterum alterius esse causam monstrant, *Qui monstrent d'entre les choses desquelles est parlé, l'vne estre cause de l'autre.* vt Nam, namque, enim etenim, quia, quòd pro quia, quoniã, quando, quandoquidem, si, siquidem, nisi, ni, propterea, quippe, vtpote, quin, quinetiam, sin, præsertim alioqui, quatenus. *Causales.*

Collectiuæ, quibus consequi aliquid ea quæ proposita sunt, significamus, *Par lesquelles nous monstrons que quelque chose s'en-* *Collectiuæ.*

suyure de ce qui a esté dit: vt Ergo, ideò, igitur itaque, idcircò, quare, quamobrem, quocirca, proinde, ideóque, quòd pro quare.

Affinguntur & aliæ quædam coniunctionum species: sed ad has omnes referri possunt, aut hæ sunt vsitatiores.

Secunda coniunctionis diuisio. Altera diuisio, ex ordine, siue situ, quem in oratione tenent, sumitur. Nam quædam præponuntur tantùm, & *Præpositiuæ.* Præpositiuę dicuntur: vt Nam, quare, at, ac, ast, nec, si, quin, nisi, *Postpositiuæ.* seu, siue. Aliæ postponuntur tantùm, & Postpositiuæ dicuntur: *Indifferentes.* vt Enim, autem, quoque, verò, quidem, que, ve, ne. Sunt & quæ indifferenter præponuntur & postponuntur: vt Ergo, igitur, tamen, itaque, quoniam.

DE INTERIECTIONE.

Interiectio quid. Interiectio, est pars orationis indeclinabilis, affectum mentis inconditè significans, *C'est une partie d'oraison qui demonstre unparfaictement les affections de courage.* Sic dicta, quòd sine necessitate, & quasi superuacuè, orationi interiiciatur. Ea enim detracta, sensus manet integer.

Incondite duo significat. In definitione additum est aduerbium Inconditè, quo duo significantur. Primũ est, voces has non id per se significare, quod exprimunt. Hinc non propriè voces aut dictiones sunt, sed soni: vt Heu, non dolorem significat, sed tantùm ad exprimendum dolorem adhibetur.

Alterum est, neque tunc perfectè his exprimi affectum mentis, cùm adhibentur. Nihil enim perfectè exprimitur sine verbo.

Alia orationis partes interiectionum loco vsurpatæ. Vsurpantur aliæ partes interiectionum loco: vt Malum, infandum amabo, apage, ecce, &c.

Interiectionis vnica diuisio. Interiectionis vnica est diuisio, in diuersas significationes, quæ ex Rudimentis petendæ sunt.

Atqui hactenus de Etymologia, hoc est, de singularum partium orationis discrimine, ac proprietate. Superest tertia Grammaticæ pars Syntaxis, de qua proximo loco agemus.

FINIS SECVNDI LIBRI,
qui est de Etymologia.



DE SYNTAXI, TERTIA PARTE GRAMMATICES, orationis congruæ ab incongrua differentiam docente, Liber III.

Cum familiari Latina & Gallica interpretatione.

Per Gabrielem Prateolum Marcossium.

PROLEGOMENA.



VONIAM de singulis partibus orationis hactenus tractatum est, restat vt de cõiunctis præcipiatur. Igitur ex his partibus cõficiendę orationis ratio, Syntaxis est. Est enim illa orationis partiũ inter se cohærens dispositio, & velut structura quædam ad repræsentandum certum aliquem animi sensum. Vnde hanc Latini constructionem vocant. Continet enim rationem contexendæ orationis, & emendatè coniungendarum vocum: ita vt certam sententiam dilucidè repræsentent. Non tamen vt omnes partes orationis, quotquot sunt ita inter se disponi & cohęrere oporteat, vt vna aliqua conficiatur oratio: sed quòd ex illis duæ sint in hoc eximiæ ac principales, Nomen & Verbum: quæ in complexu sententiam vt solæ absoluant, & sine his nihil perfectum enuncietur: Cæteræ verò, cùm opus est, ad harum constructionem accedunt, vt orationem impleant, explanent, determinent, ornent pro suo quæque officio.

Syntaxis quid.

Quare à Latinis Constructio appellatur.

Duæ partes orationis eximiæ & principales.

Quæ autem sit recta ratio Grammatices, ex Victorino Afro intelligi potest, loco, quem de Grãmatica inscripsit, ita

Recta ratio Grammatices.

dicēte: Latinitas (inquit) est obseruatio incorruptè loquendi secundum Romanam linguam. Quare in puerilibus studiis imprimis opera dāda, vt sermonem sibi quisque perspicuum & planum comparet, quò exprimere animi cogitata sine ambiguitate & corruptione possit. In hácque parte Grammatices puer tandiu mihi detinendus videtur, quoad omnes formulas coagmentandarum vocum cognouerit, & tanquam architectum orationis profiteri se ausit.

Oratio quid.

Est autem oratio, contextus ipse per Syntaxin, & series loquendi.

Tribus modis oratio comparatur.

Ea autem cōparatur tribus modis: Ratione, authoritate, consuetudine. Ratione quidem, secundū Technicos, id est, artium traditores. Authoritate, veterum scilicet lectione. Consuetudine, quæ doctorum modis loquendi & vsu, placita assumptáque sunt. Similia fermè habet Cicer. de Orat. Prætereamus igitur, inquit, præcepta Latinè loquendi, quæ puerilis doctrina tradit, & subtilior cognitio ac ratio alit, aut consuetudo sermonis, ac domestici libri confirmant, & lectio veterum oratorum & poëtarum. In quibus obseruandum est quod dicit, præcepta Latinè loquendi, puerilē esse doctrinā: quòd (meo iudicio) pueris parentur hæc, qui nec loqui, nec scribere Latinè possunt, nec certam loquendi rationem sine regulis consequi: non autem his qui profectum aliquem in literis fecerunt, quibus ex ipsissimis veterū scriptorum libris colligendus est sermo Latinus, qui indubiè illis legendis quam euoluendis, quamlibet diu, Grammaticorum Commentariis discitur fideliùs.

Latinè & Grammaticè loqui, quid differant.

Ex quo quidem colligendum venit cum Laurentio Valla, & Quintiliano, non idem esse Latinè, & Grammaticè loqui. Nā Latinè loqui, nihil aliud est, quam verbis vti Romanis propriis & incorruptis, etiā non adhibita artis ratione: loqui autem Grammaticè, est loqui iuxta præscripta Grammaticorum.

Syntaxis tribus partibus constat.

Porrò Syntaxis tribus constat partibus: Conuenientia, Exigentia, Delectu.

Conuenientia seu cōgruentia, est orationis partium inter se certus consensus in suis accidentibus. Est autem duarum partiū consensus, Nominatiui & Verbi. Accidentia vero sex sunt, in quibus versatur conuenientia Gramatica, Casus, genus, numerus, persona, modus, & tēpus. Ipsa vero conuenientia quadruplex est, substantiui & adiectiui, Relatiui & an-

tecedentis, Nominatiui & Verbi. Interrogatiui & respõsiui. *Congruentia non in rebus, sed in vocibus spectatur.*

His omnibus cõmune est, quòd in vocibus, non in rebus, eorũ congruentia spectatur. Neque enim si indicata muliere dixeris, Hic me cædit, incõgrua statim partiũ constructio arguitur, nisi mulieris vocabulũ cũ pronomine subaudias: qua ratione rectũ solœcismũ cõmitti nemo neget. Si enim viri vocabulũ subaudias, ad cõstructionis certè cõgruentiã nihil desideratur: rebus tamen vocabula parũ recte addideris: nã de muliere non masculino, sed fœminino genere est loquẽdum. Verùm id genus in barbarismum potiùs cadit. *Barbarismi & Solœcismi discrimen.*

Similis adhibẽda & in talibus discretio est, si quis ad vnũ loquens, dicat, Venite: aut ad multos, Discede. Nã si in priore subaudiat, Tu: in posteriore Nos, solœcismum faciet. sin illic, Nos: hìc tu, non solœcismum, sed barbarismum.

Hoc tamen obseruandum est, quòd ea quibus vnica persona subest, hæc in his constructionis accidentibus, quæ inter se habent communia necesse est cõcordẽt: nisi aut diuersum regimẽ, aut rationabilis alia causa illud excuset. Atque hinc pendet harum conuenientiarũ necessitas, scilicet quòd vnica repræsentetur persona. Quæ enim ad diuersas referũtur, sub diuersis accidentibus cõiungi si non debent, possunt tamen non incongruè. Certè inter duo substantiua, necessaria etiam est hæc accidentium communium consensio, quando scilicet per appositionem coniunguntur, nisi dictionum proprietas & natura excuset, aut authorum vsus contra rationem asserat. Vnde illud Virgilij: Veráne te facies, verus mihi nuncius affers: Et illud Plinij: Salue, primus omnium parens patriæ appellate. Quæ, nisi aliqua ratione accuratè leniantur, videri possunt in eandem incidere personam, Vera facies, cum te: & primus, cum appellate. Illud item: Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, delitias domini. Sed excusatur, quia delitias heteroclitum est. Hactenus de conuenientia, seu congruentia partium orationis. Nunc de regimine seu exigentia dicendum. *Vnde pendeat conuenientiæ necessitas.*

Est ergo Exigentia partiũm orationis vis quædam & natura, qua in certo casu, aut modo, alia aliam sibi adiungi postulat. Quæ sanè vis ac natura omnibus orationis partibus inest, non ex æquo tamẽ, ac sine distinctione aut exceptione. Nam vt non aliud, certè hoc interest, quòd verbum in quo ipso est tota vis sermonis, quódque orationis totã constructionem gubernat, tam à fronte, quàm à tergo sibi aut *Exigẽtia quid.*

casum, aut aliud quippiam loco casus astrui vult, atque exigit: reliquæ orationis partes, tantúmmodò certũ sibi quẽpiam casum post se adsciscunt: vt potè verbo subiectæ, & sine quo nihil prorsus effecturæ sunt. Vbi quidẽ excipienda est Coniunctio: quia certas orationis partes ad sui declarationem hæc nusquam exigit: sed eis tantùm pro vinculo adhibetur, vt copulet & connectat nunc verba & sensus, nunc verba tantùm, nunc sensus tantùm.

Exigentia duplex. Quod vt planius fiat, est animaduertendum, Exactionem seu exigentiam esse duplicem actiuam & passiuam.

Dictio regens. Exactio actiua, est dictio regens: Passiua, dictio recta. Dictio regens est, quæ cõfusè significans, declaratur per alteram: vt exigentia accusatiui in verbo Amo, est regimẽ: quia dicimus, Amo literas. *Dictio recta.* Dictio recta est, quæ dictionẽ regentem declarat: vt Literas, in hac oratione, Amo literas.

Omnes orationis partes regũt præter Coniunctionem. Regunt autẽ omnes partes orationis, præter Cõiunctionem. Nomen, vt liber Petri. Pronomen, vt Hæc volucrum. Verbũ, vt Amo Deum. Aduerbium, vt Satis vini. Participiũ, vt Amans Deũ. Præpositio, vt Ad patrẽ. Interiectio, vt Heu me. Itaq; Ergò apud Virgil Æneid. 6. Illius ergò venimus, non est Cõiunctio, sed Aduerbiũ fungens vice Nominis, id est causa quale est abundè: vt Abundè ingenij cui est, facilè docetur. Et ita nulla Coniunctio regit, nec regitur.

Tres quæ regũt & reguntur. Tres autẽ sunt partes orationis, quæ regunt & reguntur: Nomen, Pronomen, & Participiũ: quia solus casus regitur: vt Liber Petri, Hæc volucrum, Amans literas.

Quatuor quæ tantum regunt. Quatuor quæ regunt tantùm. Verbum, Aduerbium, Præpositio, Interiectio. vt Do tibi, Parum vini, Ad Petrum, Væh peccanti.

Vna quæ nec regit, nec regitur. Vna tantùm, quæ nec regit, nec regitur: Coniunctio.

Proprium nomen non regit. Vbi quidem animaduertendum, omne nomẽ aliquo modo regere, præter nomen propriũ, & illius loco pronomen: quæ non regunt nisi per subauditionem: vt Maria Zebedæi scilicet vxor. Æneas Anchisæ, scilicet filius. Similiter cùm dicit Virgilius, Quid meus Æneas subauditur filius. Itẽ cùm dicitur, Ego amo: Ego non regitur, nisi quia subauditur proprium, vice cuius ponitur, nimirum Ioannes, Petrus, Iacobus aut simile.

De delectu, & in quo consistit. Restat vt de delectu dicamus, quem Cicero de claris oratoribus, eloquentiæ originem appellat. Qui in eo consistit, vt inter duo vel plura, quæ idem significant ac tantundem

valēt, quod melius ſonat, obſerues & vſurpes: hoc eſt, quod probet vſus, & eruditorum authoritas. Ne videlicet quemcunque caſum regula exigentiæ verbo conceſſerit, hunc tibi continuò ſubiiciendum putes. Quia iuxta Latinæ linguæ peritiſſimos, accuratam ſingularum dictionum electionem, ad tui ſermonis texturam adhibeas. Non enim omnia quæ dici poſſunt, ſtatim recta ſunt. Non quia ratio vetet, & Grãmaticorum canonum præſcriptum aut exigentia, ſed quia vſus ea nõ probauit: vt quòd ſuperlatiuis potius ſubiiciamus quiſque, quàm omnis: quòd potiùs dicamus, Ago gratias, quàm Refero gratias: cõtrà, Refero gratiã, quàm Ago gratiam: quòd item pro Eludere dicimus Dare verba, at non tradere, licet nulla lex Grammaticorum id prohibeat. Propriorum ergo verborum delectus quidam eſt habendus.

Obſeruandum ſeduìo quid probet vſus.

Propriorũ verborum delectus habendus.

Neque enim protinus quicquid ex præſcripto Grammaticæ exigentiæ dicitur, ob eam ſolùm cauſam rectum exiſtimari debet, cuius cũ nullã habeant rationẽ plerique, quicquid ad leges Grammaticorum aptari poteſt, Latinum eſſe putant. Vnde fit, vt non ſine iniuria Latini ſermonis, omnia ad vernaculæ linguæ conſuetudinem trahant. Huius autem rei copiam faciet & dabit diligens authorum lectio & tractatio, cum ſolicita ac prudenti obſeruatione. Nunc de conuenientia dicendum fuſiùs.

DE ADIECTIVI ET SVBSTANTIVI CONGRVENTIA.

Mobile cum fixo, génere, & caſu, numeróque
Conuéniat: nomen ſic vult cognómini adéſſe.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general

Mobile (adiectiuum nomen) *le nom adiectif.*
Conueniat (conſentiat, concordet) *ſoit d'accord, ſoit conuenant.*
Cum fixo (cum ſubſtantiuo nomine) *auec le nom ſubſtantif.*
In genere & caſu, numeróque, *en ces trois accidens, en genre, en cas & en nombre.*

Appendix.

- Sic (in eadem conuenientia) *en la mesme conuenance, à sçauoir en cas, genre & nombre.*
- Nomen (proprium sup.) *le nom propre d'homme ou de femme.*
- Vult adesse (adiungi) *veult estre adiousté, demande estre coniunct.*
- Cognominis, *au surnom*, vt Ioannes Despauterius, Gabriel Piateolus, Michaël Fraxineus, Ioannes Cortileus, &c.

Exemplum de nomine.

Adiectiuum & substantiuum esse debēt eiusdem generis, casus, & numeri. Quod non tantùm de adiectiuo nomine, sed & pronomine, ac participio intelligendum est. *L'adiectif & substantif doiuent conuenir en genre, cas, & nombre*: vt Acutus gladius, *Vn cousteau bien trenchant, bien affilé.* Lasciuus passer, *Vn passereau lascif.* Honesta vxor, *Honneste femme.* Pulchra facies, *Belle face.* Forte corpus, *Corps fort.* Ingens æquor, *Grande mer.* Scholare murmur, *Bruit d'escole.* Cremathra ferrea, *Cramilice de fer.* Tessera præcidanea, *Contretaille.* Frustum præcidaneum, *Chanteau de pain.* Cremaster ephippiarius, *Vne estriuiere.* Solea ferrea, *Fer à cheual.* Segestre lexiuiariū, *Vn charrier d'vn cuuier, auquel on faict la lesciue.* Malum armeniacum, *Vn abricot.* Doliarium veruculum, *Vn sancet à mettre en vn muy de vin.* Vestis detrita, *Robbe despecee.* Istam fortunā tui mores promeruerunt, *Tes vertus ont bien merité ceste fortune & ce bien.* Magnum vectigal parsimonia, *Gouuernement passe rente.* Salustius in Catil. Animus audax, subdolus, varius, *Vn courage fier, fin & cauteleux.*

Exemplum de pronomine.

De pronomine: vt Hic vir, *C'est hōme cy.* Nostra mulier, *Nostre femme.* Tuum caput, *Ta teste.* Ouidius, Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet, *Lors as tu affaire quand la maison de ton voisin est en feu.* Horat. Metiri se quenque suo modulo ac pede decet. *Il fault qu'vn chacun se sçache mesurer à sa mesure, & selon son pied: c'est à dire, selon sa puissance & grandeur.*

Exemplum de participio.

De participio: vt Ager colendus, *Vn champ labourable.* Vinea putanda, *Vne vigne qu'il fault tailler.* Curandum vulnus, *Vne playe qu'il fault guerir.* Ouidius, Forma viros neglecta decet, *Il est bienseant à l'homme de n'auoir soing ne cure de sa beauté.* Rursus: Nullus ad amissas ibit amicus opes, *Nul tant soit-il amy, n'ira aux richesses perdues.* Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt, *Des mauuaises meurs sont sorties les bonnes loix.* Cicero, epist. lib. 16. Omnia à te data mihi putabo, si te valentem videro, *Si ie te voy en bonne santé, i'estimeray tout bien m'estre baillé de toy.*

Adiectiua substantiue sumpta.

Obseruabunt autem hic pueri, interdum adiectiua substantiuorum naturam induere, id est substantiuè sumi quando videlicet duo vel plura sine substantiuo concurrunt, ea

præſertim, quæ pro quibus rebus ſumantur, facilè intelligi poteſt: vt apud Virgiliũ, Ergo fortunate ſenex, *O heureux doc vieillard.* Et apud Iuuenalem, Ruſticus ille tuus, *Ce tien ruſtault, ou villageois.* Nam hic ſenex & ruſticus, ſubſtantiuè accipiũtur. Plinius, Expugnata ſerpens, *Serpent vaincu.* Cicero, Alteram quartanam Pāphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alteram leuiorem accedere, *Ton Pamphile m'a dit que l'vne fieure quarte t'a laiſſé, & qu'vne autre t'aduient plus legere.* Talia ſunt ea omnia, de quibus in Generibus, regula ſeptima, dictũ eſt.

Cōtrà, ſubſtantiua, adiectiuorum vice aliquando funguntur: vt Aeneidos primo, Hinc populũ latè regem, belloque ſuperbum: pro latè regentem. Sed hæc vſus docebit.

Adiectiua quoque, quæ generalem aliquā ſignificāt qualitatem, nonnunquam verti poſſunt in neutrum genus, & eorum ſubſtantiua in genitiuum, ídque elegantiſſimè, & ad maiorem vehementiam exprimendam: qualia ſunt Multū, minimum, exiguum, paululum, tantum, quantum, alienum, aliquid, nihil, hoc, iſtud, &c. vt Multa eruditio, multum eruditionis. Terētius in Heaut. At enim dices me quantū operis hic fiat, pœnitet, *Mais tu me diras, encore ne me puis-ie contenter de la beſongne qui ſe faict icy.* Et paulò infrà, Tantúmne eſt abs re tua ocij tibi, &c. *As-tu bien tant de loiſir?* Rurſus, Homo ſum, humani a me nihil alienum puto, *Ie ſuis homme, & aucune choſe humaine ne m'eſt eſtrange.* Et eodem loco, Quid laboris? Quid mali eſt? Iſtuc ætatis. Minus iniuriæ. Quid reliqui, & cætera. *Adiectiua neutraliter ſumpta cum eorum ſubſtātiuo in genitiuo caſu.*

Ponitur & ſine ſubſtātiuo: vt Cic. 1. Tuſc. Malū mihi videtur mors, id eſt, mala res, *La mort me ſemble eſtre choſe mauuaiſe.* *Adiectiua ſine ſubſtantiuo poſita.*

Declaratur autem adiectiuum ſubſtantiuatum in neutro genere, tribus modis. Primò, per nomen res: vt Virgil. Dulce ſatis humor. Et, Triſte lupus ſtabulis, id eſt, res dulcis, res triſtis, *Choſe douce, choſe triſte.* Secundo, per nomen pars: vt Ariſt. Frigidiſſimum hominis eſt cerebrum: id eſt, frigidiſſima pars, *Le cerueau eſt la plus froide partie de l'homme.* Summum domus: id eſt, ſumma pars, *La plus haulte partie de la maiſon.* Tertiò, per abſtractum, id eſt per nomen ſubſtantiuum, deductum ab adiectiuo: vt Seruantiſſimus æqui: id eſt, æquitatis. *Tresbien gardant equité.* *Tribus modis adiectiuum ſubſtantiuatum reſoluitur.*

Nomen ſic vult, &c. Nomen, prænomen, agnomen, & cognomen, in eadem conuenientia coniungi debent, qua adiectiuum & ſubſtantiuum: *Le nom & ſurnom ſe doiuent accorder* *Nominu & cognominu eadē [illegible]*

à la mesme sorte que l'adiectif & substantif, à sçauoir en cas, genre & nombre. vt Ioannes Arboreus, pro de arbore.

Regula elegātiæ, non necessitatis.

Hæc autem regula non tam necessitatis, quàm elegantiæ est. Neque si secus locutus quis fuerit, ideò incongruus erit sermo: minus tamen elegans. Nominum enim incommoditas non rarò obstat, quo minus inter ea hæc obseruetur præceptio. Venustè ergo dices, Ioannes Despauterius, Gabriel Prateolus, Ioannes Corrileus, Paulus Fontanus, Ambrosius Pardiacus, &c. Hinc Philelphus, epist. lib 12. ad Andreã Alemanum scribẽs: Quoniam, inquit, te omni ex parte castigatum in dicẽdo, scribendóque, & perpolitum cupio, nolim posthac cùm vel de patria, vel de familia mentionem feceris, aut Bartholomæum de colle scribas, aut Andreã de Alemania. Quando enim legisti vnquam vel Hannibalem de Carthagine, vel Publium de Corneliis? Indoctorum hominum aut arrogantium iste mos est, qui vel vim istiusmodi præpositionis, De, vt reliquæ Latinitatis Grammaticæq; ignari, minus tenent: vel sibi licere volunt, quod ab omni vetustatis vsu alienum est.

Franciscus Philelphus.

Cognomina substantiua, ad formam adiectiuorum accommodanda.

Quòd si cognomina, substantiua sint, ea ad formam adiectiuorum accommedare conabimur. Cuius cõuenientiæ ratio est, quoniam eandem rem repræsentant: quia cùm dicit Ioannes Lupus, vel Lupinus, iam Lupus, non significabat bestiã, sed hominem. At aliter in his, in quibus talis accommodatio non est facilis: vt Petrus à magno monte, vel fonte, Christophorus à sancto Sulpitio. Vbi igitur cognomina, agnomina, & prænomina ad hanc obseruationem fictis adiectiuis detorqueri non commodum erit: poterunt in ablatiuo casu poni, mediante præpositione à, vel ab, interdum in eodem casu etiam si sint substantiua eiusdem generis: vt Paulus Rex. Aut diuersorum generum: vt Petrus Scamnum, Scipio Nasica. Aegidius Scropha, Sergius Orata, Bartholomæus Scala. Vbi tamen participium natus, vel ortus, aut aliud simile subintelligitur, poterunt adhiberi præpositiones è, vel ex. Terent. Ex Andro hæc ancilla, sup. orta. Idem, Dixit cupere ex Aethiopia ancillulam. Gel. lib. 13. cap. 5. Is erat è Lesbo Theophrastus, sup. ortus, vel natus. Item apud eundem, Adolescens à terra Asia, de equestri loco.

Cognomina quando in ablatiuo cum præpositione poni necesse est.

CON-

CONCORDANTIA RELATIVI, ET ANTECEDENTIS.

Pone relatîuum cum præcedénte in eôdem
Et génere, & número, necnon persóna in eâdem.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Pone (fac consentire) *fais accorder.*
- Relatiuum, *le relatif.*
- Cum præcedente (id est, antecedente) *auec l'antecedant.*
- In eodem genere, & numero, &c. *en ces trois accidens, en genre, nombre, & personne.*

Relatiuum & antecedēs consentire in genere, numero & persona necesse est, *Le Relatif & son antecedāt doiuēt estre mis en vn mesme genre, nombre & personne.* Ego egeo, qui locupletibus genitus sum, *I'ay indigence, moy qui suis nay de riches parens.* Non fles tu, qui patrem amisisti? *Ne pleures tu point, toy qui as perdu ton pere?* Video pauperem, cuius misereor, *Ie voy le pauure duquel i'ay pitié.* Claudian. Nulla fides, pietásque viris, qui castra sequuntur, *Il n'y a ne loyauté, ne pieté, en gens qui suyuent la guerre.* Cicero, Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & sciētiæ cupiditatem: in qua excellere, pulchrum putamus, *Nous sommes tous tirez & menez à grand desir d'auoir cognoissance & sciēce: en laquelle estre excellens & bien aduancez, nous iugeons estre tresbelle chose.* Vbi quidē viris & qui, cupiditatem & qua, conueniunt in tribus accidentibus, genere, numero, & persona.

Casu autem conuenire necesse non est: nam plerumque ad diuersa verba referuntur. *Cur relatiuum & antecedens non concordāt semper in casu.*

Quod autem suprà diximus, mutari posse Adiectiuum in genus neutrum, & substantiuū in genitiuum, idem sentiendū est de Relatiuo: vt Quis animus, quid animi: quis ager, quid agri. Cicero, Et militum quod haberent, ad nos deducerent. Terentius, Cupiens suus quid animi haberet filius, cognoscere, *Voulant cognoistre quelle volonté auroit son fils.* *Relatiuum substantiuatum in neutro genere.*

Quoties autem antecedens de re possessa, relatiuū autem de possessore dicitur, conuenit relatiuū cum primitiuo pos- *Annotandū.*

ſeſſiui eius, quod in antecedente ponitur: vt Ouidius, Mea ſcripta legis, qui ſum ſubmotus ad Iſtrũ, *Tu lis à ceste heure cy mes eſcrits, qui ſuis reculé iuſques à la riuiere de l'Iſtre.*

Tale & Ciceronis illud: Nam profectò non eſt meum, qui in ſcribendo tantùm induſtriæ ponam, cõmittere vt negligens in ſcribendo fuiſſe videar. Vbi quidẽ intelligitur meũ ingenium, meus mos, aut ſimiliter: *Pour vray ce n'eſt point à moy, qui ay de couſtume d'vſer de ſi grande induſtrie en eſcriuant, faire en ſorte qu'il ſemble que ie ſois pareſſeux,* &c. Terẽtius, Et laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditũ, *Tous ont loüé ma felicité, d'auoir vn enfant de ſi bel eſprit.* Vbi antecedens quod relatiuum repetit, includitur in pronomine poſſeſſiuo, Meas.

De quibus relatiuis intelligenda regula. Porrò regula de relatiuis ſubſtantiæ ſimilitudinis, non de relatiuis diuerſitatis aut accidẽtis intelligenda eſt: ea enim caſus, genus, & numerum mutuantur à ſubſtantiuis ſequentibus, quibus proximè cohęrẽt, *La reigle doit eſtre entendue ſeulemẽt de ces relatifs,* Qui, quæ, quod, is, ille, idem, ipſe. *Les autres s'accordent auec les ſubſtantifs ſuyuans, non point auec les precedens*: vt Talis ferè homo eſt, qualis eius oratio, *Tel communément eſt l'homme que ſon parler.* Talis eſt ciuitas, quales ſunt principum mores, *Telle eſt la Cité que les mœurs des principaux qui l'habitent.* Tãta cuiuſq; ſunt mala vel bona, quãtus eſt animus qui illa ſuſtinet, *Tels ſont les maux ou les biens, qu'eſt le vouloir de celuy qui les ſouffre & ſouſtient.* Cicero Caſſio lib.12. Dixi de te quæ potui tanta cõtentione, quantũ forũ eſt, *I'ay dit de toy ce que i'ay peu auec telle contention, que le lieu des cauſes eſt grand.* Terentius. Quot homines, tot ſententiæ, *Autant d'hommes, autant d'opinions.* Et illa, Tu es Academicus, cuias fuit præceptor tuus. Ego nõ ſum Italus, cuias fuit mater mea. Vinũ guſto decẽne, quotẽnis ego ſum. Ego ſum Gallus, cuias tu quoque es.

Quando relatiuum & antecedens concordent. Si autem nullum ſequatur ſubſtantiuum, à quo commodè mutari poſſint accidentia, tunc cum antecedenti relatiuum conſentiet: vt apud Ciceronem ad Brutum. Nã tantæ multitudinis, quantam capit vrbs, concurſus eſt ad me factus, *Tant grande multitude de gens que la ville reçoit, s'eſt aſſemblee à moy.* Tale eſt illud, Remittis ad me puerum ignarũ, qualem ego cum ad te miſeram, *Tu me renuoyes le garſon ignare, comme auſſi ie te l'auois enuoyé.*

Relatiuum & Antecedens quid. Eſt autem relatiuum, quod refert & repetit antecedens. Antecedens verò eſt, id, ſine cuius intellectu non cõſiſtit

relatiuum: vt Deus omnia condidit, & idem omnia subiecit homini. Quid enim esset illud Idem nisi subaudiretis, Deus? vt sit, Idem, scilicet Deus.

Est autem relatiuum duplex, Substantiæ & Accidentis. *Relatiui diuisio.*

Substantiæ relatiuum, est quod refert antecedens substantiuum: vt Filius Veneris id est cui nomen Cupido, non is, quem illa peperit ex Anchise, qui dictus est Aeneas. Porrò relatiua substantiæ sunt hæc, Qui, quæ, quod, sui, ille, ipse, iste, hic, is, idem, suus, alius, alter, reliquus, cætera, cæterum, quia cæter non dicitur. *Relatiuum substantiæ.*

Est rursus relatiuum substantiæ duplex, Similitudinis, & Diuersitatis. *Relatiuum substantiæ duplex.*

Relatiuum substantiæ similitudinis, est quod idem refert cum suo antecedente, & sunt hæc, Qui, quæ, quod, is, suus, ipse, sui, ille, idem.

Relatiuum substantiæ diuersitatis, est quod refert antecedens diuersum à consequente, cum quo concordat, sed sub eodem genere vel specie: vt Amo laurum, & cæteras arbores. Ex quo infertur laurum esse arborem. Sunt autem relatiua diuersitatis, Alius, alter, reliquus, cætera, cæterum.

Relatiuum accidentis, est quod refert antecedens adiectiuum: vt Virgo candida, qualis est nix. Procerus quantus est gigas. Sunt autem relatiua accidentis hæc Qualis quantus, quot quotus, quotenus, quotuplex, quotuplus, cuius, cuias, aliusmodi, alteriusmodi, &c. *Relatiuum accidentis.*

DE RELATIVO REGVLA ORATORIA.

Quando relatíuo præcédens subdis, eôdem
Ponâtur casu, quia verbo dátur eîdem.
Quem scribo librum bonus est, ornátiùs aio,
Quàm librum quem: nam raró reperîmus in vsu.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix 1.

Quando relatiuo subdis (postponis) *quand tu mets apres le relatif.*
Præcedens(antecedens) *l'antecedant.*
Ponatur eodem casu, *qu'iceluy antecedant soit mis en vn mesme cas auec le relatif.*
Quia dantur etiam verbo, *pource qu'ils sont regis & gouuernez à vn mesme verbe.*

Exemplum append.

Ornatius aio (loquor elegantius) *ie parle plus elegamment & ornément, quand ie dy, & vse de la forme de parler qui s'ensuyt.*
Quem scribo librum bonus est, *en laquelle le relatif precede, & l'antecedant suyt en vn mesme cas.*
Quàm, *que si ie parlois comme il s'ensuyt.*
Librum quem, *en laquelle forme de parler l'antecedant precede, & est regy à vn mesme verbe auec le relatif.*
Nam rarò reperimus in vsu (hanc sup. loquendi formulam) *car peu souuent trouuons nous en vsage ceste maniere de parler, à sçauoir que l'antecedant precedant soit gouuerné par vn mesme verbe.*

Si relatiuum Qui, quæ, quod, præcedat in oratione, & antecedens sequatur, cõsentient etiã Latinè & eleganter in eodem casu: quia ad idem verbum referuntur. *Si le relatif precede en l'oraison, & l'antecedant suyt, ils s'accorderõt aussi necessairement en cas, à cause que l'vn & l'autre se rapportẽt à vn mesme verbe:* vt Quas ad me dedisti literas, fuerunt iucundæ, *Les lettres que tu m'as enuoyees, m'ont esté agreables.* Quæ locutio sic ordinanda est: Literæ sup. quas literas dedisti ad me fuerunt mihi iucundę. Sic Ouidius, Cecidère manu, quas legerat herbas. *Les herbes qu'il auoit cueillies, luy sont cheutes des mains.* Terentius, Id sibi negotij credidit solùm dari, populo vt placerent quas fecisset fabulas. *Il a estimé sa charge en cela estre seulement, que les farces qu'il eust faictes, fussent agreables au peuple.* Cicero in Salustium, Nunquid quos protulit Scipiones & Metellos, antè fuerunt aut opinionis & gloriæ, quàm eos res gestæ suæ & vita innocentissimè acta commendauit? Quintilianus, Timeo ne quos porrexerim cibos venena fiant.

Inelegãs oratio. Si autem antecedens præcedat in eodem casu (veluti, Librum quem scribo, bonus est) erit quidem oratio congrua, sed minus ornata & elegãs, & vix satis Latina. Huius ordinis orationes sunt hæ, Vrbem quam statuo, vestra est: pro quam statuo vrbem, *La ville que ie basty, est a vostre commandement.* Terent. Eunuchum quẽ dedisti nobis, quas turbas dedit? *L'eunuque que tu nous as donné, quels troubles nous a baillez.* Item in Euangelio diui Ioannis, Sermonem quem audistis, nõ est

meus, *La parole qu'auez ouye, n'est pas mienne.* Sed ſæpiùs & venuſtiùs ſubſtantiuo poſtpoſito.

Aliquando etiam ſubintelligitur antecedens: vt Nego ius eſſe, qui milites non ſit pugnare cum hoſte, ſup. eum, *Ie nie eſtre droict & iuste, que celuy qui n'eſt point ſoldat, bataille.* Virgil. Coràm quem quæritis, adſum, *Me voicy preſent celuy que vous cerchez.* In quibus quidem orationibus non eſt vnde Qui, & Quem, accidetia ſua mutuentur, niſi per ſubintellectionem. Huius generis ſunt & phraſes illæ, Eſt qui, Sunt qui, & ſimiles, Et hæ, Non habeo quem ſequar: Non video quem percuſſeris. *Antecedẽs ſub intellectum,*

Quin & aliquando relatiuum ſupprimitur: vt Virgilius. Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni. Vbi quidem deeſt relatiuum Quem. Item: Canto quæ ſolitus, ſi quando armẽta vocaret Amphion, &c. pro Canto illa quæ ſolitus erat. *Relatiuum in oratione ſuppreſſum.*

ALTERA DE RELATIVO REGVLA ORATORIA.

Si réferens ponas inter génerum variôrum
Caſus, haúdque ſequens fúerit próprium, dabis vt vis:
Sin próprium fúerit, réferens confórme ſit illi.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Si ponas, *ſi tu mets en l'oraiſon.*
Referens (relatiuum) *le relatif,* qui, quæ, quod.
Inter caſus, (inter duo ſubſtantiua) *entre deux ſubſtantifs.*
Generum variorum (hoc eſt, diuerſorum) *de diuers genres,*
Háudque ſequens fuerit proprium, *& que le ſubſtantif ſuyuant, c'eſt a dire, le ſecond, n'eſt point nom propre de quelque choſe.*
Dabis, vt vis, *tu le mettras & feras accorder auec celuy que tu voudras, ou auec le premier, ou auec le ſecond.*
Sin proprium fuerit, *mais ſi le ſecond ſubſtantif eſt nom propre de quelque choſe.*
Referens conforme ſit illi (id eſt relatiuum concordet cum illo) *que le relatif, s'accorde en genre & nombre auec celuy nom ſubſtantif, qui eſt nom propre.*

Appendix 1.

Quando relatiuum Qui quæ, quod ponitur inter duo substantiua diuersorum generum, si sequens non fuerit proprium, concordabit cum vtrolibet relatiuum. Si verò fuerit propriũ, concordabit cum eo, etiamsi ab altero omnibus accidentibus dissentiat. *Quand le relatif,* Qui quæ, quod, *est mis entre deux noms substantifs, & le second n'est point nom propre, le relatif s'accordera auec celuy que vous voudrez. Que s'il est propre, il s'accordera auec iceluy.* Exemplum prioris partis, Video animal, qui asinus, vel quod asinus dicitur, *Ie voy vne beste qui est dicte vn asne.* Ouidius 1. Metamor: Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixêre chaos, *Il y auoit en tout le monde tant seulement vne forme de nature dicte chaos.* Cicero in Paradox. Quibus tandem gradibus Romulus ascendit in cœlum? Hísne quæ isti appellant bona? *Par quels degrez est Romulus monté au ciel? Est ce par ceux qu'on appelle biens?* Virgil. Interea socios inhumatáque corpora terræ Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est, *Cependant enterrons noz compaignons, qui est le seul honneur qu'on fait és enfers.*

Exemplum prioris partis.

Huc pertinent & parentheses illæ (quæ tua est humanitas: quæ tua est pietas) vt Cicero Attico. Quare, quoniam hæc à me sic petis, vt, quæ tua potestas est id neges me inuita vserum *Quand tu me demandes ces choses tellement, que tu refuses ce que (ce que tu peux bien faire) contre mon vouloir.* Ouid. Hæc quoque dum stulte meditor (quæ vestra libido est) Esse peregrino captus amore potes.

Parentheses venustæ.

Posterioris partis exemplum est apud Seruium: Est locus in carcere, quod Tullianũ appellatur, *Il y a vn lieu en la prison, qui est appellé Tullian.* Opus est Ciceronis, qui inscribitur Cato, *Il y a vn œuure de Ciceron, qui est intitulé Caton.* Nauigo aquã qui Rhodanus dicitur, *Ie naige sur l'eau qui est appellé le Rhosne.*

Exemplum posterioris partis.

Hæc sententia est regulæ cuius author putatur Seruius. Discrimen tamen illud proprij & appellatiui vanũ videtur. cũ probatissimi authores nõ raro cum præcedenti coniungere, etiam vbi posterius est proprium, reperiatur: vt Cicero, de Orator. Tam eloquentem fuisse constat Scipionem Nasicã, qui est Corculum appellatus. Plura exempla qui volet, videat Despauterium ipsum, & Linacrum. Valla, Erasmus, Melanchthon. & Ramus, eius differentiæ non meminerunt.

Ἀνωμαλία.

Mirum etiam est eos in hac obseruatione nullam numeri mentionem fecisse, cùm perspicuum sit, solum numerum interdum mutuari à posteriori relatiuũ: vt apud Quintilianũ

Relatiuum mutuatur aliquando numerum.

lib. 1. Protinus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris (quas Græci Gloſſas vocãt) dũ aliud agitur, ediſcere, *Ce pendant il peult apprendre les dictions inuſitees, leſquelles les Grecs appellent Gloſes.* Hîc relatiuum genere conuenit, ſolo numero diſcrepat à priori, quo conſentit cũ poſteriori. Et in illo, Amyclas ſilentium perdidit, quod oppidum à Laconibus cõditum perhibuerit. Hîc & genere, & numero, diſcrepat à priori, quibus conſentit cum poſteriori. Simile eſt & illud, Interea in morbum incidit, quæ res illum à propoſito auertit. Hic tantùm diſſentit genere. *à poſteriori ſubſtantiuo.*

DE CONIVNCTIVIS ET INTERROGATIVO.

Conſímiles optant caſus coniúnctio, quærens,
Conſimiléſque modos, ſi non régimen variêtur.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Coniunctio (copulatiua videlicet, & diſiunctiua) *la conionction qui lie & adiouſte deux dictions enſemble, ou au contraire les deſlie & ſepare.*
- Quærens (& interrogatiuũ) *& le nom par lequel on interrogue.*
- Optant (flagitant) *requierent & demandent.*
- Conſimiles caſus, conſimiléſque modos, *ſemblables cas & meufs.*
- Si non regimẽ varietur, *ſinon que le regime ſoit diuers, ou chãgé.*

Hæc regula duabus cõſtat partibus. Prior pertinet ad naturam coniunctionum: éſtque ſenſus, Cõiunctiones copulatiuæ & diſiunctiuæ ſimiles ferè caſus iungunt, & ſimiles modos. Parem his vim & illa quatuor, Quã, niſi, an, præterquam, habent. *La conionction copulatiue & diſiunctiue conioinct & lie cas & meufs ſemblables: ce que font auſsi ces quatre cy* Quam, niſi, an, & præterquam: vt Vxor & maritus litigant, *La femme & le mary ont debat enſemble.* Deus, vel dæmon malus eſt, *Dieu ou le diable eſt mauuais.* Tu es fortior quam Petrus, *Tu es plus fort que Pierre.* Superbus ambulat quaſi rex, *L'orgueilleux ſe marche comme vn Roy.* Virgilius, Furor, iráque mentem præcipitant, *Fureur & courroux preſſent mon courage.* Cicero de natura Deorum, in his vel aſperitatibus rerum, vel anguſtiis temporis, *Coniunctiones copulatiuæ & diſiunctiuæ, ſimiles modos & caſus ferè coniungunt. Prioris partis exempla.*

En ceste austerité des choses, & destresse du temps. Claudianus: Quis nisi mentis inops, oblatum respuat aurum? *Et qui est celuy, s'il n'est hors d'entendement, qui refuseroit or & argent?* Auarus nulli rei præterquàm pecuniæ studet, *Vn auaricieux ne pense qu'à l'argẽt.* Omnes sibi malũt meliùs esse, quàm alteri. *Chacun pense plus à son profit, qu'à celuy d'autruy.* Alterũ vidisti, an vtrumque? *En as tu veu l'vn ou tous les deux?*

Interrogatiui & responsiui conuenientia. Posterior pars pertinet ad cõuenientiam interrogatiui & responsiui. Itaque interrogatiuum & responsiuum seu redditiuum, casu conuenire debẽt, si per casus declinantur (nihil autem prohibet aliis accidentibus dissentire) & modos, si verba sunt. Vbi quidem verbis tempus addi debuit: neque enim cõmodè respõderis per aliud tempus, quàm per quod interrogaris. *Exempla de casu.* Exempla de casu. Qualis est præceptor? Non indoctus. Quantus erat Aeneas? Magnus. Quantus Iulus? Paruus. Cuius est liber? Ioannis. Cui bene facias? Egenti. Quem quæritis? Iesum Nazarenum. Non Nazarenum tantùm, quia interrogatiuo suum accommodari debet responsiuum. Quot domos habet? Duas, tres. Quotus vis cœnare? *Combien voulez vous estre à soupper?* Secundus aut tertius, *Deux ou trois.* Quoteni ibãt? Bini, terni, &c. Quotuplũ reddit tuus fundus? Decuplũ, &c. Quotuplex est vestis? Duplex. Cuias es genere? Gallus. Cuia es patria? Parisiensis. Cuia professione? Grammaticus. In quibus omnibus responsiua cum interrogatiuis conueniunt in significatione.

Exempla de verbo. Exempla de verbo, vt apud Terentium in Andr. Cur tu abis ab illa? Obstetricem accerso, *Ie vay querir vne sage-femme.* Et in Eunucho: Quid agitur? Statur. Nunquidnam hîc quod nolis vides? Te. *Que fait-on? On demeure icy debout sans rien faire. Mais ne vois-tu rien que tu ne voulusses? Ouy, toy.*

Regimen dicitur variari tribus modis. Non frustrà autẽ adiecta est particula illa SI NON REGIMEN varietur. Nam ob regimen diuersum, casus diuersus reddi potest. Regimen verò diuersum dicitur, vel quòd dictiones à diuersis verbis regantur: vt Quid agis? Lectioni incumbo. Vel quòd non eadem ratione regatur: vt Studeo lectionẽ & quidem magna diligentia. *Quatuor modis regimen variari, ob peculiarem quidam constructionis rationem dicitur.* Vel cùm peculiarem constructionis rationem habent, *C'est à dire quand les dictions contre la nature des autres, veulent estre mises & accommodees en quelque certain cas: comme les Pronoms possessifs, qui d'autant qu'ils veulẽt estre au cas de la chose possedee, aduient souuent qu'ils s'adioustẽt en autre cas aux genitifs des substantifs:* vt apud Terentium, Meo præ-

ſidio atque hoſpitis, *Par mõ ayde & de l'hoſte.* Sic cùm per genitiuum Cuius & per poſſeſſiuum Cuius cuia, cuium, quæritur, poſſeſſoris nomen genitiuo caſu ſubiicitur: poſſeſſiua autem pronomina, eo caſu quo res poſſeſſa: vt, Cuius puerũ huc adduxiſti? Meũ, tuum &c. *A qui eſt ceſt enfant que tu as icy amené? Il eſt mien, tien*, &c. Virgil. Dic mihi Dameta cuium pecus? an Melibæi? Non, verùm Aegonis, &c. *A qui eſt ce beſtial? à Melibee? Nenny, mais a Egon.* Secundò, loci nomina: vt, 1. 2.
Vbi fuiſti: Patauij & Venetiis. *I'ay eſté à Padoue & à Veniſe.*
Tertiò, criminis nomina: vt Vtrum eũ ambitus accuſas, an 3.
ſacrilegij, an vtroque? *L'accuſes tu de ſimonie, ou de ſacrilege, ou de tous les deux:* Quartò, pretij nomina: vt apud Horat. Quanti 4.
emptæ? Paruo. Quanti ergo? Octuſſibus, *Combien ſont-elles achetees? Bien peu. Combien donc? Huict ſols.*

Variari rurſus videtur regimẽ, cùm diuerſus à priori, caſus per eclipſin ſubiicitur: vt, Qualis eſt Cicero? Magnæ eloquentiæ, proceræ ſtaturæ. In quibus ſubintelligitur Vir, vel Homo, aut aliud ſimile: vt ſit reſpõſio, Vir magnæ eloquẽtiæ, Homo proceræ ſtaturæ. Quod & in nomine, Quotẽnis, obſeruare licebit: vt Quotennis eſt? Centum annorũ.

Varium regimen per eclipſin.

Quotennis.

Obſeruandũ & illud eſt, interrogationibus quæ per verba fiũt, non ſemper quod obſeruatum eſt, ſubiici: ſed quidpiam aliud quod ſignificatione tãtùm ſimile eſt: vt, Sic eſt factum: Ita eſt id quod res eſt. Quarum loquendi formularum longè plura apud Terentium, & Plautum, reliquóſque Comicos, reperiri poterunt.

Obſeruatio.

DE CONGRVENTIA NOminatiui & verbi, regula prima.

Antè capit rectum perſóna cõueniéntem,
Et número verbum, quod perſonâle vocâtur,
Necnon finîtum. Rectum perſæpè tacêmus,

Sæpè loco illîus quid pono. Ne puer vni
Plurâlem dones ſermônem: non honor eſt hîc.
At de me ſolo, númerus dicêtur vtéruis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Verbum quod perſonale vocatur, *le verbe appellé perſonel, c'eſt a dire, qui eſt decliné par perſonnes & membres determinez & diſtincts.*
Necnon finitum. *& qui eſt de meuf finy, à ſçauoir de l'indicatif, imperatif, optatif, & coniunctif.*
Antè capit rectum (à parte interiore recipit nominatiuum) *prend & reçoit le nominatif cas deuant ſoy.*
Conuenientem perſona & numero, *s'accordans auec iceluy verbe en perſonne & en nombre.*

Appendix 1.

Perſæpè, *le plus ſouuent.*
Tacemus rectum (non exprimimus nominatiuum) *nous n'exprimons point deuant le verbe le nominatif.*

Appendix 2.

Sæpè (frequenter, ſæpenumero) *ſouuent.*
Pono quid (aliquid colloco) *ie mets quelque choſe.*
Loco illius (ſup. nominatiui) *en ſon lieu, a ſçauoir du nominatif.*

Appendix 3.

Puer (ô adoleſceus qui ornatè loqui ſtudes) *ô enfant qui veux bien parler Latin.*
Ne dones vni (perſonæ ſup.) *ne baille point, quand tu parles à vne ſeule perſonne.*
Pluralem numerum, *le nombre plurier.*
Non honor eſt hic (ſi vni pluralem ſermonem dones) *car en cela n'y a aucun honneur.*
At de me ſolo (ſup. ſermonem faciens) *mais parlant de moy ſeulement.*
Numerus vteruis (id eſt, ſingularis vel pluralis) *l'vn ou l'autre nombre ſingulier ou plurier.*
Dicetur (accommodabitur) *ſera prins & accommodé, & on en vſera indifferemment, & ainſi qu'on voudra.*

Omne verbum perſonale finiti modi antecedit nominatiuus ſimili numero & perſona, ſiue expreſsè, ſiue ſubauditè: vt Ego lego, tu legis, ille legit. Eſt enim eadē ratio pronominum, & reliquorum declinabilium. Sic, Ferrum tuetur principem, *Le fer defend le Prince.* Ocia dant vitia, *L'oyſiueté* [illegible]

cause des vices. Virtus in infirmitate perficitur, *Vertu est parfaite en infirmité.* Non omnia possumus omnes, *Tous ne pouuons pas tout faire.*

Additur autem in regula, Personale, propter impersonalia, quæ obliquos casus ante se habent: quędam quidem genitiuum, quædam datiuum, quædam verò accusatiuum, pleraque etiam nullum casum, vt infrà dicetur.

Personale quare additum.

Finitum verò additur, propter infinitiuos, quorum proprius casus, accusatiuus est. Itaque vnica & simplex verbi conuenientia est, nempè solius verbi personalis finiti modi, cum nominatiuo, quem id ante se requirit.

Finitum quare additum.

Rectum persæpè tacemus, &c. Nominatiui per eclipsin seu reticentiam ante verbum sæpè dissimulantur. Nam prima & secunda persona, hoc est, Ego & Tu, pro numero singulari, Nos & Vos pro plurali, fermè non explicantur, nisi Discretionis, aut Emphasis causa, *La premiere & la seconde personne, qui sont,* ego & tu, *pour le nombre singulier,* nos & vos, *pour le plurier, ne sont pas souuent expliquees en l'oraison deuant le verbe, sinon que ce soit pour mettre difference entre deux choses.* Est enim Discretio cùm aliquorum studia contraria sunt: vt Terent. in Phormio. Nunc prior adito, tu, ego in insidiis hîc ero succenturiatus, *Va deuant moy, ie seray icy au guet pour le secours.* Cic. in Somn. Scipion. Ego illũ de suo regno, ille me de nostra rep. percontatus. *Ie l'ay interrogué sur son regne, & luy moy de nostre republique.*

Prima & secunda persona ferme non explicãtur in oratione, nisi per Discretionem aut Emphasim.

Discretio quid.

Ou pour signifier quelque chose propre & singuliere, ce que les Grãmairiens appellent Emphase. Est enim emphasis (teste Quintiliano) amplior virtus, altiorem præbens intellectum, quàm in oratione posita verba, per se ipsa declarare possunt. Cicero Lentulo, Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio. Quasi diceret, Ego Cicero, qui sum tua causa ab exilio reuocatus, qui tibi etiam animam debeo. Ouid. 1. Metam. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora: Dij cœptis (nam vos mutastis & illas) Aspirate meis. Vbi quidem (Vos) propriam ac singularem quandam demonstrationem habet: quasi dicat, Vos, non alij, *Mon cueur desire d'escrire les formes muees aux nouueaux corps: ò Dieux, fauorisez à mes entreprinses, car c'est vous autres qui auez fait ce changement.*

Emphasis quid.

Tertia quoque persona nonnunquam omittitur ante verbum: vt in illo Ciceronis, Venit mihi Platonis in mentem, *I'ay souuenance de Platon*, Illius diei venit mihi in mentem,

Tertia persona omittitur ante verbum varie modis.

1. *Il me souuient de ce iour là.* In quibus quidem intelligitur, re-
2. cordatio. Item ante verba quæ per eclipsin, vel secundum intellectum dicuntur, & quæ formam impersonalem habẽt: vt Ferunt dicunt, aiunt, perhibent, prædicant, &c. *Qui signifient autant, comme On le dit, on dit, ou publie, on faict bruit.* Terentius, Ita aiunt. Idem, Ita prædicant. Aureáque, vt perhibent, illo sub rege fuerunt secula, *Les temps dorez, comme lon dit, ont esté sous ce Roy là.* Cicero, Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt: *On dit que les Muses ont presque parlé par la bouche de*
3. *Xenophon.* Et in singulari, vt Cic. 3. de Natura Deorũ, Quartus is, quem heroicis temporibus, Achanto Rhodi peperisse dicitur, *Le quatriesme est celuy, qu'au temps des gens vertueux, Achanto engendra.* Idem de Amicitia, apud Tarquinium dixisse fertur. Virgil. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Posthabita coluisse Samo, *En laquelle lon dit que Iuno a aimé plus cher demeurer, la preferant à tous autres lieux, voire iusques à mettre en arriere l'Isle de Samos.*

4. Et in his, Sunt qui, Est quãdo, Est vbi: vt Horat. Sunt quos curriculo puluerem Olympicum collegisse iuuat. *Aucuns se delectent d'auoir accueilly de la poußiere au lieu des courses, luictes & tournois.* Idem, Sunt quibus in Satyra videar nimis acer, *Quelques vns me iugeront par trop aspre en carme Satyrique.* Et iterũ, Est qui nec veteris pocula Massici spernit, *Il y en a qui se delectent à banqueter tout le iour auec vn friand.* Columella, Sunt qui teneræ laurus caulinum librã, cum abrotani macerati pari portione dant, &c. Ouidius, Sed erunt qui me finxisse loquantur.

5. Et in illa locutione, Benè habet, in qua subauditur res. Cicero pro Murena, Benè habet, iacta sunt fundamenta defensionis. Vulgò diceretur Res benè vadit, *Cela va bien.* Liui. lib 8. Benè habet Quirites, vicit disciplina militaris. Idẽ. 19 Benè habet, inquit, & populo impauidè exhausto, haud ita multò post expirauit, *tout va bien, tout se porte bie, la chose va bien.*

Et ante verba, Exceptæ actionis vulgò appellata, aut quòd per se sensum absoluant, aut quòd ad intellectum referantur. Subintelligi enim videtur, aut Deus, aut natura, aqua, cœlum, grãdo, pluuia, tonitru, nix, &c. Vocantur autem Exceptæ actionis, quòd eorum actio in nostra potestate nõ sit sed soli Deo aut naturæ reseruata: vt apud Virg. Aeneid. 10. Dum pluit in terris, *Quand il pleut en terre.* Terentius in Heautont. Portant aurum, vestem, & vesperascit, *Il deuient tard,* Idem, Lucescit, hoc iam cesso pulsare ostium: *Il commence à*

Exceptæ actionis verba cur sic dicta.

faire iour. In quibus quidem & similibus, intellectum nominatiuum addimus. qualis fuerit: Aqua pluit, cœlum tonat, fulgurat, lucescit, &c.

Sed tamen & his aliquando nominatiuum expressè additum apud authores inuenias, vt apud Tibullum, Multus & in terris depluerátque lapis, *Il auoit pleu sur la terre des pierres à grande abondance.* Virgil. 4. Georg. Nec de concessa tantùm pluit ilice glandis, *Iamais de l'Yeuse esbranslee ne tomba tant de gland.* Sta. 8. Theb. Saxa pluunt, *Il pleut des pierres.* Plinius, Effigies quæ pluerat, spongiarum ferè similis fuit, *L'effigie qui auoit pleu, estoit presque semblable aux esponges.* *Nominatiuus expressus ante verba excepta actionis.*

Interdum etiam obliquus additur, præsertim cùm metaphoricôs sumuntur: vt Pluit lapides, & lapidibus: pluit lacte, sanguine & carne, apud Liuium. Itémque apud prophetam Isaïam, Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem, *O cieux, enuoyez la rousee d'enhault, & que les nues pleuuent le iuste: que la terre, s'ouure, & germe le Sauueur.* Virgil. Aeneid. 8. Sparsi rorabant sanguine vepres, *Les buissons arrousez distilloient de sang.* Plinius in præfatione lib. 3. Quanto tu ore, laudes patris tonas? *De quelle grãdeur exaltes tu tes loüanges de ton pere?* Idem. Relatum est in monumenta, & lacte & sanguine pluisse, *Il a esté reduit en memoire, qu'il auoit pleu du laict & du sang.* Idem. Mirum dictu, periculum eo die esse, si rorauerit quantulumcumque imbrem, *C'est merueille qu'il y a danger ce iour là, s'il distille & tombe pluye, tãt peu que ce soit.* *Obliquus additus verbis excepta actionis.*

Sæpè loco illius quid pone, &c. Destituitur & verba nominatiuo aliquando per enallagen, hoc est, cùm non nominatiuus aliquis, sed aliquid pro nominatiuo ponitur. *Quelquefois le verbe est destitué de nominatif, mais se met quelque chose au lieu d'iceluy.* Vt primò infinitiuus: Horat. Virtus est vitium fugere, & sapientia prima, Stultitia caruisse. Qui versus sic ordinandus est: Fugere vitium, est virtus, &c vt fugere sit nominatiuus ante verbum constructus: Est enim dictio materialiter posita, indeclinabilis, neutri generis. Nam quicquid loco nominatiui ponitur, induit faciem nominis neutri generis. Persius, Scire tuũ nihil est, nisi te scire hoc sciat alter: *Ton sçauoir n'est rien, si vn autre ne sçait que tu as du sçauoir.* Item, Velle suũ cuique est, nec voto viuitur vno, *Chacun à sa fantasie.* Secundò, aduerbia quædam: vt Virgil. 7. Aeneid. Terrorum & fraudis abunde est, *Il y a assez de frayeur & de trom-* *Plurimus modis aliquid ponitur loco nominatiui ante verba.* 1. *Infinitiuus.* 2. *Quædam aduerbia.*

perie. Terent. Benè sit, *Tout bien te vienne.* Aegrè est, *Cela m'est biē grief.* Cicer. pro Quintio, Quàm longè est hinc ad saltum Gallicanum, *Qu'il y a loing d'icy à la forest.* Serò est, apud eundem ad Quintum fratrem. Diu est, iamdiu est, apud Plau-

3. *Tota oratio loco nominatiui.* tum, *Long temps y a.* Satis est, apud Martialem. Tertiò tota oratio pro nominatiuo ponitur. Cicero, Augebat etiam molestiam, quòd magna sapientum ciuiúmque bonorum penuria iam in ciuitate esset. Ad quam formam illa pertinent,

4. *Pars orationis pro nominatiuo subseruiens.* Quod agis, bene vertat: prosperè succedat, quod aggrederis, *Dieu vueille que ce que tu fais & entreprens, aille bien.* Quædam postremò formam habent impersonalium, quæ tamen nōnulli pesonalia esse volunt, quibus pars orationis pro nominatiuo subseruit: qualia sunt, Ferè fit, *Il se fait communément.* Fieri potest, *Il se peult faire.* Fieri solet, *Il se fait coustumierement.* Terent. in Andr. Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat, *S'il se peult faire que mon pere ne pense qu'il ne tienne à moy,* Quintilianus. Quæri solet, an eodem tempore tradi omnia & percipi possint, *On demande si toutes choses en mesme temps peuuēt estre enseignees & apprinses.*

5. *Hic loquendi modus, Non est quod.* Item hic loquendi modus, Non est: vt Martialis, Non est quòd metuas preces iniquas, *Il ne fault point que tu craignes les iniques prieres.* Vel cum infinitiuo: vt Valer. Maxim. li. 1. Non est inter patrem & filium vllius rei comparationem fieri, *Il ne fault en rien faire comparaison entre le pere & le fils.* Et affirmatiuè. Virgil. Aeneid. 6. Necnon & Titium terræ omnipotentis alumnum Cernere erat, id est licebat, *On y pouuoit veoir Titius le grand Geant, qui a esté engendré de la terre.* Gellius, Multos videre est, pecuniæ cupidos, *On peult veoir beaucoup de conuoiteux d'argent.* Idem, Animaduertere est, pleraque verborum Latinorum, ex ea significatione in qua nata sunt, decessisse, *On peult veoir beaucoup de dictions Latines auoir perdu leur signification premiere.* Terentius in Phor. Si est, patrue, culpam vt Antipho in se admiserit, &c. *S'il est ainsi qu'Antipho ait failly.* Idem, Sin est, vt velis manere illam apud te, *Si vous voulez qu'elle demeure chez vous.*

Vni pluraliter loquendum non est. Ne puer vni, &c. Vni non est pluraliter loquendum: sed de seipso potest quis tam pluraliter, quàm singulariter loqui, modestiæ causa, *Quand nous parlōs à vn personnage seul, nous auons à parler à luy au nombre singulier, non pas au plurier, comme font les barbares. Car iaçoit que le Lāgage François ait cela, qu'on puisse parler à vn autre en nombre plurier, si est-ce que le Latin ne le permet point.*

Vray est que parlans de nousmesmes, nous faisons modestement, si nous parlons au plurier. Cicero in præfatione Offic. Quam quidem ad rem nos (vt videmur) magnum attulimus adiumentum, id est, ego, *A laquelle (comme il nous semble) nous auons fait grand profit, c'est à dire, ie Cicero, &c.*

Et per Synecdochen, cùm personam vnam alloquentes, genus significamus, *Et quand parlans à vn, nous entendons de toute vne nation, race, ou famille*: vt Ouidius. Quæ vestra libido est? Taxat enim virorũm genus. Et Virgil. Vos, ô Calliope, precor aspirate canenti. Vbi quidem compellat Calliopen, sed ad omnes Musas sermonem dirigit: velut si quis Gallum alloquens dicat, Vos estis humani, intelligens totam gentem illam humanam esse. *Per Synecdochen vni loquentes, ad genus sermonẽ referre possumus.*

De tertia item personá numero plurali, inuidiæ vitandæ causa loquimur, *Nous parlons aussi quelquefois de la troisiesme personne au nombre plurier, pour euiter que de nostre dire on soit malcontẽt.* Terent. Cùm ad vxores ventum est, senes fiunt: cùm de vna persona, scilicet Chremete, diceretur, *Ils sont vieux & n'en peuuent plus quand ils viennent à estre mariez.* *Tertia persona pluralis vti possumus, vbi de vno dicitur.*

At quoniam hodie inuitè audiuntur hæ voces, Tu, Tibi, Tuus, &c. ideò blandiùs molliúsque sic loqui poteris, Per tuam beatitudinem, sanctitatem, maiestatem, dignitatem, paternitatem, nobilitatem, humanitatem, probitatem, &c. *Blanda ac mollis locutio.*

Ne tamen Vester pro tuus vsurpaueris, quia vester est intrinsecus plurale. *Vester, plurale intrinsecus significat.*

REGVLA ELEGANTIAE.

Quòd duo si rectos numerûm verbo variôrum
Præpónas, verbum quadrâbit proximióri.
Omnia pontus erat, dic: &, domus antra fuêrunt.
At vestes sunt lana, feras: est lana, cauêto.

Regula generalis.
Et (verbum sup.) quod seruat vim eorum, *& le verbe qui a presque semblable signification.*
Si sit res eadem (id est, si res significata per vtrumque nominatiuum, anteriorem videlicet & posteriorem, sit similis) *s'ils sont prins pour vne mesme chose.*
Post se rectum retinebunt, *auront & recevront apres soy le nominatif.*

Verbi substantiui, vocatiui, & eorum vim habentis regimen.

Verbum substantiuum, vocatiuum, & eorum vim habentia verba, post se nominatiuum adsciscunt, qui ad eandem rem cũ nominatiuo præcedenti pertineat, *Le verbe substantif, le verbe vocatif, & tous ceux qui ont presque semblable signification, reçoiuent apres soy le nominatif, pourueu qu'il se refere & soit prins pour vne mesme chose auec celuy de deuant*: vt Cicero, Ludendi etiam est quidã modus retinendus, *Il y a certaine reigle qui doit estre tenue en ieu.* Ita furor breuis est, *Courroux est vne rage breue.* Deus est summum bonum, *Dieu est la souueraine bonté.*

Quatuor verba substantiuè sumpta.

Aliquando substantiuè sumuntur, & proinde ad hanc regulam pertinẽt sequẽtia. Forem, fio, existo, & exto. Cicero, Quærebas quis aut hoc miserior, aut superiore illo beatior foret, *Tu demandois qui seroit plus miserable que cestuy-cy, ou plus heureux que le susdict.* Horat. Nunc agilis fio, *Leger.* Cicero ad Attic. lib. 10. Ne in eum existam crudelior, *Que ie ne sois trouué enuers luy trop cruel.* Idem de Orat. Sic insulsi extiterunt, vt nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas rideatur, *Ils ont esté si sots, qu'on ne s'est de riẽ mocqué, que de leur sottise.* Quintil. lib. 10. Tullius vt vbique, etiã in hoc opere, Platonis æmulus extitit, *Cicero comme par tout, aussi en ce liure a tasche à imiter & suyure Platon.* Cicero ad Brut. Quales tibi sæpè scripsi, Consules extiterunt. vbi quidem intelligitur Tales, nominatiuus posterior: *Ils ont esté tels Consuls, & se sont portez en telle sorte, qui souuent ie t'ay escrit.*

Vocatiua.

Vocatiua sunt Vocor, dicor, appellor, nũcupor, nominor, cognominor & agnominor. Est autem verbum vocatiuum,

Verbum vocatiuum quid.

quiddam generale, quod per rei nomen præsertim propriũ, aliquando etiam commune determinatur: vt Perpusilli vocantur nani, *Les petits hommes sont appellez nains.* Cicero, Ex qua vna virtute, boni viri appellantur, *De laquelle vertu le nom des gens de bien est prins.*

Vim verbi substantiui & vocatiui habentia.

Quæ vim verbi substantiui & vocatiui habent, huc pertinent, hoc est, quæ finitimam cum his habẽt significatione, *Ceux qui ont la signification presque semblable aux verbes substantifs & vocatifs.* Qualia sunt Salutor, inscribor, designor, consti-

tuor, & similia, ferè ex omni genere personalium. Horat. in Arte, Cur ego, si nequeo ignoróque poëta salutor? *Pourquoy suis ie salué & honoré par le nom de Poete, si ie n'entens rien en poësie?* Cic. Offi. 2. Alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius, *Il en a esté parlé en vn autre liure, qui est intitulé Lelius.*

Item passiua, quæ ad iudicium pertinent, *Les verbes passifs* 2.
qui signifient estre iugé, estimé, reputé, & auoir bruit & renom: vt Habeor, iudicor, æstimor, numeror, videor, credor, &c. Cicero pro Roscio, Is propter me honestissimus inter suos numeratur, *Il est estimé l'vn des plus honnestes qui soient en sa ville.* Idem declar. Orat. Non acutus orator, sed tamen orator numeratus est, *Il a esté estimé, non pas orateur ingenieux & agu, mais toutefois orateur.* Salust. Virtus clara æternáque habetur, *Vertu est estimee excellente & eternelle.* Hic nummus videtur adulterinus, *Ce denier semble estre faux.*

Et quæ statum aut gestum aliquem significant rei, *Et les* 3.
verbes qui signifient quelque mention & geste de quelque chose: vt Dormit supinus, *Il dort sur le dos.* Cicero, Venio in senatum frequẽs, *Ie vien souuent au Palais.* Terent. Redeo inde iratus atq; ægrè ferens, *Ie m'en reuiens courroucé & mal content.* Iacet pronus, *Il gist panché sur le deuãt.* Rectus ambulas, *Tu marches droict.* Lætus accurrit, *Il accourt ioyeux.* Tristis fugit, *Il s'enfuit tout triste.* Incœnatus it cubitum, *Il s'en va coucher sans soupper.* Dormit securus, *Il dort en seureté.* Bibit ieiunus, *Il boit à ieun.* Amat imprudens, *Il aime follement.* Cantat iniussus, *Il chante sans qu'il luy soit commandé.* Horat. Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos. Vt nunquam inducant animum cantare rogati, Iniussi nunquam desistant, *C'est vn commun vice à tous chantres, de ne chanter point quand ils en sont requis: & quand on ne leur a commandé, on ne les peut faire taire.* Virgil. 1. Georg. Atque iniussa virescunt gramina, *Les herbes sans estre semees verdoyent.*

Item hæc, Flens feci, nolens audiui, *Ie l'ay ouy en pleurant, &*
l'ay fait contre mon vouloir. His simile est, Euado doctus, *Ie deuien sçauant.* Cicero in Verr. Tu eiusmodi euasisti, in furis ac diuisoris disciplina educatus, *Tu es deuenu tel, estant nourri en la discipline d'vn larron & brigueur par argent.* Idem in Brut. In dicendo pauci digni nomine euadunt, *Bien peu en y a, qui en bien parlant deuiennent dignes d'estre renommez.* 4.

Huc pertinent & illa, quibus nomina Græcorum more, 5.
pro aduerbiis subiiciuntur. Virg. Nec minus Æneas se matutinus agebat, i. mane. *Eneas le matin mesme ne se trouuoit.* It,

Non lupus insidias explorat ouilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat: pro noctu. *Le Loup ne guette point à l'entour de la bergerie, ny n'espie de nuict le troupeau.*

Duplex exceptio a regula Cum subflante, &c.

Hæc autem regula duplicem patitur exceptionem. Prima in nominandi formis, *Aux manieres d'exprimer le nom d'vn personnage.* Dicunt enim Latini variè, Est mihi nomen Gabriel. Terent. Hecyra est huic nomen, fabulæ, *Hecyra est le nom de ceste fable.* Rursus. Argentarius Sextus Claudius, cui nomen Phormio. Quintil. Notum est quid Glyconi acciderit, cui Spuridium fuit cognomen.

Atque hæc locutio Grammatica est per nominatiuum. Eruditi tamen potiùs delectantur datiuo, hoc modo: Est mihi nomen Gabrieli. Virg. At puer Ascanius, cui nunc cognomē Iulo. Liu. Scipio, cui Africano fuit cognomen. Nōnunquam etiam gaudét genitiuo: vt, Est mihi nomen Gabrielis. Quæ forma extat apud Plautum.

Secunda regulæ exceptio.

Secunda exceptio est, cùm vocatiuus ponitur pro nominatiuo: vt apud Persium, Censorémque tuum vel quod trabeate salutas, pro trabeatus. Et apud Horatium, Macte virtute esto, *Dieu vueille t'accroistre, & bien fortuner ceste vertu tienne.* Plin. lib. 2. cap. 2. Macti ingenio este cæli interpretes, *Dieu maintienne voz gentils esprits, gens honnestes, qui nous auez declaré le discours du Ciel.* Vbi quidem Macte & Macti, sunt casus vocatiui.

ESSE INFINITVM.

Esse pares optat casus. Sed non malè dices,
Huic licet esse probum: lóquitur sic Quintiliânus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reigle.
Esse, *c'est infinitif du verbe substantif*, Sum, es, est.
Optat casus pares (id est, similes) *requiert & demande ainsi que les* [illegible]*, semblables cas & deuant & apres.*

Appendix.
Sed non male dices, *mais tu ne parleras pas mal, en vsant de ceste forme de parler Latine.*
Huic licet esse probum, *en laquelle, esse, a deuant soy le datif, & apres soy l'accusatif.*
Loquitur sic Quintilianus, *car l'Orateur Quintilian a vsé de telle locution.*

Infinitiuum quoque Esse, copulat similes casus, vel explicitè vel implicitè. *L'infinitif, Esse, conioinct deux cas semblables: c'est à dire, veult le cas de deuant & d'apres estre semblables.* De nominatiuo, vt Petrus cupit esse doctus. De genitiuo, fingunt exempla Grammatici sine vlla authoritate, quæ imitari pueros nollem: vt Misereor Ioãnis volentis esse docti, cui deest ingenium. De datiuo, vt Vacat mihi esse diserto. De accusatiuo, vt Malim me diuitem esse, quàm haberi. De vocatiuo non datur exemplum. De ablatiuo, vt Vtor Ioanne quàm familiarissimè cupiente esse docto. *Infinitiui Esse natura & constructio.*

Aperta igitur videtur hæc esse sententia huius regulæ, ad cuius tamen intelligentiam tria sunt obseruanda. Primum est, repetendam esse ex superiori regula particulam illam, Si sit res eadem: alioqui enim, Esse, coniungere potest dissimiles casus: *Il faut repeter de la reigle cy deuant dicte ceste particule*, Si sit res eadem *pourueu que les deux representent vne mesme chose: car autrement*, Esse, *peut conioindre diuers cas*: vt Cic. 4. Verr. Non licet mihi esse Romæ. *Tria in hac regula obseruanda.* *Primum.*

Secundũ, regulam hanc latiùs patere, quàm putetur. Nec enim de infinitiuo, Esse, solùm intelligenda est, sed de omnibus illis quæ ex verbis descendunt, quæ ad superiorẽ regulam pertinent: *Cecy ne s'entend pas seulement de l'infinitif*, Esse, *mais de tous les infinitifs de ceux qui descendent des verbes appartenans à la reigle precedente.* Quoniam ergo verbi substantiui, verborúmque vocatiuorum, & eorum vim habentium, eadem est natura & constructio: consequens est & infinitiuorum ex illis descendentium eandem esse: hoc est, similé casum priori à parte posteriori desiderare, qui ad eandem rem referatur: vt De nominatiuo, Cicero de Amicit. Studebam fieri prudẽtia eius doctior, *Ie taschois par son sçauoir estre plus sçauant.* Et Quintilianus lib. 2 Ita si Rhetorica vocari debet sermo quicunque, fuisse eam antequàm esset ars, confitebor, *Ainsi si Rhetorique est toute maniere de parler, quelle que ce soit, ie confesseray qu'elle a esté deuant qu'aucun art fust.* His similia sunt, Possum resistere solus: Spero tibi videri amicus, *I'espere que ie seray trouué ton amy.* Credo tibi fuisse fidelis, *Ie pense t'auoir esté fidele.* Incipe mihi esse familiaris, *Cómence à m'estre familier.* Noli illi esse intimꝰ, *Ne luy sois pas cher amy.* Videor hæc scripsisse primꝰ, *Il me semble que c'est moy qui a escrit cecy le premier.* De accusatiuo, Cicero. in Parad. Saguntini maluerunt parentes emori liberos, quàm viuere seruos, *Les Sagontins ont plus aimé leurs peres* *Secundum.* *De nominatiuo exemplum.* *De accusatiuo exempla.*

mourir libres & sans estre subiects, que viure en seruitude. Terent. in Phorm. Saluum te aduenire gaudeo, *Ie suis bien aise que tu es venu sain & sauf.*

Tertium.

Tertium duas esse exceptiones ab hac regula. Prior est, quando infinitiuus refertur ad datiuum verbi alterius: tunc enim præcedente datiuo, sequitur accusatiuus: *Il y a deux exceptions de ceste reigle. La premiere, quand l'infinitif est mis apres le datif d'aucun autre verbe, il peut auoir vn accusatif pour le cas d'apres:* vt Ter. in Heautont. Nam expedit bonas esse vobis, *Il fault que vous soyez bonnes.* Et Quintil. Procuratorem tibi esse non licuit, *Il ne te fut pas loisible d'estre procureur.* Et Cic. pro Cornel. Balbo, Si cui Romano liceat esse Gaditanum. Quibus tamen accusatiuus per eclipsin desideratur.

Exemplum de accusatiuo à tergo constructo cum infinitiuo esse.

Exemplum de datiuo vtrinque constructo.

Quanquam & per datiuum, secundum hanc regulam, id efferri possit, *Iaçoit qu'au lieu de l'accusatif, nous puissions mettre le datif:* vt Cicer. 2. Officior. Vt his ingratis esse nō liceat, *De façon qu'il ne leur est loisible d'estre ingrats.* Et Brutus ad Cicer. Et quis supplicat vt optimè meritis de repu. liceat esse saluis? *Qui est celuy qui supplie, que ceux qui ont bien faict à la Republique, soient sans danger?* Idem pro Cælio, Vos laboriosos existimet, quibus ociosis, ne in communi quidē ocio liceat esse, *Qu'il vous estime laborieux, ausquels mesme en commun repos n'est pas loisible d'estre oiseux.* Martial. Cui non licet esse clienti? *Qui est celuy à qui ne soit loisible d'estre vassal & seruiteur?* Idem, Nobis non licet esse tam disertis, *Nous ne pouuons pas estre si elegans & diserts.*

Orationes cum infinitiuo esse per datiuum vtrinque, vel per datiuum & accusatiuum efferri indiscriminatim possunt, sed per nominatiuum rarius.

Hæ ergo orationes indifferenter, siue per datiuum vtrinque siue per datiuum & accusatiuū indifferenter, efferri possunt. Quibus itē similes sunt hæ, Placet tibi euasisse diuiti, vel diuitem: Præcipe illi esse familiari, aut familiarē: Placet mihi esse docto, vel doctum. In quibus quoniam eadem est res, ne diuersi casus assignati viderentur, maluerunt authores, non rarò vertere accusatiuum posteriorem in datiuum per Antiptosin, in quibus accusatiuus satis inuenustè antè exprimeretur: vt Licet mihi me saluum esse. Cum nominatiuo verò inauditæ sunt locutiones: vt Præcipe illi esse amicus: Placet mihi esse doctus: Huic licet esse probus: Non vacat esse ægrotus: Tutúmque putauit iam bonus esse socer. Latiniùs diceretur, Tutum putauit iam bonum esse socerū. Quocirca eam locutionem puer non imitabitur.

Secunda exceptio a regula.

Posterior exceptio est, quando casus anterior indubiè intelligitur, nullo adhibito in quo contineri intelligatur: vt

de nominatiuo. Terentius, Disce esse pater ab iis qui verè sciunt, *Appren d'estre pere de ceux qui le sçauent tresbien.* vbi quidem intelligitur nominatiuus Tu, in Disce. Ouid. Sperémque in molli mobilis esse thoro, *Ie desirerois plus me tourner en vn lict mol.* Idem, Hoc vbi viuendum est, satis est si cõsequar, aruo, Inter inhumanos esse poëta Getas, *Puis qu'il me fault en ceste terre viure, ce me sera assez, si ie puis obtenir d'estre Poëte entre les Getes inhumains.* De accusatiuo. Curtius, Ad manus vestras confugio, inuitis vobis saluum esse nolo, *Ie me rens entre voz mains, ie ne veuil estre sauué sans vostre vouloir.* Tale est illud, Præstat esse pauperẽ, quàm iniustè diuitẽ, *Il vaut beaucoup mieux estre pauure, que meschantement riche.* Malim diuitem esse, quàm haberi, *I'aime mieux estre riche, que d'auoir le bruit de l'estre.*

De nominatiuo exemplum.

De accusatiuo exemplum.

Aliquando ex superioribus subintelligitur: vt Cicero ad Attic. i. 10. In Italia autem nos sedentes quid erimus? Nam medios esse iam non licebit *Si nous seiournons en Italie, que serons nous? Car nous ne pouuons estre neutres.*

Accusatiuus ex superioribus intellectus.

Nonnunquam cum casu verbum etiam ipsum repetendũ est. Terẽtius, Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias, potiùs quã in patria honestè pauper viuere. Sẽsus est: Quæ potiùs optauit hic inhonestè diuitias parare, quàm ipsa optauit viuere pauper in patria, *Qui a plus aimé amasser icy des richesses deshonnestement, que viure en son pays auec pauureté honorablemẽt* Vbi quidem nominatiuus sequitur & præcedit. Tale est illud Ciceronis ad Quintũ fratrẽ lib. 3. Multa sunt quæ ego nescire malo, quàm cum alieno periculo fieri certior.

Verbum aliquando cum casu repetendum.

Collige ergo ex his, cùm nominatiuum habet ante se infinitiuus, accusatiuum minimè habere post se: aut cùm accusatiuum habet ante se, nominatiuum post se habere non posse.

Superiorum collectio.

APPOSITIO.

Appónens coniúnge pari casu duo fixa.

Esto res eádem, declaratúmque præîto.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Apponens (appositionem facturus) *voulant vser de ceste figure, qui en Grammaire est appelee* Appositio.
Coniunge duo fixa, *ioins ensemble deux noms substantifs.*
Pari casu (in eodem casu) *en vn mesme cas.*

Regula general.

Res (significata sup. vel repræsentata per vtrumque fixum) *la chose representee par les deux substantifs.*
Esto eadem, *soit vne mesme, appartienne à vne mesme chose, c'est a dire, que les substantifs soient prins pour vne mesme chose.*
Declaratúmque præito, id est, dictio quæ alteram declarat, præcedat, *& que la diction, par laquelle l'autre est declaree, precede & soit mise deuant.*

Quot de causis fit appositio.

Si duo nomina substãtiua ad eandem rem pertinentia cõiungantur sine copula, erunt eiusdem casus præcedente declarato per appositionem: vt Vrbs Roma, Fluuius Rhenus, Arbor Morus Mons Libanus. Mẽsis Augustus. Ouid. I. Metam. Effodiũtur opes, irritamenta maloru. Horatius, Et genus & formã regina pecunia donat. *Si deux noms substantifs representans vne mesme chose, sont mis ensemble sans aucune conionction, pour à fin que l'vn declare l'autre, ils doiuent estre de mesme cas.* Nam in his & similibus, alterum substantiuũ, vel ceu declarandi causa, hoc est, generalitatis contrahendæ accedit, vt Mulier ancilla: vel variæ significationis determinandæ gratia, vt Canis sidus: vel signandæ proprietatis ratione, vt Aristides iusta. Ideóque propemodũ alterum substantiuũ induit adiectiui naturam: quo fit vt tunc necesse sit duo substantiua illa consentire casu: Sed & numero etiam, nisi alterũ careat altero numero, aut sit collectiuum: quo in genere locutionũ, is nominatiuus qui prior natura est, id est, cui fit appositio, verbo quod sequitur, accidentia præscribet: *Seront aussi de mesme nombre sinon que l'vn n'eust qu'vn nombre, ou fust collectif: & lors le principal s'accordera auec le verbe suyuant.* vt Vrbs Athenæ floruit Philosophis, *La ville d'Athenes a fleury en Philosophes.* Ouidius, Turba ruunt in me luxuriosa proci, *Les amoureux qui sont vne bande luxurieuse, me pourchassent en mariage.* Est autem sic versus ordinandus, Proci, turba luxuriosa, ruunt in me. Idem, Quid meruêre boues, animal sine fraude dolisque? *Qu'en peuuent mais les bœufs, qui sont bestes sans fraude & tromperies?* Virgil. Ite meæ, quondam fœlix pecus ite capellæ, *Allez mes chéures, allez vous qui auez esté autrefois troupeau heureux.* It, Doctus ille meus quondam apud Lutetiam Parisiorum præceptor Hubertus Susaneus, suis vale dicens discipulis, cùm migraturus esset in Italiam, dixit,

Flens Hubertus abit, pueri, mea turba valete:
Corpore seiunctus, pectore iunctus ero.

Hæc tamẽ regula non habet vim legis: nã aliquãdo secus authores factitasse comperiẽtur, quàm præceptum in ea sit.

Figuram hanc veteres Epexegesim vocant, Neoterici Appositionem, quam sic definiunt. Appositio est sine coniunctionis medio, duorum substantiuorũ ad eandem rem pertinentium in eodem casu positio.

Epexegesis siue Appositio quid.

Ea autem fit per intellectionem participij Ens, quod aliàs vix est in vsu: vel alterius similis, vel etiã verbi cũ relatiuo Qui. Vnde si quid horum inter ea quæ apponuntur positum commodum sensum non reddat, certum est nõ esse appositionem: vt, Cicero pater patriæ, hoc est, Cicero ens vel dictus, vel qui est pater patriæ, Cæsar dictator, hoc est, Cæsar ens, vel dictus, vel qui est dictator.

Per intellectionem participij Ens, fit appositio.

Nonnunquam etiam adhibitum reperias: vt, Cicero designatus consul.

Neque tantùm dictionis ad dictionem est appositio, sed & sensus ad dictionem: vt in illo Ouidij, Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quẽ dixère chaos, rudis, indigestáque moles. Et sensus ad dictionem: vt Virgil Georg. Vt quamuis auido parerent arua colono, Gratum opus agric. lis, *a fin que les champs obeyssent au laboureur fort auaricieux*. Idem, Treis Eurus ab alto In breuia & Syrtes vrget, miserabile visu, *Le vent du Leuant a ietté trois nauires és dangers & lieux perilleux de la mer, qui estoit chose miserable à voir.*

Hanc appositionem dictionum sine coniunctione refugiũt omnia adiectiua, præter numeralia, pronomina, & syncategoremata: hoc est, quæ nec solitum quippiã significant, nec in oratione nisi cum aliis iuncta cõsistunt: quod genus sunt nõ declinatæ partes omnes, & ex declinatis interrogatiua, & primitiua, & particularia, & vniuersalia nomina. Neque enim dicimus, Antiquus robustus melior: Antiqua robusta mulier: Iste coloratus albus: Mulier pulchra pudica nupsit mihi: nisi obstet illud Cic. pro lege Manilia, Cùm ita clausa nobis erant omnia maria, vt neque priuatam rem maritimam, neque publicam gerere iam possemus, *Comme la mer nous estoit tellement fermee, que nous ne pouuions traicter ne les affaires priuees ne publiques de la mer.* Et ad Attic. lib. 2. Fuit enim mihi cõmodum, quòd in his orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demosthenes, & quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicedi genere abiũxerit, *Il m'a bien seruy qu'en ces oraisons, qui sont appellees Philippiques, a reluy ce tien citoyen Demosthenes, & qu'il s'est esloigné de ceste opiniastre maniere de parler, dont on vse en plaidoyant.* Et Virg. Lenta quibus torno fa-

Quæ appositionem non admittunt.

Syncategorema quid.

cilis superaddita vitis: quo tamē loco alij legunt, facili: *Esquels par dessus est la vigne flexible & ployable faicte auec vn tour.*

Neque cùm dicimus, Doctus Grāmaticus, Expertus Musicus, Appositio est: nam posterius nomen eo loco substantiuè vsurpatur.

Pronomina & numeralia nomina per appositionem iunguntur.

Pronomina autem, & numeralia, ac syncategoremata sic cōiungi nihil prohibet: bene enim dicimus, Scripsisti mihi duas elegantes epistolas: vt apud Virgil. Aurea mala decem misi, cras altera mittam, *Ie luy ay enuoyé vne dizaine de pommes d'Orāges, & demain luy en enuoyeray vne autre.* Cic. in Catil. Nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulabo, prærterquàm huius diei vestram memoriā sempiternam, *Ie ne demanderay aucun tiltre d'honneur, n'aucun signe de louange, sinon qu'à iamais vous ayez souuenance de ce iour.* Sic, Multi albi homines: quinque fatuæ virgines.

Numeralia sibiipsis non apponuntur sine copula.

Apponuntur & sibiipsis pronomina, vt in exemplo suprà ex Cicerone adducto, Ille tuus ciuis Demosthenes, &c. Numeralia autem sibiipsis non apponūtur sine copula: neque enim dicimus, Vnus viginti, sed vnus & viginti, duo& quadraginta: nisi per compositionem, vt viginti vnus, triginta duo, quadraginta quatuor.

Duo millia.

In his autem Duo millia, decem millia, &c. millia substātiuum est. In his verò Duodecim millia signati, talēta quatuor millia, & similibus, quæ non raro apud probatissimos authores leguntur, aut manifestum est mēdum, librariorum errore inductum, quod vult Budæus: aut appositio quidem, nō numeri ad numerum, sed alterius nominis: vt sit sensus, Homines signati, entes sup. duodecim millia: Et talēta, entia sup. quatuor millia.

Annotatio.

Illud postremò addam, reperiri frequentissimè plura substantiua ad diuersas res pertinentia sibi apposita, nullo interueniente vinculo, quod Asyntheton Grammatici vocāt: vt Aetas, eloquentia, propè paria fuerunt. Et, Dum ætas, metus, magister prohibebāt. Sed hæc ecliptica sunt: subintelligitur enim coniunctio copulatiua.

EVOCATIO.

Si ternam primæ des, totum sit tibi primæ:

Síque ſecúndæ des ternam, totum eſto ſecundæ.

Pauper ego canto. Luca vir maximus audi.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Si des (ſi tu coniungas) *ſi tu adiouſtes & coniois.*
Ternam (perſonam ſup. *la troiſieſme perſonne.*
Primæ (ſubaudi perſonæ) *à la premiere perſonne qui eſt,* ego.
Totum (nomen ſcilicet & pronomen) *tout cela, à ſçauoir tant le nom que le pronom.*
Sit tibi primæ (perſonæ ſup.) *ſera de la premiere perſonne, & par ainſi il faudra que le verbe ſoit auſſi de la premiere perſonne.*
Síque des, *& ainſi ſi tu coniois & adiouſtes,*
Ternam ſecundæ, *la troiſieſme perſonne auec le pronom de la ſeconde, qui eſt,* tu.
Totum eſto ſecundæ, *tout cela, tant le nom que le pronom, ſoit de la ſeconde perſonne, & le verbe pareillement.*
Pauper ego canto, *comme il appert par ces deux exemples, dont ceſtuy eſt de la premiere.*
Luca vir maximus audi, *& ceſtuy cy eſt de la ſeconde: car,* Luca *eſt vocatif, & tous vocatifs ſont de la ſeconde perſonne.*

Regula genera.

Quando primæ vel ſecundæ perſonæ iungitur tertia, nulla intercedente coniunctione, tota oratio eſt primæ aut ſecũdæ perſonæ per Euocationẽ, *Tout nominatif de la troiſieſme perſonne mis auec le pronom de la premiere ou ſeconde perſonne, ſans aucune coniunction entremiſe, eſt de la perſonne dudict pronom auec lequel il ſe met.* Ideò verbũ erit primæ vel ſecũdæ perſonæ: vt Ego pauper canto, *Moy pauure ie chante.* Tu diues trepidas, *Toy riche tu crains.* Virg. Nos tua progenies (cęli quibus annuis arcẽ) prodimur, *Nous qui ſommes ta generation, auſquels as promis le Ciel, ſommes trahis.* Teren. Viden' tu Thais, quam hic rem agit? *Ne vois tu pas Thais, quelle choſe fait ceſtuy cy?* In quibus quidem nomen Progenies, eſt primæ perſonæ: Thais verò, ſecundæ.

Aliquando tamen pronomen ſubintelligitur. Virg. Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates Claſſe veho mecũ, *Ie ſuis Eneas le deuotieux, qui en mes nauires porte les Dieux domeſtiques, rauis d'entre les ennemis.* Idem, Non omnia poſſumus omnes, *Tous ne pouuons pas tout faire.* Teren. Omnes deteriores ſumus licentia. *De trop grande licence tous en valons pis.*

Pronomen ſubintellectum in euocatione.

Etiamſi diuerſorum ſint numerorum, quod contingit in collectiuis. Plinius, Magna pars ſtudiorũ amœnitates quæ-

Euocatio diuerſorum numerorum tribus modis.

rimus, *Vne bonne partie, cerchons la plaisance des estudes.* Ouid. Populus superamur ab vno, *Nous tout vn peuple sommes surmontez par vn.* Et in distributiuis. Ouid. In magnis læsi rebus vterque sumus, *Nous sommes grandement blessez tous deux.* Et in Heteroclitis: vt, Ego delitiæ tuæ canto: Nos tua progenies.

Euocatio quid.

Est autem Euocatio continua, id est, sine coniunctione intercedente, tertiæ personæ ad primam vel secundam reductio elegãs. Plaut. Tum denique nos homines nostra intelligimus bona cùm quę in potestate habuimus, ea amisimus, *Lors finablement nous hommes entendons nostre bien, quand nous auons perdu ce qu'auions en nostre puissance.* Hîc tertia persona Homines, reducitur ad primam personam Nos: ideò verbum est primæ. Voluerunt enim Grammatici, tertiam tantùm personam in nominibus esse. Sed non video, cur adiecta pro nominibus nomina mutuentur ab eis personam. Tametsi verum est, quòd duriusculè cohærent verba primæ aut secundæ personæ cum nominatiuis tertiæ.

Animaduertendum diligenter.

Luca vir maximus, &c. Est hîc animaduertendum, quòd quando participio verbi substantiui Ens, expresso vel subintellecto preponitur vocatiuus, vel pronomen Tu, non debet sequi vocatiuus, sed nominatiuus: vt de vocatiuo proprio, Aue Cæsar, summus Imperator, *Dieu vous gard Cesar, qui estes Empereur souuerain.* Quò tendis Ænea, extremus Troianorum? *Où t'en vas tu Eneas, qui es le dernier des Troyens?* De vocatiuo appellatiuo: vt Salue domine, primus omnium pater patriæ appellatus, *Dieu vous gard seigneur, qui sur tous autres estes appellé le pere de la patrie.* Virgil. Nate, meæ vires, mea magna potentia solus, *Mon fils, qui seul es mes forces & ma grande puissance.* De Pronomine Tu: vt Defende me tu Deus, & Dominus meus. Tace tu homo imperitus.

De vocatiuo appellatiui nominis.

Annotatio.

Si autem solùm nomen proprium in oratione consisteret, aut cum pronomine, incongrua foret oratio: sic enim malè diceretur, Vt quid facis hoc Seruius? Et, Quid facis tu Seruius? Malè item cum appellatiuo sine pronomine: vt Quid facis dominus meus? Adiuua me optimus vir. Tace imperitus homo. Benè autem, mutato nominatiuo in vocatiuum: Quid facis domine mi? Adiuua me optime vir. Tace imperite homo: Rectè itẽ, Quid sedes inter dominos seruus? ibi enim intelligitur Tu, & Ens. Quæ quoniã intelligi nõ possunt in illo Pliniano, Salue primus omniũ parens patriæ appellate, Laurentio Vallæ non placet. Dicendũ enim fuerat,

Error Plinij.

Salue prime,&c. Siue sic, Salue Marce Tulli, primus omnium parens patriæ appellatus. Siue, Salue tu primus appellatus. Vel cum alio vocatiuo: vt Salue parens eloquentiæ primus appellatus. vbi quidem Parens, est vocatiuus.

CONCEPTIONVM PARASCEVE,
id est, ad conceptiones noscendas præparatio.

Quæ per Et, aut sócias iungo, dant ritè válôrem
Plurâlem. Sic Cum, pro coniungénte repóstum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.

Quæ (nomina sup. substantiua) *les noms substantifs, lesquels,*
Iungo (coniungo, connecto) *ie ioincts & assemble.*
Per Et (per hanc coniunctionem copulatiuam) *par ceste coniunction copulatiue,*
Aut socias (aut per similes coniunctiones) *ou par autres semblables coniunctions copulatiues,*
Dant ritè valorem pluralem (habent eleganter vim pluralis numeri) *ont deuement la force du nombre plurier.*
Sic Cum, *autant en faict ceste preposition,* cum.
Repostum pro coniungente (sumpta pro coniunctione copulatiua) *mise au lieu d'vne coniunction copulatiue.*

Cùm adiectiuum vnum aut verbum coniungitur duobus nominibus substantiuis, duo illa substantiua etiam singularia interueniente coniunctione copulatiua, vim habent pluralem & ideò desiderant verbum vel adiectiuũ numeri pluralis: *Deux noms substantifs singuliers, assemblez par vne coniunction copulatiue, demandent l'adiectif & verbe, qui leur sont adioustez, estre du nombre plurier:* vt Ego, túque, i. nos. Tu & iste i. vos. Petrus & Ioannes id est, illi. Virgil. Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis, Túque puérque tuus, *Vrayement vous auez acquis vne belle louange, & faict vn beau gaing, vous & vostre fils.* Ouid. Mulciberis capti Márs que Venúsque dolis, *Mars & Venus ont esté prins & liez par les finesses de Vulcain.* Terent. Hæc si neque ego, neque tu fecimus, *Si moy ne toy n'auons faict cecy.* Ouid. Ilia cũ Lauso de Numitore sati. i. Ilia & Lausus sunt de Numitore nati. Ilia enim fuit mater Romuli, filia Numitoris, soror Lausi.

Plures nominatiui ad idem verbum relati intercedente vinculo, possunt habere aliquando verbum singularis numeri.

Adiectiuum vel verbum effertur aliquando per singularē numerum non incongruè.

Quod sic tamen intelligendum est, vt non censeatur incōgrua oratio, vbi secus contigerit: sic enim locutos fuisse bonos authores reperire est: vt Cicero, Vt omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligat, *Afin que tout le monde, & aussi toute la posterité l'entende.* Item, Quæ quidem abs te, cùm dies venerit, & ego, & Cicero meus flagitabit, *Lesquelles choses en lieu & temps, moy & mon Ciceron te demanderons.* Et in Salustium, Eos suæ res gestæ, & vita innocentissimè acta commendauit, *Lesquels leurs beaux faicts & vie innocente a renduz dignes d'estre louez.* Seneca, Est autem noxia aqua in Thessalia, circa Tempe, quam & feræ, & pecus omne deuitat, *Il y a vne eau nuisante en Thessalie, pres le lieu appelle Tempé, laquelle toutes bestes tant sauuages que domestiques fuyent.* Virgil. Etiam sociis & rege recepto. Honestiùs autem, vt Seruio placet, pluraliter vtrique respondebunt.

Cum præpositio sumpta pro coniunctione copulatiua, valorem pluralē reddit.

Sic Cum pro coniungente, &c. Ablatiuus interueniente præpositione Cum, pro coniunctione copulatiua, alteri casui adiunctus, verbum vel adiectiuum numeri pluralis recipere potest. *L'ablatif adioinct à vn autre cas, auec la preposition* Cū *mise en lieu d'vne coniunction copulatiue, peult auoir le verbe & l'adiectif du nombre plurier:* vt Ouidius. 4. Metam. Littora cum plausu clamor, superásque deorum Impleuere domos, *Le cry & frappement des mains ont remply le riuage & les hautes maisons des dieux.* Apuleius, Postquam finitum est illud Paridis iudicium, Iuno quidem cum Minerua tristes, & iratis similes à scena redeunt, indignationem repulsæ gestibus professæ, *Apres que le iugement de Paris fut faict, Iuno & Minerue s'en retournerent de l'eschauffaut tristes & comme courroucees, monstrans apertement par leurs gestes, le despit qu'elles auoient d'estre repoussees.* Virgil Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt, *Quirinus auec son frere Remus exercerent la iurisdiction.*

Disiūctiuæ particulæ aliquando vim copulatiuarū habent.

In quibus & similibus, Cum pro Et, sumitur, ablatiuúsque in casum præcedenti similem, resolui debet: vt Ilia cum Lauso, id est, Lausus. Iuno cum Minerua, id est, Minerua. Quirinus cum Remo, id est, Remus.

Præterea te non latebit coniunctionem disiunctiuam aliquando vim copulatiuæ habere, & sic reddere valorem pluralem, in sacris: vt Vir siue mulier cùm fecerint votum, *Si le mary ou la femme ont faict vœu.* Si frater aut soror nudi fuerint. *Si le frere ou la sœur sont nuds.*

SYLLEPSIS, ID EST, CONceptionis, ceu comprehensionis regula.

Persônam atque genus semper dábimus magè digno.
Prima quidem réliquis præstat: ternǽque secúnda.
Mascúleum réliquis præstat, neutro muliêbre.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Semper dabimus (continuè aptabimus, accommodabimus) *nous accommoderons & adapterons toujiours.*
Personam (verbi sup.) *la personne du verbe.*
Atque genus (adiectiui & relatiui sup.) *& le genre de l'adiectif, & relatif.*
Magè digno (id est, digniori generi vel personæ) *au genre ou personne la plus digne & noble, quand ils sont diuers.*

Appendix.
Prima quidem (persona sup.) *la premiere personne.*
Præstat reliquis (dignior est duabus aliis personis) *est plus noble, & excelle les deux autres personnes.*
Ternæque secunda (præstat sup.) *& la seconde personne est plus digne que la troisiesme.*
Masculeum (genus sup.) *le genre masculin.*
Præstat reliquis (generibus sup.) *est plus noble que les autres genres.*
Neutro muliebre (id est fœmininum genus dignius est neutro genere) *& le genre feminin est plus noble que le neutre.*

Hac in regula docet Despauterius dignitatem quandam esse inter genera & personas: est enim masculinum dignius fœminino & neutro, & fœmininũ neutro. Item, prima persona præstantior est aliis duabus: secũda porrò præstat tertiæ. Quod ideò dictum est, quia verbum & adiectiuum debent respondere & conuenire cum digniori: *L'adiectif, relatif & verbe, mis auec plusieurs substantifs de diuers gẽres, nombres, ou personnes, s'accorderont auec le plus noble. Or entre les genres, le masculin est le plus noble de tous, & apres luy le feminin: entre les nombres, le plurier: entre les personnes la premiere, & apres elle la seconde.*

Exemplum de persona: vt Cicero ad Terentiam, Si tu & Tulliola nostra valetis, ego & Cicero suauissimus valemus, *Exemplum de persona.*

Si toy & nostre petite fille Tullia vous portez bien, moy & Cicero mon petit mignon, nous portons bien. Horat. Si modò ego & vos Scimus inurbanũ lepido ſeponere dicto, *Si nous ſçauons distinguer entre le parler elegant & le rustique.* Vbi quidem videre eſt, quomodo prima perſona cõcipiat ſecundã, & ſecunda tertiam.

Exemplum de genere. Exemplum de genere: vt apud Ciceronem, Conſilia cœtúſque hominum iure ſociati, *Les conſeils & aſſemblees des hommes ont eſté conſociez par droict.* Ter. Domus, vxor, liberi inuẽti, inuito parte, *La maiſon, femme & enfant ont eſté trouuez contre le vouloir du pere.* Lucanus, Hinc leges & plebiſcita coactæ, *Les loix & ordonnances du peuple ſont contrainctes.*

Exemplum de Cum præpoſitione. Et cum præpoſitione Cum. Virgil. Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum, id eſt, ego & Iphitus & Pelias diuellimur, *Moy & Iphitus & Pelias eſchappaſmes de là.* Idem, Hanc tecum genitor cunctis celebrabitis annis, hoc eſt, tu & genitor, &c. *Vous la celebrerez tous les ans, toy & ton pere.*

Hoc autem genus loquendi, cùm ſcilicet adiectiuum aut relatiuum, vel verbum ad duo ſubſtantiua diuerſorum generum, vel numerorum, vel perſonarum relatum, digniori tantùm conuenit, vt in exemplis ſuprà adductis. Grammatici Syllepſin Græcè, Conceptionem ſiue Comprehenſionem Latine vocant, eam nimirùm ſic finientes:

Syllepſis Græcè, Latine dicitur conceptio.

Conceptio quid. Conceptio, eſt mediata indignioris ad dignius reductio: vt Ego & tu ſumus in tuto, *Moy & toy ſommes en ſeureté.* Dicitur autem mediata, quia explicitè vel implicitè mediat cõiunctio, vel præpoſitio Cum.

Duo in conceptione ſunt animaduertenda. Circa quam diffinitionem duo ſunt animaduertenda. *Primum.* Primum, dubiũ eſſe an fœmininum genus dignius ſit neutro: quod negat Linacer nõnullis locis ex authoribus adductis, à qua ſententia non abhorret Ioãnes Pelliſſo, cuius eſt hoc exemplum: Lena & ſcortum ſunt reipublicæ pernicioſa, *La maquerelle & la putain ſont pernicieuſes en vne republique.* Illud autem ex Lucano ſuprà adductum deprauatum eſſe putat Linacer. *Secundum.* Secundum, non ſemper nobiliori, ſed aliquando viciniori reſpondere verbũ vel adiectiuũ, præſertim cùm numero ſingulari efferuntur: vt apud Cæſarem, Cingentorigi principatus, atque imperium eſt traditum. Hic viciniori, nõ digniori reſpondet adiectiuum. Liuius, In diſcrimine eſt genus humanum, vtrum nos an Carthaginenſes, principes orbis terrarum videantur, *Le genre humain eſt en grand debat, qui doiuent eſtre les Princes du monde, ou nous, ou les Carthaginois.* Vbi

quidem

quidem verbum non digniori, sed viciniori respondet. Sed hæc ad Zeugma figuram pertinent.

Est autem Conceptio quadruplex, personarum, generum, numerorũ, & casuum. Conceptio personarũ fit, cùm diuersarum personarum nominatiuis inter se iunctis, verbũ plurale infertur, quod personæ digniori respondet: vt Ego & vicinus concertauimus, *Moy & mon voisin auons eu debat ensemble.* Tu & frater bellè conuenitis, *Toy & ton frere vous accordez bien.* Sic Terentius: Hæc si neque ego, neque tu fecimus, non siuit egestas facere nos, *Si moy ny toy auons ce fait, l'indigence nous a gardez de le faire.* *Conceptio quadruplex.* *Personarum.*

Conceptio generum, est in qua vnum genus concipit alterum: vt, Pater, matérque sunt boni. Bos & iumentum sunt ad præsepè ligati, *Le bœuf & la iument sont liez au rateuer.* *Generum.*

Conceptio numerorum propriè fit, cùm diuersorũ numerorum nominatiuis inter se iunctis, infertur verbum plurale: vt, Milites & imperator pugnant, *Le conducteur de l'armee & les gens d'armes se combattent.* Sed & illa numerorum Conceptio est, quando duo, vel plura singularia coniuncta, respõdent vni verbo plurali: vt apud Virgil. Furor, iráque mentẽ Præcipitãt. Et in quibus generum & numerorũ conceptiones concurrunt: vt Liuius, Fregellis murus & porta de cœlo tacta erant. Et Salust. Genus, ætas, eloquentia propè paria fuerunt. *Numerorum.*

Conceptio casuũ fit, cùm nominatiuo & ablatiuo inter se cohærentibus, verbum vel adiectiuum additũ, pluraliter effertur: vt Virgil. Remo cũ fratre Quirinus Iura dabat, &c. Et Ouid. 4. Metamor. Littora, cum plausu, clamor superasque deorum Impleuere domos. Item 2. Metamorph. Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strimone siccat. *Casuum.*

REGVLA INDIFFERENTIAE.

Sin res absque ánima, ponêtur móbile neutrum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Sin res (id est, si res significata per substantiua, scp.) *Si les choses [illegible] par le substantif, sont.*
- Absque anima (inanimatæ) *sans ame, c'est a dire, qu'elles n'ayent point d'ame.*
- Mobile (adiectiuum) *l'adiectif [illegible] auec ce substantif.*
- Ponetur neutrum. *[illegible] au neutre genre.*

Superior regula propriè de reb⁹ animatis intelligi debet: nã de inanimatis hæc extat, cuius sensus est: Si duo aut plura substantiua vni adiectiuo præposita, significét res inanimatas, adiectiuum neutro genere ferè semper ponetur, *Quand les substantifs signifient choses qui n'ont point d'ame, l'adiectif plurier sera du genre neutre.* Liuius, Labor, voluptásque dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt annexa, *Labeur & volupté, qui sont d'vne nature differente, sont liez l'vne auec l'autre par quelque societé naturelle.* Salust. in Catil. Huic ab adolescentia, bella intestina, cædes, rapinæ, discordia ciuilis, grata fuère, *Guerre entre les citoyens, meurtres, rapines, discorde ciuile, luy ont pleu dés son adolescẽce.* Aristoteles, Requies & iocus in vita sunt necessaria, *Repos & ieu sont necessaire a la vie.* Salust. Diuitiæ, decus, gloria, in oculis sita sunt, *Les richesses, honneur & gloire gisent és yeux.* Cicero, Quam similitudinem natura, ratióque, ab oculis ad animum transferens, multò etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factísque conseruanda putat, *Laquelle comparaison, nature & raison transportant des yeux à l'entendement, iuge beaucoup plus grande beauté, cõstance, & ordre, deuoir estre gardez en tous noz faicts & conseils.* Liuius, Tempus & ratio administrandi belli, libera Prætori permissa sunt, *Le temps & la maniere de conduire la guerre ont esté remis en la liberté du Preteur.*

Quare dicitur regula indifferentiæ.

Dicitur autem hæc regula, regula indifferentię, propterea quòd substantiua possunt esse sine differentia cuiuslibet generis. Quod etiam non solùm vbi sunt diuersorum generũ obseruatur, sed etiam si eiusdẽ sint: vt Salustius duobus fœmininis neutrũ plurale iunxit, cùm inquit, Nox & pręda hostē remorata sunt, *La nuict & pillage ont occupé & retenu l'ennemy.* Item, Ira & ægritudo permixta sunt, *Colere & ennuy sont meslez ensemble.* Celsus, Non difficillima curatio est, si imperata sint corpori sitis, quies, inedia, *La cure n'est pas difficile si on faict endurer au corps soif, repos & faim.* Virgilius duobus adnexuit masculinis: Quum Daphnidis arcum Fregisti & calames, quæ tu peruerse Menalca, Et quum vidisti puero donata dolebas, *Quand tu rompis l'arc & chalumeau de Daphnis, toy meschant estois marry & enuieux dequoy ils luy auoient esté donnez.* Cicero etiam: Eadem mente comprehendimus colorem, saporẽ, odorem, sonum, quæ nunquam animus cognosceret, nisi esset sempiternus, *Par la mesme pensee & cogitation nous comprenons la couleur, saueur, odeur, le son, lesquels l'entendement ne pourroit*

Neutrum plurale iunctum duobus fœmininis.

Adiectiuum plurale connexum duobus masculinis.

cognoistre, s'il n'estoit eternel.

Verùm non hoc semper obseruatur: fit enim aliquãdo cõceptio generum, quando res sunt inanimatæ, sed rarissime: vt apud Ciceroné in Somnio Scipionis, Concilia, cœtúsque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. *Les congregations & compagnies du peuple par droict associees, qui sont appellees citez.* Et apud Cęsarem, Opera munitionésque propè esse perfectas, *Les forteresses & munitions estre presque paracheuees.* *Conceptio generum in rebus inanimatis.*

Terentius è diuerso, rebus animatis adiunxit genus neutrum in Eunucho, cùm inquit, Atque hæc qui misit, non solùm sibi postulat te viuere. vbi quidem ad Eunuchum & ancillam refertur Hæc. *Et celuy qui vous a enuoyé ces choses, n'a pas affaire que vous soyez totalement à luy seul.* *Neutrũ genus rebus animatis adiunctum.*

CONCEPTIO GENERVM *implicita.*

Implícitam vócites génerum Sylléпsin, Vtérque
Est probus. At debent mas & fœmélla notári.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Vocites (vocabis) *tu appelleras.*
Syllepsim implicitam, *ceste figure Syllepsis enueloppee & embrouillee.*
Generum, *faite entre diuers genres.*
Res.gr. Vterque est probus (hanc loquendi formulam) *ceste maniere de parler & semblables, esquelles les substantifs ne sont point exprimez.*
At mas & fœmella (vir & mulier) *mais l'homme & la femme.*
Debent notari, *doiuent estre signifiez: c'est à dire, que ceste figure embrouillee ne se fait sinon quand on parle de l'homme & de la femme.*

Duplex est Syllepsis: vna explicita, altera implicita. Explicita est, quando duo substantiua explicantur in oratione cum adiectiuo: vt Petrus & Anna sunt pij: sicque per omnes casus: vt Misereor Roberti & Susannæ pauperrimorum. Faueo Carolo & sorori optimis. Diligo patrem matrémque probissimos. O pater matérque clarissimi! Vtor familiariter Paulo, eiusque sorore clarissimis. *Syllepsis duplex. Explicita.*

Implicita verò est, quando substantiua non explicantur, sed in vna dictione intelliguntur, *Quand les substantifs ne sont* *Implicita.*

point exprimez, mais seulement sont entendus en vne seule diction, comme, vterque, *d'où telles manieres de parler sont appellees*, Syllepsis implicita. Virg. de Cupidine & Venere, Procumbit vterque Pronus humi, *L'un & l'autre chet tout plat à terre.* Ouid. de Marte & Venere Impliciti laqueis, nudus vterque iacent, *Tous deux liez de lacs, demeurent couchez en terre tous nuds.* Idem de Phædra & Hippolyto, In magnis læsi rebus vterque sumus, *Nous sommes tous deux grandement blessez.*

Et in his, Erat vterque nudus, de Adamo & Eua intelligens: Nullus homo currit: Vterque est probus: Vter parentum tuorum est mortuus: Quis fecit? Aliquis fecit: Hi sunt homines quos volebas conuenire. Vbi quidem adiectiuum comprehendit virum & fœminam: quod necesse est, alioqui nulla esset figura. Terent. Heus iubete istos foras exire, quos iussi ocyus, *Hola faites sortir dehors vistement ceux que i'ay commandé*. In qua quidem oratione, Syllepsis est implicita, quia in Istos, comprehenduntur Eunuchus & Æthiopissa. Item in hac, Latona peperit geminos, scilicet Apollinem & Dianam, Syllepsis est.

PROLEPSIS SIVE PRAE-occupatio.

In partes totum partîtur ritè prolêpsis,

Cum verbo pósitum. Tácitam quãdôque vidèbis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula generalis.
- Prolepsis (hæc figura, Latinè Anticipatio dicta) *ceste figure de Grammaire ainsi appellee.*
- Ritè partitur (venustè disiungit) *bien & deuement diuise & departit.*
- Totum (id est dictionem generalem) *la diction generale en et comprenant ce qu'on veut dire.*
- Cum verbo positum, *mise premierement auec le verbe.*
- In partes *en parties ou especes.*

Appendix.
- Quandoque videbis (eam syllepsin sup.) *tu verras & trouueras aucune fois ceste figure.*
- Tacitam (id est, sine expressione aut totius, aut partium) *sans explication du tout, ou des parties.*

Prolepsis quid. Prolepsis, partitio seu distributio quædã est, cùm videli-

cet generalis quædam dictio præcedit,& rursus in partes deducitur diuersis numeris aut personis, verbo non repetito. Prolepsis, *vaut autant à dire, comme anticipation ou preoccupation. Elle se faict, quand vne diction premierement mise en sa generalité, puis apres est diuisee en ses especes ou parties.*

Sed ea dupliciter fit. Aliquando enim verbum præcedit,& dictioni vniuersali coniungitur. *Elle se fait en deux sortes. L'vne, quand le verbe est mis auec la diction generale:* vt Discipuli student, hic Rhetoricæ, ille Dialecticæ. Et, Cepêre captiuos, alios quidem integros, alios quidem saucios, *Ils ont prins les captifs les vns entiers, les autres naurez.* Inuitati ad nuptias noluerũt venire, sed abierunt, vnus quidem in villam suam, alij verò ad negotiationes suas, *Les inuitez aux nopces n'y ont point voulu venir, mais s'en sont allez l'vn en sa metairie. les autres à leurs marchandises.* Hic propter dictionem vniuersalem Inuitati, verbo Abierunt iunctam in partibus ornatè idem verbum intelligitur. Sic Vnus abiit in villam suam,& alij abierunt in negotiationes suas. in quibus quidem partibus turpiter exprimeretur. Sic Virgil. Compulerántque greges Corydon,& Thyrsis in vnum: Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas, *Thyrsis & Corydon auoient amassé ensemble leurs troupeaux, l'vn les brebis, l'autre les chéures.* Milites redeunt, hic ex Hispaniis, ille ex Gallis. Quòd si nunc dictio vniuersalis nominatiuus sit verbi, ipsum mutuabitur ab ea ipsa dictione sua accidentia. *Prolepsis fit dupliciter. Primò.*

Aliquando verò verbum cum partibus adhibetur, & tunc collectionis dictio præcedet. *L'autre sorte est, quand le verbe est mis auec les parties.* vt, Aquilarum alia ab occidente, alia ab oriente volat. *Secundò.*

Obseruandum verò est dictionem illam, quæ in partes diuiditur pluralē esse oportere: vel re, vt in superioribus exẽplis: vel significatione: vt Auitij generis, aliud est terrestre, aliud aquatile. Præterea verbum vel adiectiuum totius, hoc est, dictionis pluralis numeri, aut dictionis collectiuæ, aliquando in fine pulchrè poni: vt Salust. in Catil. Exercitus duo, vnus ab vrbe, alter a Gallia obstant, *Deux armees d'ennemis luy donnent empeschement, l'vne de la ville, & l'autre de la Gaule.* *Obseruatio.*

Terent. Ego vapulando, ille verberando, vsque ambo defessi sumus, *Nous nous sommes totalement lassez tous deux: moy en endurant les coups & luy en me battant.*

Est autem prolepsis, attributio proprietatis, toti diuiso in suas partes, quæ totius proprietatem vario modo continet: *Prolepsis quid.*

vt Omnes ſtudent, hic ſcientiæ, ille pecuniæ, alius Veneri.

Prolepſis implicita.

Tacitam quandoque &c. Eſt etiam Prolepſis quædã implicita. Et ſit, quando dictio illa vniuerſalis, vel partes in quas diuiditur generalis, non exprimuntur, ſed in aliis ſubintelliguntur: tunc enim ſi literam inſpicias, nulla videtur ineſſe figura: ad animum verò reuocata, perſpicitur. *Aucunefois ceſte Anticipation eſt enueloppee & embrouillee: ce qui ſe fait, quãd la diction generale, ou les parties non exprimees, ſont compriſes en d'autres:* vt, Alter alterius onera portate, *Supportez l'vn l'autre.* vbi quidem Vos intelligitur in verbo Portate: Partes verò, in Alter. Sic, Diſcimus tu Grammaticam ego Logicam: vbi totum Nos, ſubintelligitur in verbo Diſcimus. Item, Nos diſcimus vterque Grammaticam: vbi quidem partes Tu & ego, intelliguntur per Vterque. Terentius, Curemus æquam vterque partem, tu alterum, ego item alterum: *Soucions nous par egal, toy de l'vn, & moy auſsi de l'autre.* Hic totum Nos intelligitur in verbo Curemus, & partes continentur in diſtributiuo Vterque. Senſus enim eſt, Nos curemus: vterque ſup. curet æquam partem. In quibus exemplis etiam Syllepſis, & Syntheſis incurrunt.

ZEVGMA SEV CONNEXIO.

Vnîus eſt verbi ad diuérſa redúctio
 Zeugma,
Aut adiectíui. Nihil hîc niſi cârmina
 deſunt.
Irâtus rex eſt, regináque, nõ ſine cauſa.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.

Zeugma, *ceſte figure appellee en François Liaiſon.*
Eſt reductio (reuocatio) *c'eſt vne reduction, vne repetition, vn r'appelement.*
Vnius verbi aut adiectiui, *d'vn verbe ou d'vn adiectif.*
Ad diuerſa ſup. ſubſtantiua, ad vnũ quidem expreſſe, ad reliqua verò ſubaudite) *à diuers ſubſtantifs, à l'vn exprimé, aux autres ſous-entendu.*
Nihil hic niſi carmina deſunt, *comme il appert par les exemples ſuiuans: car en ce premier,* deſunt *eſt exprimé auec* carmina, *&*

doit estre sous-entendu auec nihil.
Iratus rex est, regináque, &c. *en ce second exemple,* Iratus, *est mis auec* rex, *lequel aussi doit estre entendu auec* regina.

Quoties verbum vel adiectiuum cum duobus vel plurib⁹ substantiuis positum ad alterum per subauditionem referri debet, Zeugma dicitur. Zeugma enim adiunctio seu connexio Latinè dicitur, *C'est à dire, Liaison est vne figure, par laquelle vn verbe ou adiectif mis auec plusieurs substantifs s'accorde en ses accidens auec le plus pres, & auec les autres seulement par repetition:* vt Virgil. Semper honos, noménque tuum, laudésque manebunt, *Ton honneur, ton bruit, & tes louanges demeurent à iamais.* Idé, Hìc illius arma, hìc currus fuit, *Icy estoient ses armes & son chariot.* Idem. Quanuis ille niger, quanuis tu candidus esses, *Iaçoit qu'il fust noir, & que tu fusses blanc.* Caper est tibi saluus & hœdi, *Ton Bouc est sauué, & tes Chéures aussi.* Non aurum fœminam exornat, sed mores boni, *Ce n'est pas l'or, mais les bonnes mœurs qui honorent la femme.* *Zeugma quid.*

Vbi quidem hoc obseruatur à Grammaticis, vt viciniori non respondeat, nisi aut comparatio, aut similitudo aliqua fiat: tunc enim remotiori consentiet. *Vray est que si on fait comparaison auec les deux substantifs, qu'il s'accordera auec le plus loing:* vt, Melius ego istud, quam vos fecissem. Hoc ille ita prudenter, vt ego fecisset. Plautus, Ille perinde vt tu liber est, *Il est aussi franc que toy.* Cicero, Nihilò magis ego quàm vos subsidio Domitio ire possum, *Ie ne pourray aller secourir Domitius non plus que vous.* Terét. Talem filium nulla nisi tu pareret, *Il n'y a femme qui engendrast tel enfant que toy.* Salust. Numidas in omnibus prœliis, magis pedes, quàm arma tutati sunt, *Les pieds ont plus gardé les Numides en toutes guerres que les armes.* *Quando verbum vel adiectiuum viciniori substantiuo non respondet.*

Poëtæ tamen metri necessitate coacti, etiam viciniori cōiunxerunt: vt Virgil. Nihil hìc, nisi carmina desunt. Ouid. Quid nisi secretæ læserunt Phyllida syluæ?

Est itaque Zeugma vnius proprietatis, id est, verbi vel adiectiui ad diuersa substantiua reductio: ad vnū quidem expressè, ad alterū vero intellectè: vt, Carus est panis & vinū. Ego sicut fœnum arui. Cicero, Nihilne te nocturnū præsidiū palatij, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil cōcursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus senatus habendi locus, nihil horum ora vultusque mouerunt? *Zeugma quid.*

Differt autē Zeugma à Syllepsi dupliciter. Primò quòd in Zeugmate, adiectiuum vel verbum cum vno tantùm con- *Zeugma differt a Syllepsi duplici ratione.*

structum, in aliis subauditum, repetendũ sit. In Syllepsi verò, eo coniunctim cum omnibus constructo, non est repetitione opus. Secũdò, in Zeugmate adiectiuũ & substantiuũ ferè viciniori respondent: in Syllepsi autem, omnibus quidem respondent, sed mutatis accidentibus à digniori, vbi diuersa sunt accidentia.

Secundò.

Atque sic vulgò de hac figura Grãmatica disseri solet, vt sit tãtummodò adiectiui vel verbi reductio. Nõ desunt tamen, quibus videatur latiùs patere, complectíque omnẽ cuiuscunque dictionis, quocũque loco, & in quacunque clausula fiat, subauditã repetitionem. Quare hîc erit Zeugma, Probus non solùm præsentes amicos colit, sed etiam absentes obseruat, *L'homme de bien non seulement tient conte de ses amis presens, mais aussi a souuenance des absens.* Supplẽdum enim est in posteriori clausula Probus, & Amicos. Sic, Virgilius est qui enarratur: qui scilicet Virgilius. Niger homo qualis Aethiops, sup. homo. Magni nominis erat, quãti quisque, sup. nominis, *Il auoit aussi grand bruit qu'autre qui fust.* Cẽtum excitauit naues, quot nemo alius, sup. naues excitauit. Credibile est illud fecisse: nam frater non negat, sup. fecisse.

Zeugma, quã late pateat, contra eos, qui ipsam ad adiectiui vel verbi reductionem tantùm contrahant.

Et in eo genere, vbi post vnum adiectiuum, suppositum, aut obliquum geminãtur. Nec, neque, &, tum, aut, vel, partim, consimilésque particulæ: vt Nulla virgo est dicẽda vel corrupto animo, vel corpore. Tu neque legis, neque me legere permittis. Tibi neque obfui, neque profui. In quibus obseruandũ est, id quod repetitur positum ante supradictas particulas, necessariò cõsentire oportere in debitis accidẽtibus, vel constructione cum his in quibus subauditur repetitum. Secus incongrua atque inepta fuerit oratio. Proinde incongruè dixeris, Non expetenda neque gloria, neque diuitiæ. Nulla virgo est dicẽda corrupto vel corpore, vel mẽte. Optima sunt & mente & viribus. Nam adiectiua, Expetenda, Corrupto, & Optima, discordãt à posterioribus substantiuis. Dicendum ergo est, Neque gloria expetenda est, neque diuitiæ: vt expetẽdum adiectiuũ ponatur in medio. Aut sic. Neque gloria, neque diuitiæ sunt expetendæ. Item, Nulla virgo est dicenda vel corpore corrupto, vel mẽte corrupta. Et, Optima sunt mente, & viribus optimis. Aut, Sunt mente & viribus optimis. Legitur tamen apud Ciceronem in Philippicis, Optima sunt & mente, & viribus, sed mendosè, vt putat Laurentius.

Secundò.

Incongrua oratio.

Ineptæ sunt & sequẽtes, Tu nec faceres, nec ego permitterem. Tibi neque obfui, neque iuui. Ille mihi, nec nocuit vnquam, nec adiuuit. Ego eum nec offendi, nec profui. Hæc omnia partim ex literis meis disces, partim nuncius docebit. Puto tum ex superioribus literis omnia te intellexisse, tum ex his intelligere potes. Quoniam in prima & quinta, nominatiuus Tu: in secunda, tertia & quarta, obliqui Tibi, Mihi, & Eum, nulla ratione cum posteriori verbo conueniunt. in vltima verbum Puto, posteriori clausulæ connecti nõ potest. Atque (vt iam dixi) conuenire debet vel accidẽtibus, vel cõstructione, hoc modo: Nulla virgo dicẽda est corrupto vel corpore vel animo. Ille mihi nec nocuit vnquam, nec profuit. Nõ est expetẽda neque gloria, neque infamia. *Locutiones ineptæ.*

Quòd si præpositum id quod debet repeti, non possit cum vtroque conuenire, illi præponetur particula, quæ geminatur, sic: Nec tu faceres, nec ego permitterẽ, sup. facere. Neque tibi nocui, neque iuui. Partim posses cognoscere ex aliorũ sermone, partim docebit te ipse tabellarius. Ille mihi nec nocuit vnquam, nec adiuuit. Postremum sic: Puto tum ex superioribus literis te omnia intellexisse, tum ex iis intelligere posse. Vel non geminabuntur particulæ: vt, Nulla virgo est dicenda corrupto corpore & mente. Gloria non est expetenda, neque diuitiæ. *Per geminatas particulas ornata locutio.*

Quæ hactenus dicta sunt, ex Laurentij sententia sunt deprompta, contra quam si nihil est audendum, reprehendendus erit Terẽtius, qui sic loquitur: Quẽ neque pudet quicquam, nec metuit quenquam, nec legem se putat tenere vllam, *Qui n'a honte de chose quelconque, ny ne craint personne, ny ne tient conte d'aucune loy.* Et Cicero de Prouinciis Consularibus: Nam posteà me, vt sibi essem legatus, non solum suasit, verùm etiam rogauit, *Car apres il m'a non seulement exhorté, mais aussi prié que ie luy fusse legat.*

ANTIPTOSIS, SEV CASVS *pro casu positio.*

Antiptôsis erit, pro casu pónito casũ.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Ponito casum pro casu, *Mets vn cas pour vn autre,* (& tunc, sup.) *& lors.*
- Antiptosis erit, *sera faite en telle maniere de parler cest à sçauoir.*

Antiptosis, est casus pro casu positio sub aliqua proprieta- *Antiptosis quid.*

Antiptosis, quando antecedens imitatur casum relatiui.

te ad Græcorum imitationem & consuetudinem, *Antiptosis, est vne figure, quand vn cas est mis pour vn autre.* Ea tamen fit peculiariter, teste Melanthone, cùm contra analogiã antecedens imitatur casum relatiui. vt Virgil. Vrbem quã statuo, vestra est, subducite naues. Et Terent. Populo vt placerent quas fecisset fabulas. Idem, Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit? Et similia.

Nominatiuus pro vocatiuo.

Sed tamen & alij casus pro aliis positi inueniũtur: veluti nominatiuus pro vocatiuo apud Virgil. Proiice tela manu sanguis meus, pro mi, *Mon sang iette les traicts que ie tiens à la main.* Item, Muscosi fontes & somno mollior herba. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra, Solstitiũ pecori defendite, &c. pro, Et, arbute, quæ tegis eos rara vmbra. Itẽ apud Persiũ, Vos ô patricius sanguis, quos viuere fas est, Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ: pro, ô patricie sanguis.

Vocatiuus pro nominatiuo.

Rursus vocatiuus pro nominatiuo: Persius, Stémate quòd tusco millesime ducis, pro millesimus. It, Vel quòd trabeate salutas, pro trabeatus, *Qu'en saluant on vous appelle monsieur.*

Nominatiuus pro genitiuo.

Nominatiuus pro genitiuo: Virgil. Creta genus Pholoë, gemini circum vbera nati, pro, Cretẽsis generis, *La seruante du pays de Crete, appellee Pholoe auec deux enfans entour ses tetins.*

Datiuus pro accusatiuo.

Datiuus pro accusatiuo: vt, It clamor cælo, id est, vsque ad cælum, *Le bruit monte iusques au ciel.* Plautus in Truculento, Alienis rebus curas, pro alienas res, *Tu te soucies des affaires d'autruy.*

Accusatiuus pro nominatiuo.

Accusatiuus pro nominatiuo: vt Pomponius apud Noniũ, Quot lætitias insperatas modò mihi irrepsère in sinũ? pro, Quot lætitiæ insperatæ, *Combien de ioyes que ie n'esperois pas sont maintenant entrees en mon cueur!* Contrà nominatiuus pro accusatiuo: vt Catullus, Phaselus iste, quẽ videtis hospites, ait fuisse nauium celerrimus, pro celerrimum. Lucanus, Tutúmque putauit Iam bonus esse socer, pro socerum. Ouid. Acceptum refero versibus esse nocens, pro nocentẽ. Sic & Terentius, Quæ sese optauit inhoneste parare hic diuitias potiùs, quam in patria honestè pauper viuere, &c. pro pauperem.

Nominatiuus pro accusatiuo.

Ablatiuus pro genitiuo. Et pro datiuo.

Ablatiuus pro genitiuo: vt Plautus in Casina, Habet gladium: sed duos, quibus altero te occisurum ait, altero villicum: quibus, id est, quorum. Item ablatiuus pro datiuo: vt Virgil. 10. Aeneid. Concurrunt, hæret pede pes, densúsque viro vir: pro, pedi. In eode, Forte ratis celsi iuncta crepidi-

ne saxi, Expositis stabat scalis, & ponte parato: pro datiuo crepidini, teste Seruio.

Est autem Antiptosis elegantissima quidem figura, quãdo casus ponitur pro casu, si tamẽ iudicio & ratione id fiat. Neque enim licebit cuique alium casum pro alio vsurpare pro arbitrio nisi tantus is fuerit, quanti fuerunt hi, apud quos hæ dicendi formulæ reperiuntur, & æquè parcè vtatur.

Antiptosis figura elegantissima.

Sunt autem aliquæ locutiones receptissimæ, quibus vti pro arbitrio licebit nobis: quales sunt, vbi genitiuus præponitur verbo Venit, pro recordor: vt, Platonis venit mihi in mentem. Et, Huius dici venit in mentem: & similia. *Il me souuient de Plato: & i'ay souuenance de ce iour là.* In quibus tamen nonnulli Eclipsin esse volunt.

Locutiones per Antiptosin receptissimæ.

Datiuus etiam pro ablatiuo vsurpari solet, per regulam, Ternum pro quarto. Itẽ hæ locutiones, Hoc genus, Omne genus, Id genus, Id ætatis, Id authoritatis, Id tẽporis, Id locorum, pro genitiuo elegantissimè ponuntur. Cic. de Oratore, Satis, superque hominibus id ætatis. pro eius ætatis. Sueton: Diéque proximo, omne genus rerum missilia sparsit: pro, omnis generis, *Le iour suiuant il ietta parmy le peuple des presens en grande largesse.* Gell. lib. 17. Aristotelis libri sunt omne genus elegantiæ referti, *Les liures d'Aristote sont farcis de toute maniere d'elegance.* Idem lib. 1. cap. 10. Quod genus homines eloquentes appellati, *Laquelle maniere de gens, &c.* Suetonius in Tito, Quinque millia omne genus ferarum, id est, omnis generis, *Cinq mille de toute sorte de bestes sauuages.* Tacitus, Romanorum nemo id authoritatis aderat, vt promissa eius magni penderentur: pro eius authoritatis, *Il n'y auoit aucun Romain de telle authorité & credit, qu'on donnast grande foy à ses promesses.* Idem, Mos habebatur principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus, sedentes vesci in aspectu propinquorũ, &c. id est, eiusdem ætatis, *La coustume estoit que les enfans des Princes mangeassent auec les autres gentilshommes de leur aage, assis deuant les parens.* Idem, Armeniam petiuit, id temporis importunam, *Il s'en alla en Armenie, qui en ce temps estoit fascheuse.* Oppius de bello Hispanico, Incidit idem temporis, vt tempestate diuersa vehementique vento affictarẽtur, *Il aduint en ce mesme temps, qu'ils estoient tourmentez par tempeste & grand vent.* Boëtius secundo de Consolatione Philosophi. Parthis, cæterisque id locorum gentibus, *Aux Parthes & autres nations de ce pays là.*

Alia loquendi formula & venustissima per Antiptosin.

SYNTHESIS SEV COMMIXTIO.

Synthesis haud vocem, sed cernit significâtum.

Rem magis inspíciunt, quàm vocem sæpè poétæ.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Synthesis, *c'est figure qui vaut autant à dire, comme mixtion.*
Haud cernit vocem, *ne regarde pas la diction, ne la nature de la diction.*
Sed significatum (sup. cernit) *mais regarde, ou a esgard a la signification & importance d'icelle diction.*
Poëtæ sæpè rem magis inspiciunt, *les poëtes considerent plustost la chose signifiee.*
Quàm vocem, *que la nature de la diction.*

Synthesis quando fit. Synthesis fit, cùm adiectiuum vel verbum plurale respondet nomini multitudinis singulari, quod non ad vocem, sed ad intellectum refertur. Synthesis, *c'est à dire, commixtion, est une figure par laquelle aucunesfois on rompt les accords de Grammaire, selon que requiert la chose signifiee, de laquelle il est parlé, contre la nature des dictions*: vt Virgil. Pars epulis onerant mensas, *Une partie chargent les tables de viandes.* Vbi quidem Pars est numeri singularis, & Onerant pluralis, sed secundum rem significatam conueniunt. Nam in his loquendi formulis, ad intellectum refertur constructio, non ad vocem.

Synthesis fit tripliciter.

1. Id autem fit nunc per genera: vt Terēt. Vbi ille est scelus, qui me perdidit? *Ou est le meschant qui m'a mis en danger?* Idem, Senium qui me remoratus est, & scelus ludificatus, *Ce vieillard qui m'a retenu, le meschant qui m'a deceu.* His similia sunt illa apud Terentium, In Eunuchum suam. Et apud Virg. Magna inuehitur Centauro. Rursus apud Curtium. Duodecim millia crucibus affixi, *Il y en a douze mille, qui ont esté crucifiez.* Item, Mea Glycerium, mea Doricum.

2. Nunc per numeros vt apud Virg. Pars volucres factæ. Idē. Pars in frusta secant, verubúsq; tremētia figunt, &c. *Les vns les diuisent en pieces, & les embrochet, ainsi qu'ils remuoient encores.*

3. Nunc per numeros & genera simul: vt Virg. Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi, *Il y auoit icy vne bande de gens, qui auoient esté blessez en bataillant pour le pays.* Idem, Pars

mersi tenuere ratem. Rursus, Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem. Huc & Terentij illud pertinet, Aperit aliquis actutum ostium. Et quæ similis formæ sunt, in quibus quidem Synthesis & Euocatio etiam concurrunt: quale est item illud quod ante ex Ouidio retulimus, In magnis læsi rebus vterque sumus.

Fit autem potissimùm Synthesis in nominibus multitudinis, quæ Grammatici vocant Collectiua & Distributiua: qualia sunt Gens, turba, manus, populus, pars, quisque, vterque, cœtus, exercitus, legio, grex, &c. quæ singulari numero multitudinem significant, quemadmodum superioribus exemplis plus satis patuit. *Fit præcipuè Synthesis in Collectiuis & Distributiuis nominibus.*

Contingit & in Epicœnis siue promiscuis nominibus, ad sexus discretionem: vt est illud, Anser erat quondam precioso gramine fœta, *Il y auoit au passé vne oye pleine & grasse de bonnes herbes* Plaut. in Sticho. Audiui sæpe hoc vulgò dicier solere, Elephantum grauidam perpetuò decem esse annos, *I'ay souuent ouy dire, que l'Elephant porte dix ans continuels.* *Epicœnis.*

Aut in communioribus subauditis: vt Præneste sub ipsa, supple, vrbe. Albula pota, sup. aqua. In Eunuchum suã, sup. fabulam aut comœdiam. *Communioribus subauditis.*

Aut in abstractis nominibus, id est, substantiuis deductis ab adiectiuis. vt Scelus ludificatus: Senium remoratus. *Abstractis nominibus.*

Hæc figura in poëmatis & historiis parcè inserta venusta est: in epistolis, orationibus, aliisque compositionibus, vt parcius adhibetur, ita venustior est: sed parcissimè, imò nusquã vsurpata, venustissima putatur. *User de ceste figure le moins qu'il sera possible sera trouué beau: en vser par necessité, il sera excusable: mais de n'en vser point du tout, sera pour le plus beau.* *Synthesi parce vtendum.*

Enallage, mutatio est sine vlla ratione, concinnitatis tantùm causa vsurpata: quia delectat interdũ varietas. Sunt autem penè infinitæ Enallagæ, quarum frequentissima est, cùm in narrando infinitiuo pro imperfecto indicatiui vtimur: vt Terent. in And. Facilè omnes ferre, ac pati, &c. pro perferebat ac patiebatur. Idem, Inuidere omnes mihi, mordere clãculum: ego non flocci pendere: &c. pro inuidebant, mordebant, non flocci pendebam. Et in passiua voce apud Virg. 2. Aeneid. Mihi sacra parari, &c. pro parabantur. *Infinitiuus pro imperfecto indicatiui Enallage frequentissima.*

Est & alia Enallage, quum verbum substantiuum, contra rationem, in numero conuenit cum posteriore nominatiuo: vt, Amantium iræ, amoris redintegratio est. Nam ratio po- *Altera Enallage.*

ſcebat dici, Amantium iræ ſunt reintegratio amoris. quia verbum conuenire debet cum præcedente nominatiuo. *Les courroux des amoureux, eſt vn renouuellement d'amour.*

ADVERBIA ET INTERIECTIONES.

En, ecce, hem, primum quartúmque aliquándo requírunt:
Heu petit & quintum, velut ô: Hei, véhque datîuum.
Proh, primum, quartum, quintúmque notâtur habêre.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.

En, ecce, hem, *ces trois aduerbes demonſtratifs.*
Aliquando requirunt, *demandent apres ſoy quelquefois.*
Primum, quartúmque, *le nominatif & l'accuſatif.*
Heu petit & quintum, *ceſte interiection demande auſsi le vocatif, outre le nominatif & accuſatif.*
Velut, o, *tout ainſi que ceſte autre interiection.*
Hei, vehque datiuum (ſup. petunt) *& ces deux autres demandent le datif.*
Proh, *ceſte interiection.*
Notatur habere, *eſt notee & apperceue par la lecture qu'on peut faire des bons autheurs, auoir apres ſoy ces trois cas.*
Primum, quartum, quintumque, *le nominatif, accuſatif, & vocatif.*

Hæc tria demonſtrandi aduerbia, En, ecce, & hem, aliâs nominatiuum, aliâs accuſatiuum adſciſcunt, *Ces trois aduerbes demonſtratifs requierent auoir apres ſoy aucunesfois le nominatif, par autresfois l'accuſatif.*

De nominatiuo: vt, En dextra fidéſque, *Voila la main & la foy.* En Priamus, *Voila Priam.* En gladiolus ſcriptorius, *Voila le caniuet.* En lupus in fabula, *Voicy celuy de qui nous parlons.* En improbitas *Voila la meſchanceté.* Ecce homo, *Voicy l'homme.* Ecce agnus Dei, *Voicy l'agneau de Dieu.* Ecce tibi ſtatus noſter, *Voila l'eſtat auquel nous ſommes.* Cicero ad Attic. Ecce aliæ delitiæ equitum, *Voila vn autre plaiſir de gens de cheual.* Idem, Ecce autem noua turba & rixa, *Voila vn nouueau trouble & debat.*

Exemplum de nominatiuo.
En.
Ecce.

Hem Dauus, *Voila Dauus.* Terent. *Hem.*

De accusatiuo: vt Virgil. En quatuor aras, *Voila quatre autels.* Idem, En Paridis hostem, *Voila l'ennemy de Paris.* En animum & mentem, *La grande sottise.* Cicero 2. de Finibus Ecce miserum hominẽ, si dolor summum malum est, *Voila vn miserable homme si douleur est vn extreme mal.* Idem, Ecce me quem quæris, *Me voicy celuy que tu cherches.* Terent. Ecce autẽ alterũ, nescio quid de amore loquitur, *Voicy l'autre, ie ne sçay qu'est-ce qu'il parle d'amour.* Idem, Ecce me, qui faciam vobis. *Me voicy celuy qui vous fera cela.* Idem in Andr. Hem Dauum tibi, *Voicy Dauus qui vient a toy.* Idem, Hem astutias, *Voila les tromperies.* *Exemplum de accusatiuo. En. Ecce. Hem.*

Apud Ciceronem frequentissimum est, Ecce tibi: vt pro Cluentio, Ecce tibi eiusmodi sortitio. Ad Att. Ecce tibi nuntius, pueros venisse Roma. Et in Officiis, Ecce tibi qui rex populi Romani esse concupierit. Est autẽ hic subnotãdum, Ecce facere. Eccum, eccã, eccos, eccas. *Le voicy, la voila, les voicy, les voila.* Quæ siue aduerbia (vt dicit Valla) siue pronomina (vt author est Priscianus) sint, in eis tamen seruatur semper ratio generis & numeri, vt Eccum de viro, Eccam de fœmina dicamus. *Ecce aliquando datiuo iunctum. Eccum, eccã, eccos, eccas.*

Heu petit & quintum, &c. Heu, & O, exclamandi particula, & Proh, modò nominatiuum, modò accusatiuum, modò vocatiuum adsciscunt, *Ces trois interiections demandent apres soy le nominatif, accusatif & vocatif.* De nominatiuo: vt Plinius, Heu dementia, *La grande folie.* Terent. O vir fortis atque amicus. *Que tu es vaillãt & bon amy.* Persius. O miser, inque dies vltra miser, huccine rerum venimus? Lucanus in secundo, O miseræ sortis, subauditur nos. Proh dolor, proh pudor, *O la grosse pitié, ô la grand honte.* Terentius, Proh Iupiter, tu homo adiges me ad insaniam, *O mon Dieu, ie pense que tu me feras deuenir fol & insensé.* *Heu, O, & Proh. De nominatiuo exemplum. Heu. O. Proh.*

De accusatiuo: vt Terent. Heu me miserum, *Miserable que ie suis.* Virgilius, Heu stirpẽ inuisam. *Las que c'est vne race haye.* Heu miseram, *Las miserable que feras-tu?* O variam, volucrémque fortunam, *Mon Dieu que la rouë de fortune se change.* O curas hominum, ô quantum est in rebus inane, *Que les gens se soucient de cas, & qu'il y a de folie parmy le monde.* O insignem impudentiam, *Mon Dieu, que voila vne grande impudence, on n'a non plus de honte qu'vn chien.* O faciem pulchram. O audaciam, O præclaram sapientiam. Proh Deum atque hominum fidem, *O la foy des Dieux & des hommes.* *De accusatiuo exemplum. Heu. O. Proh.*

De vocatiuo exemplum. De vocatiuo: vt Stat. Heu socij, nullæne manus, nulla arma valebunt? *Helas compagnons, ny forces, ny armes aucunes ne nous seruiront elles de rien?* Virgil. Heu pietas, heu prisca fides, inuictáque bello Dextera! *Helas qu'est deuenue la pieté & fidelité des anciens!* O dolor, atque dedecus magnum! *La grande douleur & le grand deshonneur que c'est!* O magna vis veritatis! *Qu'est grande la vertu de verité!* O fortunati quorum iam mœnia surgunt! *O que vous estes heureux, desquels les murailles se leuent!* *Proh.* Proh sancte Iupiter, quid video? *Vray Dieu, qu'est-ce que ie voy?* Plautus in Pœnulo, Proh supreme Iupiter, herus meus hic quidem est, *Mon Dieu, c'est là mon maistre.*

O subauditũ. Hoc loco minime ignorandum, O, pulchrè aliquando in oratione subaudiri, idque vbi affectus est remissior & minus vehemens: vt Deũ immortalem! *Mon Dieu!* Terent. Hominem perditum! *O le meschant homme, gasté, corrompu, & auquel il n'y a point de remede!* Indignũ facinus! *O cas deshonneste & meschant ô vilain cas!* In re magni valoris, diceremus, O Deũ immortalem! O hominem perditum!

Hei, & Veh. Hei, vého ue datiuum &c. Hæ duæ interiectiones, datiuũ adsciscũt: vt Virgil. Hei mihi, qualis erat! *Helas, quel il estoit!* Martialis, Veh tibi causidice, *Bran pour toy, ou malheur te vienne, aduocat.* Plautus, Veh capiti tuo, *Malheur te vienne.* Veh patriæ, cuius puer est rex, *Malheur sur le pays, qui a vn enfant pour Roy.* Cicero, Hei mihi, non possum hoc sine lachrymis commemorare, *Helas, ie ne peux reciter cela sans pleurer.* Ouidius, Hei mihi, quòd nullis amor est medicabilis herbis, *Helas qu'il me desplaist qu'on ne peult remedier par herbes au mal d'amour!*

Ah, & Ohe. Est item quando Ah & Ohe interiectiones, cum vocatiuo iunguntur vt apud Martialem, Ah, virgo infœlix, &c. *Ha malheureuse vierge.* Et rursus, Ohe iam satis est, ohe libelle, *Helas, hola, c'est assez.*

Vah, cum nominatiuo. Vah, cum nominatiuo iunctum reperitur: vt apud Plautum Vah homo impudens! *O que c'est vn homme impudent!* Terentius. Vah consilium callidum! *O que voyla vn fin conseil!*

Pleraque interiectiones sine casu posita. Cæteræ interiectiones plerunque sine casibus in oratione ponuntur: vt Cic. Hui totiésne ad me literas dedisse Roma, cũ nullas ad te darem! *Hé quoy tu m'auoir tant de fois enuoyé lettres de Rome, veu que ie ne t'en enuoyois aucune!* Virgil. in Bucol. Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo, *Helas que i'ay vn taureau maigre en mon champ gras!* Idem, Heu, quid volui misero mihi! *Helas que m'ay-ie voulu faire, pauure miserable!*

Porrò

Porrò Interiectionum vicem & aliæ partes interdum sustinent: vt Virgil. 1 Aeneid. Nauibus (infandũ) amissis, vnius ob iram Prodimur, *O chose espouuentable & horrible, nous sommes trahis par le courroux d'vne, ayant perdu noz nauires.* Et Terentius in Adelphis, Quid (malum) bone vir mihi narras? equidem perij: *Que gibet est-ce que tu me recites, bon homme?* Idem, Quid tua (malum) id refert? *Que malencontre en as-tu affaire?*

Aliæ partes orationis interdum vice interiectionum funguntur.

Exclamationes item & indignandi formulæ, Eclipticôs per infinitiuum & accusatiuum efferũtur: vt, Adeóne infœlicem aut inuenustum quemquã esse, vt ego sum? *Est-il possible qu'il y ait homme au monde plus malheureux & plus mal-plaisant que ie suis?* Et, Ah tantam rem tam negligenter agere? *Faut il qu'vne chose de telle importance se face si negligemment?* Item, Méne incœpto desistere victam? *Faut-il qu'estant vaincue ie me deporte de ce que i'auois commencé?* In quibus plerunque verbum Oportet, vel Decet, vel simile aliquod intelligendum est.

Exclamationes per infinitiuum & accusatiuum.

Ad hũc modum & querelæ per infinitiuos & accusatiuos sæpè efferũtur: vt apud Virgilium, Sic omnia fatis In peius ruere, & retrò sublapsa referri. Quas orationes pueri in interpretando resoluere in indicatiuos debent, hoc pacto, Sic omnia ruunt fatis in peius, & retrò sublapsa referũtur: *C'est chose admirable que toutes choses sont ainsi renuersées par la volonté de Dieu.* Addit enim infinitiuus affectum quendam, perinde quasi diceret: Miserabile & indignum est, sic omnia ruere in peius, &c.

Querela per infinitiuos & accusatiuum elata.

REGIMEN NOMINATIVI, ET
obiter aliorum implicitum.

Cuiúsuis tácitam do casus sæpè regéntem.
Súpprimit orâtor, quæ rústicus edit inéptè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Do sæpè tacitam regentem (sup. dictionem, id est, sæpenumerò taceo, non explico, sed subaudio dictionem regentem) *souuent ie n'exprime point la diction qui regit & gouuerne vne autre.*
Cuiusuis casus (id est, cuiuscunque sit casus) *de quelque cas, ou qu'il soit nominatif, ou genitif, ou autre.*

Appendix.

- Orator ſupprimit (ſubticet, non explicat) *l'Orateur, & celuy qui parle comme l'Orateur, c'eſt à dire, legãment, n'exprime point.*
- Quæ (ea ſup.) *les choſes, ou les dictions, leſquelles.*
- Ruſticus (barbarus) *vn lourdaut, & qui ne parle pas bien & ordonnement.*
- Edit ineptè (inſulsè exprimit) *exprime ſans eſgard d'elegance & ornement d'oraiſon.*

Dictio regens, tam nominatiui, quàm aliorum caſuũ, aliquando etiam dictio recta, eleganter ſubauditur in oratione, *La diction qui regit & gouuerne vne autre, ou de laquelle vne autre eſt regie, de quelque cas qu'elle ſoit, ſouuent n'eſt point exprimee en l'oraiſon, mais ſeulement ſous entendue*: vt, Laus regi ſuperno: Gloria tibi Domine: Dominus vobiſcum: Pax tibi &c. In quibus orationibus nominatiuus regitur à verbo ſubſtantiuo ſubintellecto, Eſt, vel Sit. Vt vno verbo dicam, quotieſcunque ſubauditio obſcuritatem non parit, ornatè multa ſubticemus: vt, Tum Venus, ſup. dicit. Quid tibi cum illo? ſup. rei eſt, *Quel affaire as tu auec ceſtuy-là?*

Regula Eclipſeos. *Eclipſis quid.* Hæc regula propria eſt Eclipſeos, quæ venuſtè in oratione non rarò fit. Ea eſt neceſſariæ dictionis ad legitimã conſtructionem orationis defectus, *Eclipſis eſt vn defaut ou ſubreption d'vne diction neceſſaire pour la conſtruction entiere de l'oraiſon: c'eſt à dire, quand on n'exprime point en l'oraiſon quelque diction, qui toutefois y eſt neceſſaire pour rendre l'oraiſon parfaicte, cela s'appelle en Grec*, Eclipſis, *en Latin*, Defectio, *defaut.*

Subaudiendi modi quinque. Subaudiantur itaque dictiones in oratione, vel conſuetudine authorum, vel quia ex cæteris ſunt certæ, & facilè ſubaudiri poſſunt. Nec tantùm caſus, ſed & omnes partes orationis ſubaudiri ſolent, vt per ſingulas indicabimus.

Primò, nomen Templum vel Ædes. Primò deſideratur nomen: vt Templum, vel Aedes, in his: Ad Veſtæ: ad Opis: ad Dianæ: ad Veneris, &c. Cic. 2. Philippica, Quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat, *Ce qui ſe monſtroit aux documens, qui ſont au temple d'Ops.* Terent. Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dexteram, *Quand tu ſeras pres le tẽple de Diane, tourne à la main dextre* Horat. Ventum erat ad Veſtæ, *On eſtoit venu au temple de Veſta.* Liuius, Quatuor linteis libris ad Monetæ inuentis, *Quatre liures eſcrits en linges, eſtans trouuez au temple de la Monnoye.* Sic, Ioannes habitat ad diui Petri, ſup. templum, vel ſacram ædem.

Via etiam, in his: Terẽt. Cur non recta introibas? ſup. via, *Pourquoy n'entrois-tu tout droict?* Poſtridie ad anum recta pergit, *Le lendemain il s'en va tout droict à la vieille.*

Partes.

Partes itidem, vt in talibus: Quintil. Quamuis eis secundas ferè Grammaticorum consensus deferat, sup. partes, *Ia-çoit que le consentement des Grammairiens luy baille le second lieu.* Sic, Concedere priores, siue primas, *Bailler le premier lieu.* Posteriores, *Le dernier.*

Febris.

Febris, vt in his: Tertiana quartana, quotidiana, cùm absolutè vsurpantur. Sueton. in Cæsare, Quanquã morbo quartanæ aggrauãte, *Iaçoit que la maladie de la fieure quarte se rengrege.*

Verbum vel Sermo.

Verbum, vel Sermo vt in illis: Quid multis? verbis sup. vel sermonibus opus est. Quid multa? verba sup enumerem, *Que fault-il tant de paroles? Que fault il tant dire?*

Seruus, vel Minister.

Seruus, vel Minister, vt in illis circuitionibus: A pedibus, *Vn laquais:* à secretis, *vn secretaire* à libellis, *vn maistre des requestes:* à rationibus, *maistre des comptes, ou receueur:* à cubiculis, *varlet de chambre:* à prælectionibus, *qui lit à vn autre, vn lecteur:* & in similibus. Dicuntur autem per omnes casus eadem terminatione. Rectè enim roges Quid agunt à pedibus? *Que font mes laquais?* vt serui, subaudias. sic, Mihi à pedibus: Dedi à pedibus meis, *Ie vous ay enuoyé mes laquais.*

Nominatiuus ante verba Ferunt, Dicunt.

Nominatiuus denique aliquis ante hæc verba Ferunt, Dicunt, &c. vt Venit in mentem, de quibus suprà sumus locuti: vbi pronomina subaudiri ostendimus.

Secundò verbũ per eclipsin subauditur.

Secundò, verba desiderantur nõnunquam in oratione, sed non sine gratia: vt cum his interrogatiuis, Quò, quorsum, & vnde. Hor. Quò mihi fortunam, si nõ conceditur vti? id est, Ad quid vultis mihi esse bona fortunæ? Ita legit Valla, licet aliqui codices habeant, Quò mihi fortuna est? *De quoy me sert d'auoir force bien, si ie n'en puis vser?* Cicer. ad filium, Martis verò signum, quò mihi pacis authori? *De quoy me sert l'enseigne de guerre, à moy qui suis autheur de paix?*

Quò

Quorsum.

Terent. Quorsum istud? quorsum hæc? *A quel propos dis tu cecy?*

Vnde.

Iuuenal. Vnde tibi frõtem libertatémque parentis, quum peiora facias senex? sup. promittis. Vnde huic diuitiæ? Vnde hunc illi animum, *D'où a il ce courage.*

Verba in responsione suppressa.

Supprimuntur interdum verba in responsione, cùm scilicet in interrogatione sunt expressa: vt, Quid scripsisti? lectionem, sup. scripsi. Quem alloquor? Ciceronem sup. alloqueris.

Sum.

Et Sum, in his: Virgil Sed vos qui tandẽ, quibus aut venistis ab oris qui tandem, sup. estis, *Mais dictes moy qui vous estes.* Ouid. Quid mihi cũ Lesbo, sup. est. Virg. Hinc illæ lachrymæ, sup. sunt. Hinc prima mihi mali labes sup. est, *Voila*

le cõmencement de ma ruine. Sic, Quid tibi cũ illo, sup. est? *Qu'as-tu affaire auec luy?* Non dubium quin vxorem nolit filius. Ridiculum, nugæ, fabulæ, mirum quòd, præclarum dictu, mirabile dictu, mirabile visu, turpe dictu horrendum visu haud mora non longum tempus & similes locutiones. in quibus Sum es, est, subauditur Et Dico in his: Sed de his hactenus, sup. dictum sit, vel diximus, *C'est assez parlé de cecy.* Sed hæc & multa alia coràm sup. dicam Quid multa? Et in his: Præclarè Anaxagoras, bene Ennius, prudenter Fabius, sup. dixit.

Dico.

Volo & Facio. Et Volo, vel Facio, in his: Dij meliora, dij melius sup. velint, vel faciant, *A Dieu ne plaise.*

Tertiò participia in oratione desiciunt. Tertiò participia in oratione per eclipsin desunt: vt in appositionibus ens, Cicero orator, Cæsar dictator. Bibulus cõsul. Et in ablatiuis consequentiæ: vt Me duce, me authore: Cæsare & Bibulo consulibus In illis quidẽ ente, in hac entibus, subintelligendum est. In gerundio quoque Soluendo, subintelligitur Sufficiens, vel Potens, vel simile aliquid, quod sensui quadret: vt. Tu soluendo non eras: Ego nõ sum soluendo, sup. sufficiens, vel potens.

Soluendo.

Quartò prepositiones. Ante. Quartò præpositio Ante, desideratur ante accusatiuos Calendas, Nonas, Idus: vt, Tertio Calẽdas, pro tertio ante Calendas: Pridie Idus, pro pridie ante Idus. Et in hoc genere Postridie ludos Apollinares, Post subintelligitur. Et, Non particula negatiua post hæc verba Vereor, Metuo, Timeo, Caueo, sequente ne: vt Cic. ad Quint. fratr. Quòd antè abfuisti, vereor ne satis diligenter in senatu actum sit de literis meis. pro, ne non satis. Idem ad Attic. Si manet, vereor ne exercitum firmum habere possit: etiam pro, ne non possit.

Post.
Non.

Quintò coniunctiones. Copulatiua omissa multum mouet. Quintò, desiderari interdum cõiunctiones in orationibus nemo negabit, qui nouerit Asyntheton, siue Dialyton, numerari inter figuras vt copulatiuam, Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. Cicer. Abiit, excessit, euasit, erupit. Et in his. Aequi boni consulite. Mart. Excipere hos, illos, & tota surgere cœna. Idem, Atque inter mensas ire, redire suas. Plinius, At abunde orbe terrarum extra intra indicato. *Mais le circuit des terres estant desia suffisamment monstré dehors & dedans.* In quibus quidem orationibus copulatiua coniunctio subauditur per eclipsin. Sic dicuntur Vltro citro: Hinc, illinc. Huc, illuc. vt apud Ciceronem ad Atticum, Ne forte aut absim cu veniet aut rursum huc illuc via deterrima. Terentius, Dum in dubio est animus, huc illuc paulo momẽto

facilè impellitur.

In numeris denique deesse copulã volunt: vt Vixit viginti vnum annos. Despauterius Compositionem esse putat. *Copulatiuæ coniunctiones omissæ.*

In omni prætereà distributione omitti copulatiua videtur, vix apponi: vt Virgil. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros: Pars Scythiã, & rapidum Cretę veniemus Oaxẽ. Nisi discretiuas Quidem & Autem subaudire mauis. Disiunctiuæ quoque in his, Velis nolis: velimus, nolimus: velitis nolitis: velint, nolint. *Vueilles ou non, malgré nous ou eux.* Scias nescias, *Le sçaches tu ou non.* Plus minus, *Enuiron plus ou moins.* Et in hoc, Ludere par impar, *Iouer à per ou non.* Item hæc, Vt vel Quòd post verba subiunctiua frequentissimè, præcipuè post verba Volo, Nolo, Malo, Precor, Rogo. cũ similibus: vt Cicero, Tu velim desinas iam nostris literis vti, *N'attens plus receuoir lettres de moy.* Item Nolim me iocari putes, *Ne pense pas que ie me raille.* Sic, Volo scribas, Velim nos facias certiores, *Tu nous aduertiras.* Prætereà post Oportet, & Necesse est, & Licet. vt Cicero, Hominem occidat oportet qui, &c. Idem, Hoc tu meum cõsilium laudes necesse est, *Il te fault necessairement loüer mon conseil.* Sic, Licet venias, licet facias. Et post Puto, Opinor, Credo, Arbitror, Fateor & similia. Vatinius, Nõ puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti. *Disiunctiuæ.* *Vt, vel Quòd.* *Post oportet, necesse est, & licet, post puto, opinor, credo, &c.*

Longè plures occurrent Ecliptica formæ in libris authorum: sed nos vulgatiores adnotare voluimus, & quæ passim in communi sermone adhiberi potuerunt.

Porrò Eclipsi similis est Aposiopesis, quum videlicet pars orationis reticetur. quod fit vel ira& indignatione: vt, Quos ego: sed motos præstat componere fluctus. Deest enim verbum Puniam, vel quid simile. Aut pudore: vt Virg. Nouimus, & qui te transuersa tuentibus hircis. Vel timore & religione: vt Cicero, De nostrum enim omnium, non audeo totum dicere timore sup aut religione. *Aposiopesis, tribus modis fit.*

Quemadmodum autẽ aliquid solet desiderari in oratione, ita alias redundare: vt genitiui illi Loci, & Gentium. Terent. Te interea loci cognoui. Idem, Tu interea loci locupletasti te Antiphila, *Ce pendant tu t'es enrichie.* Plaut. Interea loci, si quid lucri detur, *Ce pendant s'il s'offre quelque gain.* Et, Nusquam gentium, *En nul lieu que ce soit.* Cicer. Vbinam gentium, vbicunque terrarum, & gentium, *Par tout pais.* Plautus. Quò gentium fugiam? Minimè gentium. Cicero, Tu abes longè gentium. Plautus, Nam obsecro, vnde hæc gen- *Redundantia dictionum in oratione. Loci. Gentium.*

tium? *D'où vient ceste cy.* Cicer. Quis homo te exuperauit vnquam gentium impudentia? *Qui est l'homme qui fut iamais plus impudent & deshonneste que toy?*

Item redundant datiui pronominum primitiuorum Mihi, Tibi, & Sibi: vt Cicero in Pisonem, Quis mihi gloriabitur se omnes honores sine repulsa obtinuisse? Idem, Ecce tibi Pompeius noster. Quibus similes sunt Tu mihi semper dormis. Ille mihi assiduè sedet. Cùm super cœna essemus, ecce tibi ostium crepuit. Terent. Vbi senex paulò plus mihi adbibit, vah quàm sua narrat facinora! *Apres que ce vieillard m'a vn peu beu plus que de coustume, combien recite il ses faicts & gestes!* Et in his: Ecce tibi. Cicer. 6. in Verr. Ecce tibi noua turba, &c. Idem in Pisonem, Ecce tibi alter. Terent. Suo sibi hunc iugulo gladio, *Ie le bas de son mesme baston.* Cicero, Suo sibi victitant succo. Columella, Suo sibi iure abluuntur. Et genitiuus, Eius post particulam Quoad, pro quantum: vt Cicero ad Heren. Oratoris officium est, de omnibus rebus posse dicere, quoad eius fieri poterit, *L'office de l'Orateur est dire de toutes choses, entant qu'il luy sera possible.* Liuius 9. belli Maced. Id eos vt prohiberet, quoad eius sine bello posset prætori mandatum est, *Il a esté commandé au Preteur, qu'il leur empeschast cela tant que faire se pourroit sans guerre.* Cicero ad Atticum, Tu tamen velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me, *Ie vueil que tu ne cesses de m'escrire tant que tu pourras.* Atque hactenus de nominatiui regimine.

Mihi. Tibi. Sibi.

Eius.

REGIMEN GENITIVI.

Regula prima.

Si duo contínuè iungátur fixa, nec vna
Sit res, in pátrio rectè casu dabis vnum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Si duo fixa (si duo substantiua) *si deux substantifs.*
- Iungantur continuè (id est, immediatè, sine alicuius coniunctionis interpositione) *sont mis aupres l'vn de l'autre, sans aucune conionction, ny autre chose au milieu d'eux deux.*
- Nec vna sit res (id est, ad diuersa pertineāt) *& que ces deux substātifs ne soient pas pris pour vne mesme chose, mais pour diuerses.*
- Rectè dabis vnum (eorum substantiuorum) *tu mettras fort biē l'vn de ces substantifs.*
- In patrio casu (in genitiuo) *au genitif cas.*

Omne nomen substantiuum, rem possessam, mensuram,

siue numerum, aut relationem ad aliquid significans, alterũ substantiuum exigit in genitiuo casu, si ipsa rem diuersam denotent, coniunctione nec explicitè nec implicitè intercedente, *Tout nom substantif signifiant vne chose possedee, mesure, ou nombre, ou le rapportement d'vne chose à l'autre, veult auoir vn autre substantif au genitif cas, pourueu qu'ils soient de diuerse signification, & qu'il n'y ait entre eux autre conionction*: vt Arma Achillis, *Les armes d'Achilles.* Currus Iunonis, *Le chariot de Iuno.* Vestis Petri, *La robbe de Pierre.* Brachialia Ioãnæ, *Les mancherons de Ieãne.* Armillæ Magdalenæ, *Les brasselets de Magdalene.* Cyathus vini, *Vn verre de vin.* Hemina vini, *Chopine de vin.* Sextarius vini, non Pinta vini, *Vne pinte de vin.* Adfer vini sextarios duos, *Apportez deux pintes de vin.* Modius tritici, *Vn boisseau de fromẽt.* Lagena aquæ, *Vne cruche d'eau.* Vlna panni, *Vne aulne de drap.* Vncia auri, *Vne once d'or.* quæ sedecim Francis & octo solidis valet, authore Budæo. Mina argenti, *Dix escus* Duo millia peditum, *Deux mille pietons.* Iugum aquilarum, *Vne couple d'Aigles.* Mille nummûm, *Vingt & cinq escus.* Par calciamentorum, *Vne paire de souliers.* Par chirothecarum, *Vne paire de gãds.* Tres decades quæstionũ, *Trois dizaines de questions.* Comes Vlyssis, *Le compagnon d'Vlysses.* Vxor Petri, *La femme de Pierre.* Amicus patris mei, *L'amy de mon pere.*

Rem possessam.

Mensuram.

Numerum.

Rationem ad aliquid.

Non est autem in tota Grãmatica vlla regula, hac tritior atque communior: quæ sequenti forma sinceriùs fortassis apertiúsque exponetur. Omne substantiuum rei, siue personæ possidentis, vel eius ad quod quicquam quoquo modo spectat, nomini rei possessæ vel pertinentis subiectum, erit genitiui casus, *Tout nom de personne, ou de chose qui possede, ou à laquelle vne autre en quelque sorte que ce soit appartient, mis apres le nom de la chose possedee ou appartenante, doit estre mis au genitif.*

Regula facilior expositio.

Vbi verò sequens substantiuum non personam possidentem, aut rem ad quam aliquid pertinet, minimè significat, vel potiùs rem, propter quam quippiã ad aliud spectare dicitur, nõ iam genitiuus, sed ablatiuus cum præpositione A, vel ab, vel simili, erit subiiciendus: *Mais quand le substantif second ne signifie point la personne qui possede, ne la chose à laquelle la premiere appartient, mais plustost la chose pour cause de laquelle l'vne appartient à l'autre, le faudra mettre plustost à l'ablatif auec vne preposition, qu'au genitif*: vt, Hic est homo ab equo quem licitabare, *Voicy l'homme du cheual que vous marchandiez.* Sic, Mercenarij à villa, *Les manouuriers de la grange.* Seruus eius à pedi-

Ablatiuus cũ præpositione A vel ab, nomini substantiuo subiectus.

bus, non pedum, *Son homme de pied*. Minister eius à cubiculis, *Son varlet de chambre*. Homo à prælectionibus. Quæ & per Eclipsin sine substantiuis primis vsurpari nõ possunt, vt suprà docuimus. Quare Homo tabernæ, pro administratore; *Le varlet de la boutique*, rectum est. Sed pro eo qui alteri seruit in administranda taberna, dicemus, Homo à taberna.

Participium ortus, vel natus, subintellectum. Eodem modo si participium Ortus, vel Natus, vel aliud simile subintelligatur: vt Petrus à Lugduno, non Lugduni: Franciscus à Turnone non Turnoni. Nec dicetur, Est Turnonis, *Il est de Tournon*: sed, Est à Turnone. Ita Franciscus à Claromonte, non Claromontis.

In cognominibus. Et in cognominibus, vt suprà dictum est. Gabriel à Prateolo, non parui prati: Laurentius à sancto Andrea, nõ sancti Andreæ: Ioannes à Corrileo, non Corrili.

In exprimenda origine, vel causa efficiente. Et in exprimẽda origine, aut efficiẽte atque authore causa: vt, Ex illustri familia vir, *Homme de noble maison, gentilhomme.* Sic enim accõmodatiùs dicitur ad id quod significatur, quàm Vir illustris familiæ. Nam alioqui, Vir illustris familiæ eadem ratione dicitur, qua Vir incertæ originis, id est, cuius origo incerta est. Similiter, Virgo è diuite ac potenti domo, *Fille de riche & puissante maison*: potiùs quàm, Prædiuitis ac potentis domus: quasi videlicet subaudias, Illic nata seu orta.

Vir ex Deo. Vir Dei. Sic etiam Vir ex Deo, significantiùs dicitur, quã Vir Dei. Est enim id perinde quasi tu dicas virũ, qui totus à Deo effectus ac compositus sit ad ea quæ sunt ipsius Dei. Alioqui dubium non esset, quum Dei simus omnes. Sic Opt. Max. præceptor & Dominus noster Christus dicebat Iudæis: Vos ex patre diabolo estis: potiùs quàm, Patris diaboli.

Ad euitandã amphibologiã ablatiuo in terdũ cum præpositione aliqua vtimur. Et ad vitandum amphibologiam: vt Terent. Ea primùm ab illo animaduertenda est iniuria. Iniuria ab illo, inquit, significantiùs omninò quàm si dixisset, Iniuria illius: id quod vel cæco apparere potest. Nam in hoc, Ab illo, nulla subesse potest amphibologia: in Illius subesset: quippè quũ is genitiuus & actiuè & passiuè significare possit, vt sit, Iniuria illius, vel quam fecerit, vel quam passus sit. Sicut in Eunucho Terentij, Vbinis adsunt tibi dona à Phædria. Nã si Phædriæ dona dixisset, dubium erat vtrũ diceret, donáne quæ Phædria aliũde accepisset, & vt sua haberet, an quæ is ad Thaidem mitteret. Ergo Adsunt tibi hic a Phædria dona, rectiùs dixit, quàm Adsunt tibi hic Phædriæ dona.

Simile est Ciceronianum illud de Oratore, A cæteris silẽtium, ab oratoribus solitudo. Nempè quòd & cæteri silerẽt, & oratores solam reliquissent, id est, deseruissent curiã. Vitanda est enim vbique, quoad eius fieri potest, amphibologia, alioqui indifferenter dici poterit, Hoc tuum esse credebam, & Hoc esse à te credebam, *Ie croyois que tu fusses l'autheur de cecy.* Plauti est, seu à Plauto, seu Plautinum. Quanquam etiam Amicus ex animo, magis mihi quidem arrideat, quàm Amicus cordis. Et, E schola Socratis, aut Platonis discipulus, quàm Scholæ Socratis aut Platonis.

In nominibus etiam materiei, ex qua aliquid esse seu cõflari significatur, pro arbitrio genitiuus aut ablatiuus cum præpositione De, ex, vel è, assumetur: vt, Aceruus lapidum, & ex lapidibus, *Monceau de pierres.* Crater argenti, & ex argẽto, *Tasse d'argent.* Vas è vitro aut vitreũ aut vitri, *Vaisseau de voirre.* Subucula lini, aut ex lino, *Chemise de lin.*

In nominibus materiam ex qua aliquid fit significantibus.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum, accedente verbo, Est: vt, Hic est tibi pater, huic soror, illi cõsul, *Cestuy est ton pere, &c.* Terent. in Eunucho, Sannia mihi mater fuit, *Ce fut ma mere,* Cic. ad Octauium, Sit erranti medicina confessio, *La medecine de celuy-là qui a failly soit la confession de sa faute.* Hic socer est, *C'est son beau-pere.* Terent. Huius vxoris est mater, *C'est la mere de sa femme.*

Genitiuus in datiuum versus accedente verbo, Sum, es, est.

Nec omninò diuersa erit constructio, vbi Gallicè dicitur, *De chez & deuers.* Ibi enim ablatiuo cum præpositione A, vel ab, aptior ferè (mea quidem sententia) locus est, quàm genitiuo. Nam genitiuo inibi etiam locum esse, non sum qui negem. Terent. Concrepuit à Glycerio ostium: quum Ostium Glycerij sine vitio dicere potuisset sicut Cic lib. 1. de Orat. Testis est, inquit, Q. Curtij ianua & vestibulũ. Terent. Ab Andria ancilla est: quum Andriæ ancilla dicere potuisset. *Ceste chãmbriere est deuers, ou de chez l'Andriène.* Rursus alibi idẽ, A vobis est inquit, de puero loquẽs, *Cest enfant est de chez vous:* quum Vester est, etiam ibi dicere potuisset. Sic, A me tibi dabo chlamydem, *Ie te bailleray vn manteau de chez nous, ou de chez moy.* Aut A me, id est, meam.

Hæc sine dubio patẽt latissimè, etiam extra hũc sensum: vt, A Laurentio Valla elegantiarum præceptiones, &, Laurentij Vallæ elegantiarum, seu de elegantiis præceptiones. Quintiliani oratoriæ institutiones, &, A Quintiliano oratoriæ institutiones.

EX QVA VI DICTIO ALI-
qua regatur.

Quærénti vires, sit pro ratiône volúntas,
Assiduúsque vsus magnôrum Grammaticôrum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Quærenti vires (id est, ei qui rationem petit, ex qua vi aliqua dictio regitur) *à celuy qui demãdera, de quelle vertu une diction est gouvernee.*
- Voluntas sit pro ratione, *soit & suffise pour toute raison & responce que c'est la volonté & plaisir.*
- Assiduúsque vsus magnorum Grammaticorum, *& le continuel vsage des bons & approuvez Grammairiens.*

Si quis, ex qua vi dictio regatur, quærat, de quocũque casu id quæratur, respondebis: Et vi voluntatis, & assidui vsus doctissimorum virorum: *Si quelqu'vn demande raison du regime & construction, & pourquoy un cas est regy de quelque diction, il luy fault respondre, que c'est pour l'vsage des bons autheurs & doctes personnes qui en ont ainsi vsé.*

DE ADVERBIIS LOCI, TEM-
poris, & quantitatis, Regula secunda.

Témporis, atque loci, quantíque aduérbia quædam,
Hunc optant casum. Dic, vénimus illîus ergo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Aduerbia quædam, *quelques aduerbes.*
- Temporis, *qui signifient temps.*
- Atque loci, *& qui signifient lieu.*
- Quantíque (id est, Quantitatis) *& qui signifient quantité.*
- Optant hunc casum (genitiuum videlicet) *desirent & veulent avoir le genitif cas.*
- Dic, venimus illius ergo, *c'est à dire, à ceste dictiõ, ergo, quand*

elle est mise en l'oraison en lieu de ce nom, causa, *ou* occasio, *ou,* prætextus, *ou qu'elle est faite aduerbe, haüe luy le genitif cas, comme tu vois par ceste exemple de Virgile, prins du sixiesme des Aeneides.*

Quædam Loci, temporis, & quantitatis, hoc est, quæ copiam, penuriam aut partitionem significant, aduerbia, genitiuum adsciscunt, *Il y a quelques aduerbes de lieu, de temps, & de quantité, c'est à dire, qui signifient abondance, ou indigence, ou partition, lesquels reçoiuent apres soy le genitif.*

De aduerbiis loci: vt Cicer. ad Attic. Vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem, *Ie ne pouuois penser en quel lieu tu estois.* Idem, Cornelius, pollicebatur se iturum quoquò terrarum, *En tout lieu que ce fust.* Persius. Huccine rerũ venimus? *Sommes nous venus à cecy?* Eò loci redacta res est, *La chose est venue iusques à ce poinct.* Eò impudẽtię ventũ est, *On est venu iusques à telle impudẽce.* Eò insolẽtiæ ꝓcessit, *Il est venu à si grande insolence.* Nusquam gentium inueniri potest, *On ne le peult trouuer en nul lieu.*

Aduerbia loci. Vbi. Nusquam.

De aduerbiis temporis: vt, Tunc temporis, *Alors.* Nunc temporis, *A ceste heure.* Interea loci, *Cependant.* Cic. Quòd eius sententiam pridie eius diei fregeramus, *Pource que le iour de deuant auions annullé sa sentence.* Postridie hilariorum te visam, *Ie vous iray voir le iour d'apres le mardy gras.* Cæsar, Postridie eius diei, *Le iour d'apres.* Reperiuntur & cum accusatiuo hæc duo constructa, sed per Eclipsin, quemadmodum suprà dictum est: vt Pridie calendas, Postridie nonas. In illo subintelligitur Ante, in hoc verò, Post. Et sine casu. Terent. Venit ad me Chreme postridie clamitans, *Le lendemain Chremes vint à moy criant, &c.* Vel sic, Postridie quàm discesseras, *Le iour apres que tu fus party,* Pridie quàm è vita excessit, *Le iour de deuãt qu'il mourust.*

Aduerbia temporis. Cũ accusatiuo. Sine casu.

De aduerbiis quantitatis: vt Satis eloquentiæ, sapientiæ parum, *Prou d'eloquence, mais de sagesse peu.* Virgil. Terrarum & fraudis abũdè est, *Il y a prou de frayeur & de fraude.* Suetonius in Cæsare, Se iampridem potentiæ gloriæque abundè adeptũ, *Assez de puissance & d'authorité.* Cic. de Senectute, Tantùm cibi & potionis adhibendum est, vt reficiantur vires, non opprimantur, *Il faut manger & boire tant que besoin est pour se renforcer, non pas pour se* [illegible]. Plautus, Tibi dimidiatum affatim est. *Tu as* [illegible]. Quintil. Satis exploratorum. Idem, Satis vitium. Cicero. Satis ponderis, *Assez de poids & d'estime.* Idem, Minus habeo vitium, quam vestrũ vtetuis, *I'ay moins*

Aduerbia quãtitatis. Satis. Minus.

de force, que le moindre de vous deux. Sic. Nihil vini, Parum aquæ. Paulum supplicij, *Vne petite peine*. Partim hominum venerũt, *Vne partie des hommes sont venus*. Partim eius prædæ, profundæ libidines deuorauerunt, *Vne partie de la proye, &c.* Videns iam diei multum esse, *Voyant qu'il estoit grand iour.*

Aduerbia inter præpositiones relata. Quæ aduerbia alij (vt inquit Melanthon) quoties casum à tergo recipiunt, inter præpositiones referre malunt. Negant enim aduerbia vi sua casus adsciscere, nisi si qua deriuatiua originem suam sequuntur, aut comparationis ratione, casus certos adsciscunt. Nam & superiora hæc quantitatem & partitionem significantia, non alio quàm originum suarum exemplo, genitiuos admittere videntur. Nam vt Modicum pecuniæ, ita & Parum pecuniæ dicimus: & vt Pars earum exacta est, ita & Partim earum exactus sum, dici videtur.

Ergò. Dic venimus, &c. Ergò etiam vim nominis habet, acceptúmque pro ablatiuo Causa, siue Gratia, *à cause*, genitiuum postulat: vt apud Virg. 6. AEneid. Illius ergò venimus, *Nous sommes venus à cause de luy.* Liuius, Fugæ atque formidinis ergò, *A cause de la fuite, & de la crainte.* Cic. Milites virtutis ergò ciuitate donati, *Les gens-d'armes ont esté receus bourgeois en la ville, à cause de leur vertu.*

Instar. Huic simile est Instar, *A la grandeur, à l'equiualent.* Quod tamen Nomen magis quàm Aduerbium Melanthoni videtur, qua ratione genitiuum admittit: & nunc appositiuè, nũc simpliciter, vt cæteri casus, vsurpatur. Virg. Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant, *Ils font vn cheual aussi grand qu'vne montaigne.* Idem, Quantum instar in ipso? Cicero Tuscul. 1. Terra vniuersi cœli complexum, quasi puncti instar, obtinet, *La terre au regard de tout le ciel, n'est quasi qu'à la semblance d'vn poinct.* Idem 1. in Verr. Nauis, quæ vrbis instar haberi inter alias videbatur, *Sembloit estre vne ville.* Epistola instar voluminis, *Grande comme vn volume.*

Pro nomine positum, vt in nominatiuo. Iustinus, In quo instar omnium auxiliorum erat, *Auquel seul il y auoit autant d'esperance & fiance, qu'en tout le demeurant.* Et in accusatiuo, Ad instar amnis: ad instar scoparum: ad instar barbaricæ feritatis: ad instar saxi, *A la semblance.*

DE MEI, TVI, SVI, NOSTRI, *& vestri, Regula tertia.*

Possessum spernit pátrium, quo pássio fertur.
Fílius ergo mei, ne díxeris: at meus, inque.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Possessum (nomen significans rem possessam) *le nom qui signifie la chose possedee.*
- Spernit patrium (reiicit genitiuum) *reiette, ne reçoit point le genitif.*
- Quo (genitiuo) *par lequel genitif.*
- Passio fertur (significatur) *est signifiee passion, c'est à dire, qui est prins, comme lon dit,* passiuè.
- Ergo ne dixeris, *parquoy tu n'vseras point de ceste locution qui s'en suyt.*
- Filius mei, *par ce que ce mot* filius, *signifie la chose possedee, &* mei *est le genitif passif.*
- At meus inque, *mais tu diras* meus, *& non* mei, *c'est à dire, tu mettras les pronoms possessifs auec les noms qui signifient la chose possedee.*

Hæc regula est potissimùm de genitiuis pronominum primitiuorum. Hi autem non sunt vnius generis, sed alij actiuè, alij passiuè sumuntur. Primi generis sunt, Mis, tis, sis, nostrum & vestrum: quorum tres primi exoleuerunt: alij duo rarò vsurpantur. Supersunt passiui, qui nominum substantiuorum, rem possessam, vel habitam, aut pertinentem ad aliquid significantium, consortium refugiunt. Neque enim cõmodè dixeris, Liber mei pro eo quẽ habeo, vel qui pertinet ad me: in quibus loquendi formulis, vtendum est pronominibus possessiuis, Meus, tuus, suus, noster, & vester. *Genitiui trium pronominum primitiuorum bifariam sumpti.*

Priores, actiui dicuntur, quòd ferè verbo, per quod fit resolutio præbeant personam agentem, *Pource que presque tousiours en faisant la resolution, ils fournissent au verbe de la personne agente* vt Liber mei, id est, quem ego habeo vel possideo, vel qui possidetur à me. Filius tis, id est, quem tu habes. Domus sis, id est, quam ille ædificat, vel quæ ab illo ædificatur. *En ces resolutions, la personne qui fait l'acte du verbe, à sçauoir qui a, ou possede, ou edifie, est prinse du genitif,* Mis, tis, & sis. *Genitiui actiuè sumpti.*

Genitiui passiuè sumpti. Alij verò, nempè Mei, tui, sui, nostri & vestri, passiui sunt, quòd eam personam verbo in resolutione vix vnquam præbeant, *Pource qu'à grand peine iamais ne fournissent de ladicte personne au verbe*: vt Amor mei, id est, quo aliquis amat me. Desiderium tui, id est, quo alius te desiderat, *Là où la personne agente, à sçauoir qui aime ou desire, n'est pas prinse du genitif,* Tui, *ou* Mei: *mais d'ailleurs.*

Sensus regulæ. *Le sens donc de la reigle est, que les susdicts genitifs passifs, ny aucuns autres mis comme passifs, ne doiuent estre colloquez apres le nom des choses possedees, ou appartenantes à quelque chose. C'est à dire, quand nous voulons signifier quelque chose estre possedee, ou appartenir à quelqu'vn, nous ne deuons pas en cest endroit vser des genitifs passifs: comme de la robbe que i'ay, ie ne diray pas.* Vestis mei, *ne de mon fils,* Filius mei.

Les anciens disoient cela par les genitifs actifs: mais à present nous le disons par les pronoms possessifs, Meus, tuus, suus, noster, & vester. Terent. in Phor. Amicus summus meus. *Mon grand amy.* Idem in Adelphis, Meus gnatus est domi, *Mon fils est à la maison.* Cicero, Ipse ad meam vtilitatem semper cum Græcis Latina coniunxi, *I'ay tousiours meslé le Grec & le Latin à mon profit*. Salust. Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer, *A grand peine pourrois-ie souffrir les maux que tu me dis.* Fauco desiderio tuo, *Ie m'accorde à ce que tu veux.*

Pronomina possessiua quid in oratione significent. In his & similibus pronomina possessiua significant ea, quibus pronomina iunguntur, haberi ab iis, qui intelliguntur, vel certè ad eos pertinere: vt Maledicta tua, quibus maledicis: vtilitas mea, quam ego consequor: desiderium tuum, quod tu habes. Quibus locis, si vsus pateretur, genitiui actiuè sumpti substituti idem significarent, quod minimè facerent passiui: sed sensus prorsus mutaretur. Nã Vtilitas mei, non est quam ego consequor, sed quam alij ex me assequuntur. *Ce n'est pas le profit qui m'aduient & que ie sens, mais celuy qui aduient de moy aux autres.* Sic mea est descriptio, *Ie l'ay ainsi ordonné*: Mei descriptio, *L'ordonnance que les autres font de moy.* Imago tua, *qui est à toy*: Imago tui, *que les autres ont fait à la semblance de toy, & par laquelle es representé.* Desiderium tuum, *Le desir que tu as*: Desiderium tui, *Le desir duquel les autres te desirent* Quint. Amor mei vicit etiam matrem suam, *L'amour duquel il me aimoit, a mesme vaincu sa mere, c'est à dire, I'estois plus aimé de luy, que de sa mere.* Idem, Sed vt aliquid præstaret patriæ vtilitas mei, id est, vt ex me ad ciues meos aliqua manaret vtilitas, *A fin que ie peusse porter quelque profit à mon pays.*

Tua vxor facit omnibus copiam sui, *Ta femme se preste & s'abandonne à tous.* Cicero ad Attic. Tui sermonibus, *Les paroles qu'on dit de toy.* Idem Curioni, Expectationem tui concitasti, *Tu as esmeu vn gros bruit, & esperance de toy.*

Aliquando verò coniunguntur: vt Cic. ad Attic. Vehementérque tua sui memoria delectatur, *Il prend plaisir que tu as souuenance de luy.* Idem Cornel. Grata est mihi vehementer memoria nostri tua, *Ie suis ioyeux qu'il te souuient de moy.* Sic Meum tui desiderium, *Le desir que i'ay de te veoir.* Tuum mei desiderium, *Le desir que tu as de me veoir.*

Pronomina paßiuè & possessiuè sumpta, aliquando in oratione iuncta.

DE SVBIECTO TOTO, ET *Synecdoche, Regula quarta.*

Quæuis proprietas, aut pars, cui móbile iungis,
Laudem significans, aut vituperâmen, in hoc sit,
Vel sexto casu: ceu Vultus fœmina pulchri,
Aut vultu pulchro. Quandôque synécdoche habêbit
Ritè locum, quarto, aut sexto: ceu Cándida collum,
Aut collo. Miserè dóleo cor, cordéve dices.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Quæuis proprietas (quodlibet accidens) *tout accident.*
Aut pars (aut nomen partem vel qualitatem aliquam rei significās) *ou le nom qui signifie quelque partie ou qualite d'vne chose.*
Cui (proprietati aut parti) *auquel accident, ou à laquelle partie ou qualite.*
Iungis mobile (connectis adiectiuum nomen) *tu adiouštes au nom adiectif.*

Significans laudem aut vituperium, *signifiant loüange & honneur, ou blasme & deshonneur.*
In hoc sit (in genitiuo ponatur) *soit mis au genitif,*
Vel sexto casu (vel in ablatiuo) *ou en l'ablatif.*
Ceu vultus fœmina pulchri, *comme il est monstré en cest exemple, auquel* fœmina, *c'est a dire, la femme, est louee de la beauté de son visage: au moyen dequoy le nom de visage, qui est* vultus, *auec l'adiectif* pulchri, *qui signifie beauté, est mis au genitif.*
Aut vultu pulchro, *ou en l'ablatif, comme il appert par cest exẽple.*

Regula general.

Quandoque (aliquando) *aucunefois.*
Synecdoche, *ceste figure par laquelle ce qui appartient au total est attribué aux parties.*
Habebit ritè locum quarto aut sexto, *aura en cest endroit commodément lieu, en mettant le nom de la partie à l'accusatif ou à l'ablatif, & l'adiectif ou verbe qui deuoit estre mis auec la partie s'accordera auec le nom du total, c'est à dire, de la chose louee ou blasmee.*
Ceu candida collum aut collo, *comme il appert és exemples suyuans, ou l'adiectif s'accorde auec* fœmina, *sous entendu, & le nom de la partie est mis à l'accusatif.*
Miserè doleo cor cordéve dices, *tu diras pareillement,* doleo cor, *ou* corde: *mau à bien parler, il fault dire,* dolet mihi cor, frigent mihi manus.

Substantiua partem vel qualitatem aliquam rei significanti, possunt accedente adiectiuo laudis vel vituperij, poni elegantissimè post nomen totius vel subiecti, in genitiuo vel ablatiuo, *Quand nous loüons quelque chose d'vne de ses parties, ou de quelque accident qui est en elle, nous pouuons mettre le nom de la partie ou accident, indifferemment au genitif ou ablatif, auec vn adiectif, qui signifie louange ou blasme:* vt, Vir admirãdę doctrinæ, vel admiranda doctrina, *Homme de grand sçauoir.*

Exempla de nominibus proprietatis, seu qualitatis.

Puer bonæ indolis, vel bona indole, *Vn enfant qui semble estre de bon naturel.* Vir cibi minimi, vel cibo minimo, *Vn petit mangeur.* Vir multi ioci, vel multo ioco, *Vn homme qui deuise bien.* Vir maximi animi, vel maximo animo, *Homme de grãd cœur.* Vir tenuis valetudinis, vel tenui valetudine, *Home mal sain.* Discipulus nullarum literarum, vel nullis literis, *Vn escolier qui ne sçait rien.* Vir proletariæ doctrinæ, vel proletaria doctrina, *Homme moyennement sçauant, qui n'est point beaucoup versé ny entẽdu és lettres.* Omnes docti sunt ferè rei tenuis, vel re tenui, *Gens sçauans ne sont pas communément des plus riches.* Vir obscuri generis, vel obscuro genere, *Homme qui n'est pas de grãds gens.* Homo clarorum natalium, vel claris natalibus, *Home de noble parentage.* Vir labefactatæ fidei, vel labefactata fide, *Homme qui a perdu son credit.* Gigas proceræ staturæ, vel procera

statura

ſtatura, *Geant fort hault, & grand de corps.*

Sic, Vir magnæ ceruicis, vel magna ceruice, *Homme qui a bonne teste, & qui est hardy.* Paraſitus magnæ gulæ, vel magna gula, *Escornifleur, qui a grãde gueule.* Vir naſi ſubditij, vel naſo ſubdititio, *Qui a vn faux nez.* Vir reſimi naſi, vel reſimo naſo, *Qui a le nez recroché contremont.* Puella prolixæ comæ, vel prolixa coma, *Pucelle qui a les cheueux longs.* Virgo flauorum capillorum, vel flauis capillis. *Qui a les cheueux blõds.* Princeps aureæ cæſariei, vel aurea cæſarie, *Qui a la perruque blonde.* Sic Herba magnæ radicis, & magna radice. Nympha præſtantis corporis, & præſtanti corpore. *Exempla de nominibus partiu.*

Eſt autem ſubiectum, cui aliquid accidit: vt Homo eſt ſubiectum ſcientiæ. nam homini accidit ſcientia. *Subiectum quid.*

Proprietas, eſt res quæ alteri accidit: vt Scientia eſt proprietas, quia accidit homini. *Proprietas.*

Totum eſt, quicquid ex partibus pluribus integralibus connexum eſt, vel in eas reſolui poteſt: vt Homo eſt quiddam totum, quia ex capite, ceruice, collo, humeris, pectore, manibus, brachiis, ventre, tibiis, pedibus, & cæteris membris, ipſius corpus connexum eſt, & in ea tanquam in partes integrales reſolui poteſt. *Totum.*

Pars verò integralis, vt hîc ſumitur, eſt ex qua & cæteris in eaſdem reſolubile totum conſtituitur, aliquando cõnexum eſt: vt Anima eſt pars integralis, eadémque principalis hominis: nam homo ex anima & corpore conſtat. *Pars.*

Quandoque Synecdoche, &c. Has tamen iam dictas loquẽdi formulas, hiſtorici & poëtæ ſæpè per Synecdochen proferũt: id eſt, adiectiuo ad totius vel ſubiecti nomẽ accõmodato, partis & qualitatis nomen, in accuſatiuo vel ablatiuo vſurpant. Hæ autem locutiones poſtremæ, Synecdochicæ appellantur, quòd adiectiuũ partis vel qualitatis ad totum vel ſubiectum referatur. Quam figurã refugere monent oratores. *Ce que les Orateurs font accorder l'adiectif auec le nõ de la partie ou accident, les Poetes & Historiens font autrement: car ils le font accorder auec le nom de la chose, à laquelle appartient la partie, ou en laquelle est l'accident: & mettent la partie & accident en l'accusatif, ou l'ablatif: comme au lieu que disent les Orateurs,* Vir admirãdæ doctrinæ, vel admirãda doctrina, *les Poëtes & Historiens disent,* Vir admirandus doctrinam, vel doctrina: Puer bonus indolem, & indole. Sic Aethiops albus dentes, vel dentibus, *Ayant les dents blanches.* Aeger pedes vel pedibus, *Qui a mal aux* *Synecdoche per nomina.*

pieds. Decorus faciem, vel facie, *Beau de face.* Tacitus, Nudæ brachia & lacertos, *Les femmes estans nuds de bras.*

Synecdoche per verba passiua & neutra.

Synecdoche fit etiam per verba, quum quod in parte est, toti tribuitur, & accusatiuus adiicitur verbis passiuis & absolutis. Græca cõsuetudine. Virgil. Pluribus ille notis variatam pingitur aluum. Et, Expleri mentẽ nequit, ardescítque tuẽdo. Et, Implicat, & miseros morsu depascitur artus. Itẽ, Micat auribus, & tremit artus. Rursus, Tollentémque minas, & sibila colla tumentẽ. Sic dicimus, Doleo caput, Doleo cor, Rubet capillos, Tremo manus. Frangor brachium, vel brachio, *I'ay le bras rõpu.* Fractus crura, vel cruribus, *Qui a les iambes rompues.* Suffusa cruore oculos, vel oculis, *Qui a les yeux meurdris.* Ager depastus segetes, *Champ duquel les bleds ont esté passus & mãgez.* Flores inscripti nomina regũ, *Fleurs, ausquelles sont escrits les noms des Rois.*

Synecdoches definitio.

Grammatici itaque Synecdochen vocant attributionem partis ad aliquod totum sub proprietate verbi vel adiectiui: vt, Nuda manu. Respicítque tãtùm, authore Valla, animi & corporis qualitatem, nihil sese ad externa extendens: quare Synecdochicæ non sunt hæ locutiones, Potens diuitiis, Grauis pietate, Præditus dignitate.

Synecdoche per accusatiuum, oratoribus inusitata.

Vix autem licet Oratoribus vti Synecdoche per accusatiuum: sed Poëtis maximè, proximè deinde Historicis. Neque enim dicunt illi, Doleo caput, Frigeo manus: sed, Dolet mihi caput, Frigent mihi manus, Tremunt mihi membra, &c.

DE OPVS ET VSVS, Regula quinta.

Poscit opus sextum, tólerans quandôque secúndum:
Vt Mihi opus libro est. At Opus dux (Túllius inquit)
Est nobis. Vt opus Plautus sic útitur vsus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Opus, *ce nom cy.*
Poscit sextum (valt ablatiuum, *demande apres soy l'ablatif.*
Tolerans quandoque secundum (habēs aliquando genitiuum casum) *admettant quelquefois le genitif, au lieu de l'ablatif.*
Vt Mihi opus est libro, *comme il est monstré par cest exemple, où libro, est ablatif.*
At Tullius inquit, *mais Cicero dit & vse de ce nom,* opus, *à la sorte, qui s'ensuit.*
Opus dux est nobis, *où il est mis auec vn substantif, en la façon d'vn adiectif.*

Appendix.

Plautus vtitur vsus sicut opus, *Ce poëte Comique vse & vsurpe ce nom,* vsus, *à la mesme sorte qu'il a vse de ce nom,* opus, *en luy baillant la mesme construction.*

Huius vocis Opus indeclinabilis, varia est cōstructio pro varietate acceptionis. Quando enim substantiuum nomen est, recipit aliquando genitiuum, sæpius tamen ablatiuum, rarò accusatiuum: túncque per Indigeo exponi ferè solet. Nonnunquam pro ablatiuo, infinitiuus subiicitur: vt Hoc fieri opus est: sicque per Oportet exponitur. Infinitiui tamē possunt verti in ablatiuum participij præteriti temporis: vt Opus est dicto, consulto. Prædictis autem casibus subiici potest etiam accusatiuus, mediante præpositione: vt apud Terentium, Nihil isthac opus est arte ad hanc rem, quam paro. Quando verò adiectiuum est, requirit consortium substantiui, instar aliorum adiectiuorum, & sumitur pro necessarius, ria, rium. *Ce nom,* Opus, *duquel nous vsons, quand nous voulons dire quelque chose estre necessaire & de besoin, ou auoir affaire de quelque chose, peut estre prins en deux sortes l'vne, comme vn substantif, qui seruira pour le cas de deuant aux tierces personnes singulieres du verbe,* Sum, es, est, *auec vn ablatif, qui signifiera la chose necessaire:* vt Opus est mihi libro, *I'ay affaire d'vn liure.* Cic. Authoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia, *Nous auons besoin de vostre authorité, conseil & grace.* Idem, Vbi rerum testimonia adsunt, non est opus verbis, *Où le tesmoignage des choses sont patentes, il n'est ia besoin de paroles.* Virgil. Nunc animis opus est Ænea, nūc pectore firmo, *C'est maintenant qu'il fault auoir bon courage.*

Opus duplici modo sumitur substantiuè. *Adiectiuè.* *Opus cum datiuo & ablatiuo constructum.*

Omittitur aliquando datiuus: vt apud Terent. Quid verbis opus est? *Qu'est-il besoin de paroles?* *Datiuus omissus.*

Nonnunquam accusatiuus cum prępositione Ad sequitur ablatiuum. Terent. Nihil isthac opus est arte ad hanc rem, quam paro, *Ie n'ay icy affaire de son industrie.*

Nonnunquam genitiuum adsciscit loco ablatiui, quod

iam vix ausim imitari: vt in epistola Planci, Sed aliquantum nobis temporis, & magni laboris, & multæ impensæ opus fuit, *Il nous a esté besoin de quelque peu de temps, & de grand trauail, & despense* Quare & Ouidij illud videtur dictum, 2 de Arte, Nec minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. Casus inest illic, hic erit artis opus. Sic Apuleius lib. 9 Mihi operæ eius opus est, *I'ay affaire de son trauail & peine.* Opus est lectionis, *Il est besoin de lire.*

Cũ accusatiuo. Inuenitur & cum accusatiuo constructum, sed rarissimè. Plautus in Truculẽto, Puero opus est cibum Sic Vsus apud eundem in Pseudolo, Ad eam rem vsus hominem astutum.

Cum infinitiuo loco verbi Oportet. Et cum infinitiuo, loco verbi Oportet. Terent. Sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari, *Mais il fault qu'en cecy Phormio me soit baillé pour ayde.* Cicero ad Attic. Hoc fieri & oportet & opus, *Il fault & est besoin que cela se face.* Terentius, Sed nunc peropus est aut hunc cum illa, aut me aliquid aduersus hunc de illa loqui, *Il fault necessairement que cestuy cy parle auec elle, ou que ie luy die quelque chose contre luy.*

Cum ablatiuo participij loco infinitiui. Sed & venustè loco infinitiui, cum ablatiuo participij ponitur: vt Plautus, Opus est celeriter homine conuento, id est oportet hominem conuenire, *Il me fault hastiuement parler à cest homme.* Opus est exquisito, id est, oportet exquirere, *Il fault s'enquerir.* Opus est maturato, id est, maturare, *Se haster.* Opus est, cauto, id est cauere, *Se donner garde.* Parato, id est, parare, *Apprester.* Facto, id est, facere, *Faire.* Consulto, id est, consulere, *Consulter.*

Opus adiectiuè sumptum. At Opus, dux, &c. Secundò, Opus adiectiuè sumitur & indeclinabiliter, idem significans quod necessarius, ria, riũ: & ita quemuis casum admittit. *Secondement, Opus, est comme vn adiectif mis apres le verbe, à la maniere des autres adiectifs: à sçauoir auec vn substantif qui serue de cas deuant le verbe & ledict nom,* Opus, *signifie autant que necessaire:* vt cum nominatiuo singulari. Cic.

Cum nominatiuo singulari. Dux nobis & author opus est, *Vn conducteur & guide nous est necessaire.* In sacris, Non est opus benè valentibus medicus, *Le medecin n'est point necessaire à ceux qui se portent bien.*

Plurali. Plurali, vt apud Terent. Alia quæ opus sunt comparet, *Qu'il achete les autres choses qui sont necessaires.*

Cum accusatiuo singulari. Cum accusatiuo singulari. Cic. Video mihi opus esse viaticum, *Ie voy la prouision pour le chemin m'estre necessaire.* Idem, Dices nummos mihi opus esse, *Tu diras l'argent m'estre necessaire.* De aliis casibus non habeo probatorum authorum testimonia.

Vt Opus, Plautus sic vtitur Vsus, &c. Huius item dictionis Vsus, præter vulgatam significationem & constructionem, habet & alios vsus, & eos quidem elegantissimos, non modò apud Plautum, sed & apud alios quoque & Comicos & Oratores. Primò enim vsurpatur pro Opus, & ablatiuum recipit: vt Plautus in Asinaria, Viginti iam vsus est filio argenti minis, *Mon fils a eu besoin de deux cens escus.* Virgil. Nunc viribus vsus, *Il est maintenant besoin de monstrer sa force.* Terent. Non vsus facto est mihi, *Il ne m'est pas besoin de ce faire.* Cicer. Offi 1. Impartientes reipublicæ, siquando vsus esset, *Si quelquefois il en estoit besoin.* Idem 4. Tuscul. Quæst. De cæteris studiis alio loco dicemus, vbi vsus erit. *Vsus pro Opus sumptum.*

Interdum vtilitatem significat, & tunc bifariam vsurpari potest. Primò, cum datiuo: vt Cicer. ad Attic. Fuit & mihi, & fratri magno vsui: id est, vtilitati & commodo, *Cela à porté grand profit à moy & à mon frere.* Secundò cum ablatiuo, accedente præpositione Ex: vt Terent. Ex vsu esse vestro hoc matrimonium, *Pour vostre profit* Quibus locutionibus exprimimus præsertim priore, illud vulgare, *A quoy sert cecy?* Cui vsui erit hæc res? Terent. in Heaut. Periculum ex aliis facito tibi, quod ex vsu sit, *Prens exemple aux autres qui te serue.* Licet & per nominatiuum exprimi possit, vel per accusatiuum: vt Quis vsus huius rei? vel Quem vsum habet hæc res? *Vsus pro vtilitate, bifariam vsurpatum.*

Est & insignis illa locutio, in quo ablatiuo casu ponitur cum verbo Venit. pro frequenter accidere, *Aduenir souuent.* Quam locutionem crebram esse apud Ciceronem manifestum est, & cum infinitiuo Venire aut venisse, & cum participio Venturum. *Vsu venit. insignis locutio.*

DE ADIECTIVIS VERBALIBVS,

Regula sexta.

Actíuè signans verbâle dabit genitîuum,
Móbile, ceu quædam quorum vix scitur orîgo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Mobile nomen adiectiuum) *le nom adiectif.*
Verbale à verbo descendens) *qui descend du verbe.*
Actiuè signans(id est significationis actiuæ) *qui peut estre exposé par vn verbe actif, ou de signification actiue.*
Dabit genitiuum(reget, vel habebit genitiuum casum) *aura le genitif cas.*
Ceu quædam(sup. adiectiua) *comme aussi quelques adiectifs.*
Quorum vix scitur origo (quorum deriuatio non certò cognoscitur) *lesquels la deriuation & origine n'est cogneue: lesquels on ne sçait d'où ils descendent certainement.*

Hæc regula pertinet ad adiectiua verbalia, hoc est, quæ deriuantur à verbis, quæ Despauterius vocat actiua, vel actiuè significantia: non quòd deriuentur à verbis actiuis, sed quia actiuè expónantur.

Duo genera adiectiuorum verbalium. Sunt autem duo genera adiectiuorum verbalium. Quædã enim sunt nomina, & alterius partis esse non possunt, deriuata tamen à verbis. Quædam item sunt, quæ non sunt propriè nomina, sed participia: quia tamen destituuntur vel naturali constructione, vel ad significantia temporis, aut comparationem subeunt, migrant in nomina. Ea itaque omnia, si casum aliquem recipiant, genitiuum recipient.

Adiectiua verbalia, quorum nescitur origo. Sunt præterea quædam nomina adiectiua, quæ verbalia quidem videntur, eorum tamen ignoratur deriuatio. Illa eãdem cum præcedentibus habebunt constructionem.

Exempla triũ praecedentium generum. Primi generis exempla sunt. Cupidus, auidus, studiosus, nuncius, & similia. Secundi generis, Patiens, amans, docens. Tertij generis, Expers, inops, ferax, &c. *Les noms adiectifs verbaux presque tous, reçoiuent pour le cas du verbe, duquel ils descendent, le genitif. Or n'appellons nous pas verbaux seulement ceux qui du tout sont noms, mais aussi les participes prins à la façon des nõs, & beaucoup d'adiectifs, qui semblent estre verbaux, desquels toutesfois l'origine est incertaine. Non pas que tous participes soient de ce rang: car il y en a quelques vns qui ne sont iamais trouuez auec le genitif, comme sont*, Vapulans, percussus, bibens, legens, &c.

Bibax vini, *Vn bon biberon.* Ouidius, Tempus edax rerum, *Qui consume toutes choses.* Pertinax recti, apud Tacitum, *Qui ne desuoye iamais le droict & iustice.* Statius in Syl. Audax ingenij, *Homme audacieux de nature.* Plaut. Lapsus animi, *Deceu, trompé.* Virgil. Victus animi, *Qui a perdu cœur.* Ouidius, Cupidus studiorum quisque suorum, *Vn chacun est conuoiteux de ses estudes & inuentions.* Plinius, Natura hominum est nouitatis auida, *La complexion des hommes desire choses nouuelles.* Sic Auidus cibi

Aspre à la viande. Cupidus laudis, *Qui demande honneur.* Amans vini, *Qui aime bien le vin.* Seneca, Amantes tui ama, *Aime ceux qui t'aiment.* Terent. in Phorm. Herus liberalis est, & fugitãs litiũ, *Qui fuit debats & procez.* Idem in Hecyr, Nam nemo ad te venit, nisi cupiẽs tui, *Sinon qu'il soit bien ton amy, & qu'il n'ait affection de te voir.* Sitiens famæ, apud Silium, *Qui aime fort estre renommé.* Auri vel pecuniæ sitiens, *Ayant son cueur à l'argent.* Patiens laboris, *Qui est de grande peine.* Salust. Catilina erat patiens inediæ & algoris, *Endurant bien la faim & le froid.* Peritus belli, *Fort entendu au faict de la guerre.* Quintilian. lib. 12. Quid si fortè peritus ille iuris non aderit, *Qui est sçauant en droict.*

Sunt porrò vndecuplicia adiectiua quę regunt casum huius regulæ. Primò, nomina in ans, & ens: vt Amans, patiens, fugitans, fugiens, fidens, cupiens, spirans, potens, reuerens, appetens, seruans, metuens, negligens, efficiens, audiens, præstans, farens, ambiens, prospiciens, sitiens, despiciens, retinens, intelligens, agens, insolens, ferens, esuriens, desperans, sitiens, diligens, exequens, infrequens, callens, intolerans, indulgens. *Vndecuplicia adiectiua ad hanc regulam spectantia.*

Secũdò, actiua, è præteriti temporis participiis paucula: vt Doctus, indoctus, eruditus, peritus, consultus, cõsuetus, insuetus, versus, suspensus, erectus, fessus, falsus, mutatus, victus, exterminatus, contentus. 2.

Tertiò, quædam in iuus: vt Significatiuus, imitatiuus: & substantiuum Incentiuum. 3.

Quartò, in dus quædam: vt Auidus, cupidus, prouidus, trepidus, impauidus, callidus, turbidus, validus. 4.

Quintò, quædã in ax: vt Edax, rapax, ferax, fugax, sagax, tenax, capax, spernax, audax, procax, fallax, peruicax. 5.

Sextò, quædam in osus: vt Studiosus, curiosus, incuriosus, exosus, perosus. 6.

Septimò, pauca in ius: vt Nescius, conscius, inscius, nuncius, innoxius, deuius, dubius, egregius, anxius, obnoxius. 7.

Octauò, pauca in ilis: vt Penetrabilis, susceptibilis, docibilis, mutabilis. 8.

Nonò, pauca in rus: vt Maturus, purus, gnarus, ignarus, securus, amarus. 9.

Decimò, pauca in gus: vt Largus, prodigus, præsagus. 10.

Vndecimò, plurima ad certam regulam non redacta: vt Rudis, compos, impos, memor, immemor, parcus, particeps, 11.

fœlix, meritorius, falsarius, anceps, exors, cæcus, certus, saucius, præceps, solers, æmulus, ingratus, lætus, benignus, reus, vecors, amens, vanus, liberalis, sollicitus, religiosus, cautus, expers, spernédus, modicus, immodicus, ambiguus, strenuus, præcipuus, vigil, melior, viridis, flauus, paruus, degener, inglorius, piger, festiuus, sequester, irritus, fertilis, munificus, acer, socors, periclitabundus, insons, dulcis, oriundus. Et complura alia actiuè significantia, id est, quæ actiuè declinantur.

Annotatio. Nó tamen quòd omnia adiectiua verbalia actiuè significantia regant casum huius regulæ. Opus est enim, vt sint ab authoribus non futilibus cum genitiuo inuenta. Ideò Legens librorum, Bibens vini, Comedens nefrendis, &c. non dicemus, donec apud authores classicos inuenerimus.

QVÆ REGVNT GENITIVVM *vel datiuum, Regula septima.*

Affînis, símilis, commûnis, par, propriúsque,
Finítimus, fidus, contérminus, atque supérstes,
Cónscius & sócius, confórmis, siue propínquus,
Et vicìnus, amîcus, habet iungi his aliênus:
Hæc casum ternum donábunt, siue secúndum.
Cætera, queis damnũ signábitur, vtilitásve,
Cum terno pones. Armis fer, & aptus ad arma,

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Affinis, similis, communis, &c. *tous les noms icy exprimez.*
Donabunt ternum siue secundum casum (sibi subiicient datiuum vel genitiuum casum) *auront apres soy le datif, ou genitif.*

Appendix.
Pœnas cætera (sup. nomina) *tu mettras les autres noms.*
Queis (quibus) *par lesquels.*
Damnum vtilitásve signabitur, *est signifié dommage ou profit.*
Cum terno, *auec le datif, c'est a dire, gouuerneront le datif cas.*

Exceptio.
Fer (dic) *tu diras & vseras de la maniere de parler suyuante.*
Aptus armis, & aptus ad arma, *en baillant a ce nom* aptus, *indifferemment le datif, ou l'accusatif auec la preposition* ad, *& à autres semblables.*

Hæc regula, quæ per enumerationem exemplorum traditur, commodiùs per communem locum sic tradetur. Nomina quæ vicinitatem, affinitatem, similitudinem & paritatē, vel contrà, significant: ac breuiter, quorumcunque significatio ad aliud aliquid refertur, genitiuum vel datiuum adsciscunt. Sed quæ vtilitatem & damnum, commodum vel incommodum, gratiam vel molestiam, aut odium significant, tantummodò datiuum recipiant: quædam etiam accusatiuum cum præpositione, Ad. *Huius regulæ duplex vsus.*

Les noms adiectifs qui signifient le voisinage, affinité & alliance, semblance & equalité qui est entre deux choses, ou le contraire, reçoiuent apres soy le genitif ou datif. Mais ceux qui signifient le profit ou dommage, grace ou fascherie & malcontentement, demãdent seulement le datif. Excepté que quelques vns en lieu du datif, peuuent auoir l'accusatif auec la preposition Ad.

Primi generis syluā author enumerat: quibus tamen subiici debent illis cōtraria. Neque enim ad hæc sexdecim dūtaxat restringi debet regula: neque etiam si annumeres quæ illis sunt contraria, quæ indubiè eandem habent constructionem: qualia sunt Dissimilis, Impar, &c. quū multò plura reperiantur finitimæ significationis, cum eisdem casibus vsurpata: vt Aduersus apud Tacitum: Lepida illustrium domuum aduersa. Contrarius, apud Ciceronem: Vita virtutū contraria. Æqualis, apud eundem: Conferam autem auum tuum Drusium cum C. Graccho, eius ferè æquali. *Aduersus. Contrarius. Æqualis.*

Sed de singulis, quæ in textu comprehensa sunt, exempla adducamus.

Affinis, *Voisin.* Affinis senectutis, vel senectuti, *Qui est voisin & s'approche de vieillesse* Cic. Affinis alicuius culpæ, *Un personnage qu'on peut à droit souspeçonner de quelque cas.* Idem, Rei capi *Affinis.*

talis affinis. Et sceleri & facinori affinis, *Prest d'estre condamne à la mort. Suspect de meschanceté & trahison.*

Similis. Similis, *Semblable*: vt Similis patris, vel patri, *Qui ressemble à son pere.* Terẽtius, Similis est maiorum suorum, *Il est semblable à ses ancestres.* Cicero, Non video cur non potuerit patri similis esse, *Ie ne voy pas pourquoy il n'auroit peu estre semblable au pere.*

Communis. Communis, *Commun*: vt Commune omnium, vel omnibus vitium, *Tous ont ce vice.* Cic. Atque hæc quidem quæstio cõmunis est omnium Philosophorum, *Et c'est la commune matiere que traictent tous les Philosophes.* Plaut. Mare quidem commune certũ est omnibus esse, *Il est certain que la mer est à tous cõmune.*

Duæ aliæ huius nominis cõmunis constructiones. Habet & duas alias constructiones: nempè accusatiuum cum præpositione Inter: vt, Communia amicorum inter se omnia. Quam etiam cõstructionem recipere possunt & cætera ferè omnia. Item ablatiuum mediante præpositione Cum: vt Cic. Illud videtis cum adolescentia esse commune.

Par. Par. *Pareil*: vt Par tui vel tibi ætate, *Il est aussi aagé que toy.* Lucan. Quem metuis, par huius erit, *Celuy que tu crains, sera pareil à cestuy.* Cæsar, Qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerunt, *N'ont pas peu estre egaux à nostre armee.*

Proprius. Proprius, *Propre*: vt Propria Romani populi, vel Romano populo fuit libertas, *Liberté a tousiours esté propre au peuple Romain.* Cicer. Inferioris ætatis proximus vero, vel veritati proximum, *Fort vray semblable.*

Compar. Compar. *Egal.* Gell. Qua tantisper similis & compar eorum fias, *Que tu sois egal à eux.* Lucret. Vir natura cõpar vxori, *Conuenable.*

Finitimus. Finitimus, *Prochain*: vt Finitimus fluuij, vel fluuio, *Prochain de la riuiere.* Cic. Falsa veris finitima sunt, ægritudini metus, oratori poëta, *Semblable.*

Fidus. Fidus, *Loyal*: vt Fidus amici, vel amico, *Loyal à son amy.* Ouid. Tu tantùm fidus sorori esse velis. Virgil. Regina tui fidissima, *Loyale.*

Conterminus. Cõterminus, *Voisin*: vt Conterminus fontis, vel fonti, *Qui demeure pres d'vne fontaine.* Conterminus iugi locus: contermina Indis gens, *Voisine.*

Superstes. Superstes, *Suruiuant à vn autre*: vt Superstes dignitatis paternæ, vel dignitati, *Qui voit diminuer & abaisser la dignité de son pere.* Tacitus, Superstes bellorum, *Qui est demeuré viuant apres les guerres.* Superstes gloriæ suæ, *Qui voit diminuer & abaisser son honneur.* Sic Cicero, Superstes reipub. Seneca, Superstes tou

conuiuio, *Qui se leue de table tout le dernier.* Superstitem alicui esse, vel vitæ alicuius, *Le suruiure.*

Conscius, *Qui sçait ou qui se sent coulpable de quelque chose*: vt Conscius sceleris, vel sceleri, *Qui se sent coulpable de quelque meschanceté.* Conscius consiliorum meorum omnium, *Qui sçait tous mes conseils.* Cic. Temeritati & mendacio alicuius conscium esse, *Sçauoir le mensonge d'autruy.* Quod & præter dictos casus, recipit tres datiuos pronominum primitiuorum per reciprocationem. Terent Ego mihi conscia sum, à me culpam hanc esse procul, *Ie sçay certainement que ie ne suis point coulpable de ce fait.* Sic, Tu tibi conscius es, verúmne dixeris, *Tu sçais bien si tu dis verité ou non.* Mens sibi conscia recti, *Le cœur qui tesmoigne à l'homme de n'auoir que bien vescu.* *Conscius.*

Socius, *Compagnon*: vt Socius doloris, vel dolori, *Compagnõ participant de mes douleurs.* Socij populi Romani. Cicero, Titanum soboles, socia nostri sanguinis, *Estant de nostre sang, de nostre race & lignee.* Seneca, Thalami socia, *La femme compagne, & participante d'vn mesme lict auec son mary* Ero tibi socius itineris, *Ie t'accompagneray sur le chemin.* *Socius.*

Conformis, *Ressemblant*: vt Conformis imaginis, vel imagini, *Ressemblant à vn image, ou de mesme façon qu'est vn image.* *Conformis.* Propinquus, *Prochain*: vt Propinquus vrbis, vel vrbi, *Prochain de la ville.* *Propinquus.* Vicinus, idem: vt Vicinus oppidi, vel oppido. *Vicinus.*

Amicus, *Amy*: vt Amicus somni, vel somno, *Qui aime le dormir.* *Amicus.* Amicus nostri, vel nobis, iam inde à puero, *Il est nostre amy depuis son enfance.*

Alienus, *Mal propre, reculé, estranger*: vt Locus alienus consilij, vel consilio, *Lieu mal propre pour consulter quelque chose.* *Alienus.* Cicero, Alienum dignitatis, *Contraire & mal-seant à la dignité.* Salust. Non aliena consilij domus, *Maison propre pour consulter de quelque chose.* Quintilianus, Nihil arti oratoriæ alienum. Cice. Illi causæ maximè est alienum, *Il n'est nullement à propos.* Ponitur & cum ablatiuo: vt apud Cicer. Alienum est amicitia nostra, *Il est contraire à nostre amitié.* Alienum dignitate, ingenio, *Contre sa nature.* *Cum ablatiuo.* Institutis meis, *à ma façon & maniere de faire.* Et interccedente præpositione. Cic. Non alienus à Scæuolæ studiis, *Il fait comme Sceuole.*

Exempla de his quæ commodum aut incommodum, vtilitatem vel damnum significant: & proinde quę solum datiuum adsciscant: vt, Hyems omni animanti grauis, *L'hyuer est fascheux à tous animaux.* Vir omnibus molestus, *Ennuyeux à* *Commodum aut incommodum significantia.* *Grauis.* *Molestus.*

Infensus. Dulcis. tous. Infestus hosti, *Qui s'estudie à molester & dommager son ennemy.* Infensus populo, *Fort courroucé contre le peuple.* Dulcis amicis, asper inimicis, *Doux aux amis, rude & aspre aux ennemis.* *Gratus. Iucundus. Inuius.* Gratus agricolæ imber, *La pluye est aggreable aux laboureurs.* Iucundus omnibus cantor, *Plaisant.* Ouidius, Inuia virtuti nulla est via, *Il n'y a chemin qui soit clos à vertu.* Liuius, Malum malo aptissimum, *Vn mal tresseant à vn mal.* *Aptissimus. Secundus. Proximus.* Virg. Nulli veterum secundus, *Le premier entre les anciens.* Terent. Proximus egomet mihi, *Ie n'ay plus prochain que moy-mesme.*

Nomina contrarietatis, & proximitatis. Huc itaque pertinent contrarietatis nomina, qualia sunt, Contrarius, aduersus, grauis, asper, iniurius, infensus, infestus, molestus, rebellis. Et proximitatis: vt Proximus, confinis, intimus. Et verbalia in bilis, passiuæ significationis: vt Mirabilis, facilis, affabilis, formidabilis, habitabilis flebilis, penetrabilis, impossibilis. *Verbalia in bilis, & in dus.* Et verbalia in dus: vt, Legendus, patiendus, dolendus. Postremò quæcunque ex se vel *Damnum vel vtilitatem importantia.* adiuncto commodum vel incommodum, damnum vel vtilitatem important: vt Dulcis, exosus, fidus, fidelis, intentus, vtilis, inuidus, audiens dicto, gratus, ingratus, iucundus, iniucundus, perfidus, infidus, amarus, congruus, prosper, secundus, dexter, obnoxius, damnosus, periculosus, pestifer, exitialis, lethalis, odiosus, malus, nequam, bonus, benignus, blandus, familiaris, saluber, insaluber, obuius, inuius, peruius, deditus, æqualis, &c.

Accusatiuum cum præpositione adiungentia. Exempla de his, quæ accusatiuum cum præpositione Ad, recipiunt: vt Aptus armis, & ad arma. Idoneus huic rei, & ad hanc rem Vtilis reipublicæ tuendæ, & ad rempublic. tuendam. Terent. Inutilis ad pudicitiam, & ad tuendam rem, *Inutile pour garder chasteté, defendre & conseruer ses biens.* Cicero, Cùm ad omnia vestræ memoriæ bella conficienda diuino quodam consilio natus esse videatur, *Qui est tout fait & propre pour assoupir & mettre fin aux guerres.* Ibidem, Qui se patriæ, qui ciuibus suis, qui laudis, qui gloriæ, non somno, non conuiuiis, non delectationi natos arbitrantur, *Qui pensent estre nays pour secourir le pays, & leurs citoyens, pour auoir honneur & gloire, non pas pour dormir, banqueter, & pour prendre leur plaisir.*

DE PARTITIVIS,

Regula prima.

Partitîua volunt genitîuum : vt signa,

gradúsque,
Pronômen, númerus duplex, aduérbia quædam.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Partitiua (nomina sup.) *Les noms signifians vne partie d'vne multitude.*
Volunt genitiuum, *demandent le genitif cas.*
Vt signa (particularia scilicet & vniuersalia) *comme sont aussi les signes particuliers, c'est a dire, les noms par lesquels est signifie vne chose d'entre plusieurs: & les vniuersaux, c'est a dire, par lesquels sont signifies plusieurs, chacune a part, l'vne apres l'autre, & par le menu.*
Gradúsque (comparationis sup. comparatiuus videlicet & superlatiuus) *le comparatif & superlatif.*
Pronomen, *quasi tout pronom.*
Numerus duplex (cardinalis & ordinalis) *le nombre cardinal, c'est a dire, principal, & par lequel nous comptons ordinairement: & le nombre ordinal, c'est a dire, par lequel nous monstrons l'ordre qu'il fault tenir en toutes choses.*
Aduerbia quædam, *& quelques aduerbes.*

Quæ partitionem aut collectionem significant, genitiuũ post se recipiunt. At non quemuis genitiuum, sed multitudinis, hoc est, non tantùm pluralis numeri, sed etiam singularis scilicet nominum collectiuorum: vt Primus plebis, &c. *Toute diction partitiue demande vn genitif apres soy, qui signifie multitude, comme tous genitifs pluriers, & singuliers des noms collectifs:* vt, Vnumquodque animantium, *Vne chacune creature.* Quisque huius nationis, *Vn chacun de ce pays.* *Quæ genitiuũ exigant partitiua nomina.*

Est autem dictio partitiua, adiectiuum, vel ex eo aduerbium, multitudinis partem indicans: id est, per quam pars à toto separari intelligitur. Fitque partitio dupliciter: vel cũ vnum e multis significatur: vt in his, Alter, alius, &c. vel multa sigillatim: vt in his, Vnusquisque, vterque, &c. Id porrò Grammatici signa appellant. *Dictio partitiua quid.*

Est itaque signum, nomen quod illius cui adiicitur, totam significationem, vel partem, verbo subiicit: Totam, vt Omnis, cunctus, nihil, nullus, nemo, vter, neuter: quæ vniuersalia dicuntur: Partem, vt Aliquis, quispiam, quidam, alteruter: quæ particularia vocantur. *Signum quid. Signa vniuersalia. Particularia.*

Ex his quædam sunt infinita, quædam finita. Infinita particularia sunt, Quisque, quicũque, quotquot, alteruter, &c. Finita particularia sunt, Aliquis, alter, vter, quiuis. *Infinita. Finita.*

Interrogatiua. Porrò in partitiuis continentur interrogatiua: vt, Quotus, quis, vter, & similia. Cicero in Tuscul. Quotus enim quisque Philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, vt ratio postulat.

Gradus comparationis. *Positiuus.* Secundum genus partitiuorum ex his quinque quæ hîc recenset Despauterius, est gradus comparationis: Positiuus quidem: vt apud Plinium, Canum degeneres, caudam sub aluum reflectunt, *Les chiens de mauuaise race replient la queuë par dessouz le ventre.* Nigræ lanarum, colorem nullum bibunt, *Les laines noires ne prennent point de couleur.* Sic, Pauci hominum, Multi virorum, Nouellæ oliuarum, *Les ieunes Oliues.* *Comparatiuus.* Comparatiuus: vt Fortior manuum est dextera, *La dextre est la plus forte des mains.* Dexter pedum est agilior, *Le pied dextre est le plus leger des pieds.* Vter leporum est suauior? *Lequel des deux lieures est le meilleur?*

Superlatiuus. Superlatiuus: vt, Doctissimus poëtarum, *Le plus sçauant de tous les poëtes.* Minimus fratrum, *Le moindre des freres.* Præstantissimus omnium quos mihi vnquam audire contigit, *Le plus excellent que i'aye iamais ouy.* Ditissimus plebis, *Le plus riche de tout le peuple.*

Pronomen. Tertium, omne ferè pronomen: vt Hic iuuenum, Hæc volucrum, Illa sororum.

Duplex numerus. *Cardinalis.* *Ordinalis.* Quartum, duplex numerus. Cardinalis, id est, principalis & quo vulgò numeratur, qualia sunt Duo, tres, quatuor, quinque, &c. vt Duo istorum, Tres discipulorum. Et numerus Ordinalis, id est, quo ordinem indicamus: vt Primus hominum, Septimus sapientum, &c.

Aduerbia quædam. Quintum, aduerbia quædam: vt Vbique locorum, *Par tous lieux.* Nusquam gentium, *Nulle part,* &c.

Quomodo declaratur genitiuus partitiuorum. Declaratur autem hic genitiuus per accusatiuum cum Inter, aut ablatiuum cū De, ex, vel in, pro inter: vt, Vnus istorum, id est, vnus inter illos: de, vel ex istis, vel in istis. Qua etiam loquendi ratione licet nobis vti, sed perquàm raro. Cæsar, Pauci de nostris cadunt, *Bien peu des nostres ont esté tuez.*

Porrò adiectiuum partitiuum debet esse eiusdem generis cum genitiuo quem regit: vt, Vnus fratrum, vna sororum: non vna fratrum, vnus sororum. De quo sequens habetur regula.

PARTITIVI CVM GENITIVO *quem regit, congruentia.*

Sic confórme genus, partítio quando notâtur:
Ni collectîuum, vel vox heteróclita detur.
Rectè étiam dices, Quid agis, dulcíssimé rerum?

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix 1. Quando notatur partitio (quando adiectiuum partitiuè sumitur) *quand l'adiectif signifie partition.* Genus (adiectiui videlicet & sui genitiui) *le genre de l'adiectif & de son genitif.* Sit idem, *soit semblable, soit vn mesme.*

Exceptio 1. Nisi collectiuum detur, *sinon qu'il soit baille & mis en l'oraison vn nom collectif, c'est a dire, vn nom qui signifie beaucoup tout ensemble.* Vel vox heteroclita, *ou vne diction irregulierement declinee: car lors ils pourront estre de diuers genre.* Rectè etiam dices, *tu diras bien aussi, & ne failleras point, vsant de celle maniere de parler, qui est en l'oraison suyuante.* Quid agis dulcissime rerum, *c'est à dire, si l'adiectif laissant le genre de son genitif, s'accorde auec le substantif precedent.*

Regula hæc ex superiore dependet, cuius sensus est, Posse quidem dictiones partitiuas genitiuum recipere, sed accedente cõuenientia generis. Nam cùm plerumque genitiuus ille vices teneat substantiui, à quo adiectiuũ debet mutuari sua accidentia, oportet saltem vt genere conueniant, non autem casu: quia substantiuũ semper est genitiui casus: neque in numero, quia fermè semper genitiuus est numeri pluralis. *L'adiectif partitif se doit accorder en genre auec son genitif: c'est à dire doit estre de mesme genre:* vt, Quisque virorum, *Vn chacun des hommes.* Quæque fœminarum, *Vne chacune des femmes.* *Regula sensus.*

Ni collectiuum, &c. Ab hac regula tres subiiciuntur exceptiones. Quibus tamen Linacer quartam adiicit, nempè quando dictiones partitiuæ in neutro genere ponuntur: vt apud Lucanum, Cogunt tamen vltima rerum. Et apud Liuium, Summa rerum. *Tres exceptiones à regula.*

Exceptio prima. Prima igitur exceptio fit in collectiuis. In quibus nō solùm intelligimus quæ per se talia sunt, vt Plebs, populus, turba, natio, sed & quæ per metonymiam accipiuntur, *c'est à dire par changement de nom:* vt Cic. pro Rabir. Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum.

Secunda. Secunda, in Heteroclitis: vt Infimum cœlorum Lunam continet, *La Lune tient le plus bas lieu des Cieux.*

Tertia. Tertia, vbi adiectiuum partitiuū respicit præcedens substantiuum: vt Terent. Est genus hominum, qui primos se omnium rerum esse volunt, *Il y a vne maniere de gens qui veulent estre les premiers en toutes choses.* Plinius, Villosissimus animalium lepus, *Le Lieure est le plus velu d'entre les animaux.* Boëtius, Confitemur Deum omnium rerum esse præstantissimum, *Nous confessons que Dieu est tout excellent en toutes choses.* Plinius, Boues animalium soli, & retrò ambulantes pascuntur, *Entre toutes les bestes il n'y a que les bœufs qui paissent en allant à reculons.* Terent. An quisquam gentium est æque miser vt ego? *Est il quelqu'vn autant malheureux que moy?* Horat. Quid agis dulcissime rerum? Vbi quidem dulcissime respicit præcedens subauditum, ad quod dirigitur sermo. Scribit enim Horatius ad amicum. Sic Ouidiana Phædra ad Hippolytum, O vtinam nocitura tibi pulcherrime rerum In medio nixu viscera rupta forent. Vbi pulcherrime respicit præcedens subauditum, nempè Hippolytum. Grammaticè igitur & Latinè dicitur, Leo est fortissimus animalium.

DE COMPARATIVIS ET SVperlatiuis partitiuè sumptis.

Res símilis géneris, médius gradus, atque suprêmus,
Póscunt: ille duas, hic plures vsque duâbus.
Sin minùs ista áderunt, médio grádui dato sextum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Medius gradus id est, comparatiuus) *le comparatif.*
Atque supremus (gradus sup. id est, superlatiuus) *& le superlatif.*
Poscunt (requirunt vt genitiuum habeant per regimen partitionis) *demandent, pour auoir vn genitif, par partition.*
Res similis generis, *les choses entre lesquelles se fait la comparaison, estre semblables, & d'vne mesme espece & genre, c'est à dire, estre contenues en la signification du genitif.*
Ille (comparatiuus scilicet) *iceluy comparatif.*
Duas (res sup. poscit) *faict comparaison entre deux choses.*
Hic (superlatiuus) *mais le superlatif.*
Plures duabus vsque (poscit sup. semper plures res duabus, id est, quàm sint duæ res) *fait tousiours, & non autrement, comparaison entre trois choses pour le moins.*
Sin minus ista aderunt, *sinon que ces choses n'y soient pas: c'est à dire, s'il se fait que les choses, entre lesquelles est faicte la comparaison, ne soient pas semblables, n'y d'vn mesme genre.*
Dato sextum (ablatiuum) *donne l'ablatif, & non pas le genitif.*
Medio gradui (id est comparatiuo) *au comparatif.*

Regula general. — *Except.*

Comparatiuus aliquando partitiuè tenetur, aliquãdo verò comparatiuè sine partitione. Porrò cùm tenetur partitiuè, genitiuum desiderat: quando verò comparatiuè sine partitione tenetur, ablatiuo gaudet. Superlatiuus autem, quoniam non nisi partitiuè comparationẽ facit, genitiuum postulat, *Le comparatif & superlatif quand ils sont prins à la façon des partitifs, ils veulent auoir vn genitif: mais le comparatif, quand il ne signifie point partition, il aura vn ablatif qui signifie la chose surmontee:* vt Sum minor fratrum: sum minimus fratrum: sum minor fratribus. *Duobus modis sumitur cõparatiuus.*

Vsus autem obseruandus est. Vtimur enim comparatiuo inter duas res eiusdem generis, aut inter plures diuersorum generũ: Superlatiuo verò inter plures eiusdem generis. *Il y a deux sortes de comparaison. L'vne est appellee Partitiue, à cause que le comparatif & superlatif sont prins à la sorte des noms partitifs. L'autre est simple & sans partition aucune. On les peult toutes deux cognoistre & discerner par le langage François. Car quand on dit, Le plus des, ou le plus de, ou le plus d'entre, comme le plus sçauant des Philosophes, le plus grand de l'assemblee: telle comparaison est appellee Partitiue: laquelle se fait tant par le comparatif, que superlatif, auec vn genitif:* vt Philosophorum doctissimus: Maximus totius multitudinis: Fortior manuũ, *La plus forte des mains.* Et Fortior Aiacum, *Le plus fort des deux Aiax.* *Quomodo per partitionem vtendum est comparatiuo & superlatiuo.*

Mais quãd on dit en langage François, Plusque, telle comparaison est appellee simple, laquelle se fait seulemẽt par le comparatif auec vn abla- *Comparatio simplex fit cum ablatiuo.*

tif sans aucune preposition: vt *Achilles estoit plus fort qu'Hector.* Achilles erat fortior Hectore. Sic dicimus, Doctior illo vel illis. Græcis vanior, *Le Roy des mensongers.* Aristarcho doctior, *Correcteur.* Arenis sitientior, *Vn sac à vin.* Lupo edacior, *Plus goulu qu'vn Loup.* Horat. Vilius argentũ est auro, *L'argẽt vault moins que l'or.* Qui quidem ablatiuus resolui potest in casum similem ipsi comparatiuo, intercedente particula Quàm: vt Hectorem perhibent fortioré, quàm Achillem. Fertur Virgilius doctior fuisse, quàm Ouidius: vterque, quàm Meui⁹.

Quomodo ablatiuus simplicis comparationis resoluitur.

Genitiuus verò modò in ablatiuũ cũ præpositione E, vel ex, vel in: vt Fortissimus Grę corũ erat Achilles, id est, è Græcis vel ex Græcis, vel in Græcis. Modò in accusatiuũ cũ prę positione Inter: vt apud Horatium, O maior iuuenũ, id est, ĩter iuuenes. Loquitur enim tãtùm de duob⁹, patre & filio.

Genitiuus partitionis quomodo declaratur.

Etenim comparatiuo vtimur, cùm partitio fit inter duo eiusdem generis vel naturæ: Superlatiuo, cùm inter plura. *Entre le comparatif & superlatif y a telle difference, qu'il fault vser du comparatif, quand on parle de deux choses semblables, & d'vne mesme espece: du superlatif, quand on parle de trois ou plus:* vt Manuum agilior est dextera, *La main dextre est la plus legere des deux.* Digitorum longissimus est medius, non longior. *Le doigt du milieu est le plus long des autres.*

Comparatiui & superlatiui differentia.

Or il fault noter, que le superlatif est aucunefois prins sans aucune cõparaison: ce qui aduient, quand en langage vulgaire on dict Tres, comme Tresfort, tresbelle, tressainct: vt Christus mitissimus, Euãgeliũ saluberrimũ, Lex sanctissima, *Tresdoux, tressalutaire, tressainct.*

Superlatiuus sine comparatione sumptus.

Fit ergo comparatio inter duas res eiusdem generis. Esse autem eiusdem generis, est cõtineri sub casu cõparationis: vt Planetarum sol est maximus: vbi quidem sol & planetæ sunt eiusdem generis: atqui sol est planeta. Dexter pedum est velocior: quia dexter pes est pes. Sed cùm dicitur, Paul⁹ sapientior fuit Gentilibus philosophis, res sunt diuersorum generum: quia Paulus non fuit Philosophus Gentilis.

Esse eiusdem generis, quid.

NOMINA ET VERBA GENITIVVM
vel ablatiuum regentia, Regula nona.

Dat pátrium, aut sextum sibi cópia, sicut egéstas,
Plenus, inops, sáturat, cum frátribus,

implet, abúndat,
Atque égeo, cáreo, teſtes, quibus ádiice ſanus,
Et miſer, & dignus cum plúribus: & benè multa
Verba, velut crúcio, cum péndeo, lætor, & angor,
Deſípio, abſtíneo, pótior ſic ponis, alóque,
Indóleo, récreo, quæ pluráque gloſſa reclûdet.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regit ge.

Copia (nomē vel verbum, copiam & abundantiam ſignificās) *le nom ou le verbe qui ſignifie abondance.*

Sicut egeſtas (velut etiam nomen vel verbum inopiam denotans) *comme auſſi ſemblablement tout nom & tout verbe qui ſignifie defaillance, ou diſette.*

Plenus, inops, *comme ces noms cy exprimez.*

Saturat (i. verbum ſaturo, as) *& ce verbe auec ceux qui ſenſuyuent.*

Implet cum fratribus (i. impleo, cum verbis eiuſdem compoſitionis à pleo, ples) *& ce verbe*, impleo, *auec les autres compoſez de* pleo, *comme ſont*, compleo, repleo, expleo, & oppleo.

Abundat (i. abundo, atque egeo, careo, teſtes) *& ces deux verbes & les autres qui ſont teſmoins & icy mis pour exemple.*

Dant patrium aut ſextum (regunt genitiuum vel ablatiuum) *gouuernent le genitif ou ablatif.*

Quibus, verbis & nominibus, *auſquels verbes & noms.*

Adiice ſanus & miſer, & dignus, *adiouſte ces trois adiectifs icy.*

Cum pluribus (aliis ſup. nominib.) *& beaucoup d'autres noms.*

Et bene multa verba, velut crucio, *& plusieurs verbes auſſi, comme ſont ceux icy exprimez.*

Potior ſic ponis, *tu mettras en ceſte ſorte, à ſçauoir auec le genitif & ablatif ce verbe*, potior, itis, *& les trois autres qui s'enſuyuent.*

Quæ pluráque gloſſa recludet (declarabit) *leſquels & pluſieurs autres la gloſe & expoſition declarera cy apres.*

Nomina & verba, quæ copiam & abundantiam, aut contrà, quæ egestatem, vacuitatem & inopiam significant, recipiunt post se genitiuum vel ablatiuum, *Les noms adiectifs & verbes qui signifient foison & abondance, ou au contraire disette & indigence, reçoiuent apres soy le genitif ou ablatif*: vt Quintilianus, Atqui pleni sunt huiusmodi impedimentis Grammaticorum commentarij, *Les commentaires des Grammairiẽs sont pleins de tels empeschemens*. Plautus, Plenus consilij es, *Tu es homme de grand conseil*. Plenus amoris, ***Fort amoureux***. Terentius, Plenus rimarum sum, ***Ie ne sçay rien celer***. Salustius, Ager aridus, & vacuus frugum, *De nul fruit & rapport sterile*. Cicero, Sin eris ab isto periculo vacuus, *Si tu es sorty de ce peril*. Vacuus curis, *Sans soucy*. Ouidius, Diues agris, *Riche en possessions*. Virgilius, Diues opum. Cicero, Inops verborum. Ouidius, Sanguinis atque animæ corpus inane, *Sans ame*. Sic cætera eiusdem potestatis, nisi quòd aliis alius casus familiarior est. Obseruandũ enim diligenter erit, quæ cum quibus casibus frequentiùs construantur. Multa enim Grammaticè & secundum rationem dicuntur, quæ vsus Latinorum, & purè loquentium repudiauit. vt, Contentus paucis vsitatè dicitur. Contentus libertatis, minus vsitatè dixit Liuius. Impos animi, & Compos voti, tantùm dicitur. Prodigus animi. Benignus vini, somníque, apud Hor. Largus opum, inuenias cum genitiuo apud Virgil. Præditus autem animo, ingenio, viribus. &c. Cassus lumine, & captus oculis, auribus, mente, &c. cum ablatiuo ferè tantùm. Sed vt pleniùs noscantur quæ genitiuum & ablatiuum indiscriminatim regant, & quæ sæpius ablatiuum quàm genitiuum, vtraque strictim cum exemplis complectar.

Exempla de nominibus adiectiuis.

Obseruandum diligenter.

Hæc itaque adiectiua indifferenter genitiuum vel ablatiuũ in quouis orationis genere licitè habent: Plenus lachrymarũ, & lachrymis, *Tout esplouré*. Locuples pecuniæ, vel pecunia, *Qui a force pecune*. Satur omnium rerum, vel omnibus rebus, *Qui a de toutes choses assez*. Diues pecoris, *Qui a force bestial*. Diues triũphis terra, *Nation belliqueuse, & qui a plusieurs victoires sur ses ennemis*. Abundans verborum, vel verbis, *Abondant en paroles*. Refertus cibi, vel cibo, *Plein de viandes*. Fœcundus frugum, vel frugibus, *Abondant en bleds*. Egenus auxilij, vel auxilio, *Qui a faulte d'ayde*. Indigus opis, vel ope, *Qui a affaire d'ayde*. Immunis scelerum, vel sceleribus, *Qui n'a commis aucune meschanceté*. Pauper prædiorũ, vel prædiis, *Qui a peu d'heritages*.

Quæ genitiuũ & ablatiuum indifferenter habent.

Inanis prudentiæ, vel prudentia, *Qui n'a prudence quelconque.* Exilis sermonis, vel sermone, *Duquel la parole est maigre, & qui n'a pas beaucoup d'efficace & valeur.* Sterilis vero, vel veri, *Qui est ignare de verité: qui ne cognoist & n'entend la verité des choses.* Potens tempestatum, *Qui peut faire le bon & mauuais temps*, Potens armis, *Grand guerrier.* Opibus potens Roma, apud Ouid. Inops amicorum, *Pauure d'amis.* Inops verbis, *Qui a faute de paroles.* Amens animi, vel animo, *Forcené, hors du sens.* Amens dolore, Ouid. Vecors mentis, vel mente, *Insensé, qui n'a point bon sens.*

Quæ subsequuntur, sæpius ablatiuum, quàm genitiuum habēt: vt Truncus pedibus, vel pedũ, *Qui n'a point de pieds.* Oneratus tritico, vel tritici, *Chargé de froment.* Orbus altero lumine, vel luminis, *Qui a perdu vn des yeux.* Dignus domino, vel domini seruus, *Tel maistre tel varlet.* Dignum patella, vel patellæ operculum, *Tel pot tel couuercle.* Indignus tanto nato, vel tanti nati, *Qui ne merite point d'auoir vn tel fils.* Viduus ager pecudibus, vel pecudum, *Où le bestial ne hante point.* Viduum nomen sua fama, vel suæ famæ, *Vn nom tout nud, sans aucune expression de ses excellences.* Vacuus timore & tributo, vel tributi, *Qui est exempt de crainte & tribut.* Contentus paruo vel parui, *Qui se passe à peu de chose.* Socius itinere, vel itineris, *Compaignõ de chemin.* Lapsus animo, vel animi, *Qui a perdu courage.* Lapsus spe, *Frustré de son espoir.* Miser animo, vel animi, *Fasché en son cœur.* Sanus mente, vel mentis, *Qui est de sens rassis, qui est de bon sens.* Suspensus animo, vel animi, *Qui est suspens & en doubte.* Liber legibus, vel legum, *Qui n'est point subiect aux loix.* Nimius imperio, vel imperij, *Qui veult estre obey trop estroictemēt.* Vites fæce nimia, vel fæcis nimiæ, *Qui font trop de lie.* Nudus nummis, vel nummorum, *Desnué d'argent.* Nudus agris paternis, vel agrorum paternorum, *Qui a vendu, & despendu toutes les terres que son pere luy auoit laissees.* Integer animo, vel animi, *Sain d'entendement.* Integer vita, vel vitæ, *Innocent.* Cassus lumine, vel luminis, *Qui est mort* Cassa dote virgo, *Qui n'a riē en mariage.* Cassum corpus anima, *Corps sans ame.* Expers cura, & curæ, *Qui n'a point de soucy.* Expers metu, & metus. *Sans peur.* Expers fama, & famæ, *Qui a perdu sa bonne renommee.* Et complura alia, quæ longum esset recensere.

Quæ ablatiuũ potius quàm genitiuum habēt.

Duo autem verba licitè genitiuum vel ablatiuum regunt Egeo & Indigeo: vt Egeo æris vel ære, *I'ay faute d'argēt.* Eget rationis, *Il a faute de raison.* Eget tēpore, *Il a faute de temps.* Eget humanitate, *Il a besoin qu'on luy secoure, & qu'on ait pitié de luy.*

Duo verba licitè genitiuum vel ablatiuum regentia.

Hic locus non eget interpretatione, *Ce passage cy est tout clair, il n'a il besoin d'exposition & d'estre donné à entendre.* Indigeo pecuniæ, vel pecunia, *I'ay faute d'argent.*

Ablatiuum potius quam genitiuum regentia. Reliqua huius regulæ verba sæpius ablatiuum regunt: vt Carere anima, potiùs quàm animæ dicimus, *N'auoir point de ame.* Carere commodis, *Estre priué de tout plaisir.* Carere crimine, *Estre sans blasme.* Carere dolis, *Estre sans tromperie.* Carere senatu, *N'oser aller au Senat.* Carere culpa, *N'estre point en faute.* Saturare pabulo, & aliquando pabuli bouem, *Saouler vn bœuf de fourage.* Implere pateram vino, vel vini, *Emplir vne tasse de vin.* Implere totam diem multis sermonibus, *Passer vn iour à deuiser.* Complere aliquem coronis & floribus, *Couurir quelqu'vn de bouquets & de fleurs.* Complere horrea spicis, *Emplir les granges & greniers d'espics* Explere famem cibo, *Se saouler de manger.* Explere aliquem fabulis, *Le saouler de gaudisserie.* Explere puerum crustulis, *Le saouler d'oublies.* Replere mare ratibus, *Emplir la mer de bateaux.* Abundat villa porcis, agnis, hœdis, gallinis, lacte, caseo, melle, *La metairie est pleine de porcs, d'aigneaux, de cheureaux, de gelines, de laict, de fourmage, de miel.* Affluere diuitiis, *Abonder en richesses.*

Quæ animi curam aut perturbationem aliquam significant, promiscue genitiuum vel ablatiuũ adsciscũt. Eandem quoque constructionẽ recipiũt verba, quæ curã aut perturbationem aliquam animi significant, *La mesme construction reçoiuent les verbes qui signifient soucy, ou quelque affliction de l'entendement*: qualia sunt, Discrucio, excrucio, pendeo, &c. vt Discrucior animi, vel animo, *Ie suis grandement tourmenté en mon esprit.* Plautus, Excruciat eam animi, *Il luy tourmẽte l'esprit.* Pendere animi, vel animo, *Estre en grand doute & crainte.* Lætari furto, *Se resiouyr d'auoir commis vn larrecin.* Angere se animi, vel animo, *Se tourmenter l'esprit.* Desipere mentis, vel mente, *Defaillir de sens & radoter.* Abstinere cibo, *S'abstenir de manger, ne manger point.* Abstinere carne, ouis, piscibus, *Ne manger point de chair, d'œufs, ne poisson.* Abstinere bello, *N'aller point à la guerre.* Potiri rerum, *Se faire seigneur sur sa nation.* Potiri optatis, *Iouyr de ses desirs* Amore potiri, *Iouyr de ses amours.* Alere pane, *Nourrir de pain* Indolere malis alicuius, *Estre marry du mal qu'aucun porte & endure.* Recreare se animi, vel animo, *Se recreer en son esprit.* Falli memoria, *Mettre en oubly, oublier.* Participare seruum cõsilij, vel cõsilio, *Luy cõmuniquer son secret.* Aliquem prandio, participare, *Appeller quelqu'vn à disner auec soy.* Terra scatet ferarum, *La terre est pleine de bestes sauuages.* Vrtica scatet pluri-mis remediis, *L'ortie est pleine de beaucoup de remedes.* Solẽt negle-

cta vlcera ſcatere vermibus, *Les playes qu'on ne penſe point diligemment, ont de couſtume d'eſtre pleines de vers.* Terreri animi, apud Liuium, lib. 7. Dec. 1. *Eſtre troublé en ſon eſprit.*

De regimine verbi Faſtidio.

Dat pátrium aut quartum faſtídio, ſed magè quartum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix.
Faſtidio, *ce verbe de la quarte coniugaiſon.*
Dat patrium aut quartum, *a le genitif ou l'accuſatif cas.*
Sed magè quartum, *mais pluſtoſt l'accuſatif que le genitif.*

Faſtidio nunc per accuſatiuum dicimus: olim etiá genitiuum admittebat, ſed nunc vix recipit, *Reietter vne choſe auec deſdain.* Faſtidire preces alicuius, *Ne daigner eſcouter les prieres d'aucun* Omnes cibos faſtidit præter pauonem, *Il ne fait conte de toutes viandes, & n'en daigne manger fors que du Paon.* Faſtidit mei, *Il me deſdaigne, ie luy faſche.* *Faſtidio.*

VERBA GENITIVVM VEL DAtiuum regentia, *Regula decima.*

Dic ſátago rerum. Pátrium, aut dantem miſeréri,
Sed magè vult pátrium. Dóminor dat ritè datîuum.
In ſacris étiam pátrium, velut auxiliári.
Grammáticæ leges plerúnque Eccléſia ſpernit:
Tu viuéndo bonos, ſcribéndo ſequâre períros.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula generalis.

Dic satago rerum, id est, appone huic verbo satago genitiuũ rerum, & non alium) *Mets auec le verbe* satago, *ce genitif* rerum, *& non autre.*
Misereri (id est, misereor.)
Vult patrium, aut dantem (genitiuum aut datiuum casum) *veult auoir le genitif ou datif cas.*
Sed mage patrium, *mais plustost le genitif que le datif.*
Dominor dat ritè datiuum, *ce verbe demãde deuemẽt le datif.*
Auxiliari (id est, auxilior.)
Vult etiam patrium in sacris, *veult aussi auoir outre le datif, le genitif cas contre sa nature: ce qui se trouue aussi seulement és sainctes Escritures, ou escriuains Ecclesiastiques.*

Appendix.

Ecclesia, *l'Eglise, & celuy qui traicte les sainctes lettres.*
Plerunque sperrit, *mesprise souuentesfois & ne tient conte.*
Grammaticæ leges, *des loix & reigles de la loy de Grammaire.*
Tu sequare, *quant à toy tu suyuras & imiteras.*
Bonos viuendo, *les Docteurs Chrestiens en ce qui concerne la bonne vie & bonnes mœurs.*
Scribendo peritos, *& les sçauans en ce qui touche la maniere de bien parler & d'escrire en Latin.*

Satago quatuor modis cõstructum. 1. Verbum satago, solum genitiuum Rerũ admittit: vt apud Terentium: Etsi is suarum rerum satagit, hoc est, anxius & sollicitus est de rebus suis, *Combien qu'il soit soigneux de ses affaires.* 2. Aliàs sine casu construitur: vt Plautus. Nunc satagit, adducit domum. Cæsar, Qui satagentibus celeriter occurrant. 3. Tertiò, cum ablatiuo, accedente præpositione: vt Salust. Consulibus de vi ac multitudine hostium satagentibus, *Estans soigneux, estans en grand soucy.* 4. Interdum sumitur pro niti seu conari, cum infinitiuo vt, Iram Dei placare donis satage, *Efforce toy d'appaiser l'ire de Dieu par dons.*

Misereor, eris. Misereor autem genitiuo tantùm, apud idoneos authores iũctum reperitur: vt Virgil. Nihil nostri miserere, mori me denique cogis, *Tu n'as point pitié de nous, & me fais finalement mourir.* Et Plaut. Nemini misereri certum est, quando mei nemo miseret, *I'ay deliberé n'auoir pitié d'aucun, puis qu'on ne l'a pas de moy.* Inuenitur tamen aliquando datiuum habere: vt apud Cic. in Tusc. Perge, audi nate, illachryma, patris pestibus miserere. *Miseresco.* Sic & eius synonymũ Miseresco: vt Statius 1. Theb. Et generis miseresce tui. Virg. Miserescite regis. Boët. 4. de Cõsol. Dilige iure bonos, & miseresce malis. Hic datiuum habet. Et sine casu explicito. Virgil. Aeneid. 2. His lachrymis vitam damus, & miserescimus vltrò. Sil. 2. Miserescere nescius hostis vbi Hostis nominatiuus est.

Miseror, aris. At Miseror, aris, primæ coniugationis, quod idem quod

deploro propriè significat, accusatiuū semper adsciscit : vt Suetonius in Claud. Miseratus est cōditionem suam. *Il a eu pitié & deploré son estat.* Cæsar lib. 1. Belli Gall. Abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Et 2. de Bello ciuil. Suam mortem miserabantur. Virgil. 4. Aeneid. Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amantē est? Idē Phœbe graues Troiæ semper miserate labores. Vbi quidē pro Misereor vsurpatur, quod plerunque faciunt poëtæ.

Dominor autem & Auxilior datiuū ritè habēt apud omnes Ecclesiasticos, & aliquādo genitiuū: vt Dominor victis, *I'ay la maistrise & seigneurie sur ceux que i'ay vaincus.* Auxiliari morbis, *Porter medecine, guarir.* Habet enim Auxilior solū datiuū. Terent. Vt si omnes cuperent, ei non possent auxiliari, *Tous, encores qu'ils le voulsissent faire, ne le pourroient aider.* In sacris tamen legimus, Auxiliatus sum tui : &, Dominatus est bestiarum: sed non imitabimur. Cæterùm si rectè viuere velimus, sanctos Dei homines insequemur, etiam indoctissimos: sin venustè loqui aut scribere cupiamus, linguæ Latinæ peritos imitari studebimus licet Nerone peiores. *Auxilior, & Dominor. In sacris.*

Inuenitur autem Dominor quadruplicem obtinere constructionem. Primò, datiuum habet. Virgil. Victis dominabitur Argis. *Dominor quadruplicem habet constructionem.*

Secundò, accusatiuum cum præpositione In. Ouid. 1. Metamor. Sanctius his animal, mentisque capacius altæ, Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset. Cicero, Fœlix senectus, si vsque ad vltimum spiritum dominabitur in suos. 2.

Tertiò, regit ablatiuum, intercessu præpositionis In. Salustius, Fortuna in omni re dominatur. Cicero, Casus & natura in bonis dominantur in vrbe. 3.

Quartò, regit genitiuum, quod non est imitandum: vt, Quis dominatui in diis Domine? 4.

Dominor aliquando passiuè capitur. Cicero 1. Officior. O domus antiqua, quam dispari domino dominaris!

VERBA GENITIVVM, AVT
ablatiuum habentia, Regula vndecima.

Accúso, damno, móneo: contrária laudo,

Críminis, aut pœnæ, vel laudis, habénto ſecúndum,
Aut ſextum. Sed Valla dedit tantúmmodò ſexto,
Alter, & ambôbus, neutro vel vtro, vel vtrôque.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Accuſo (verba accuſandi) *les verbes qui ſignifient accuſer.*
- Damno (verba damnandi) *les verbes qui ſignifient condamner.*
- Moneo (verba monendi) *les verbes qui ſignifient admoneſter.*
- Contraria, *& ceux qui ont la ſignification contraire,*
- Laudo (vt ſunt verba laudandi) *comme les verbes qui ſignifient louer.*
- Criminis, aut pœnæ, aut laudis, *qui ſignifient, ou crime, ou peine, ou louange.*
- Habento ſecundum, aut ſextum, *ayent le genitif, ou l'ablatif, qui ait telle ſignification.*

Exceptio.
- Sed Valla dedit tantummodò ſexto, *mais Laurent Valle a ſeulement mis en l'ablatif.*
- Alter & ambobus, &c. *ces cinq noms, à ſçauoir,* Alter, ambo, neuter, vter, vterque.

Verba accuſandi, damnandi, & abſoluendi, & his contraria genitiuum adſciſcunt, qui ſpeciem facti ſignificat: aut ablatiuum, qui genus. *Les verbes qui ſignifient accuſer, condamner, blaſmer, reprendre, admōneſter, aduertir: ou au contraire, excuſer, purger, abſouldre, louer, deſcharger de coulpe, outre l'accuſatif qui ſignifie la choſe patiente, reçoiuent indifferemment le genitif ou l'ablatif. Vray eſt que les premiers, à ſçauoir d'accuſer, reprendre, blaſmer, &c. communement ont le genitif, qui ſignifie certaine eſpece de crime, ou de peine: & l'ablatif, qui en general ſignifie crime, ou peine, non point en eſpece, iacoit que quelquefois ſera trouué autrement.*

Verborum accuſandi & dānandi exempla, cum de ſpecie criminis agitur.

De genitiuo ſpeciei exēpla ſunt hæc. Saluſt. in Iugurtha, Quos pecuniæ captæ arceſſebant, *Ils les accuſoient d'auoir prins argent.* Suetonius, Cæterùm Cornelium Dolabellam conſularem & triumphalem repetundarum poſtulabant. *Ils l'accuſoient d'auoir pillé & mēgé ſon peuple.* Accerſitus eſt capitis, *Il eſt accuſé d'vn cas criminel.* Cornel. Tacit. Maieſtatis delatus eſt, *Il eſt accuſé d'auoir offenſé la maieſté.* Accuſant malè geſtæ rei, *Il eſt*

accusé d'auoir mal faict la chose. Accusauit malè obitę legationis, *D'auoir mal faict son deuoir en son ambassade.* Egit cum nouerca iniuriarum, *Il a faict adiourner sa marastre en matiere d'iniures.* Cōdemnatus est peculatus, *Il a esté accusé de larrecin du bien public, ou du reuenu du seigneur.* Reum egit parricidij, *Il l'a accusé d'auoir tué son compagnon.* Reum egit, qui accusauit. Peregit reum, qui conuicit facinoris. Damnauit incestus, *Il l'a condamné d'auoir paillardé auec sa parente.* Terent. Hic furti se alligat, vel astringit, *Il se charge luymesme de larrecin.* Cùm plagij teneretur, *Quād il fut surprins d'auoir desrobé le seruiteur d'autruy.* Plautus, Mendacij teneo, vel arguo, *Ie te surprens de mensonge.* Argui te solœcismi, *Il t'accuse d'incongruité.* Reuincam te periurij, *Ie te conuaincray de faux iurement.* Plautus, Qui alterum incusat probri ipsum se intueri oportet, *Qui accuse vn autre de deshonneur, il se doit bien regarder.* Appellatus est veneficij, *Il est appellé en iugement pour empoisonnement.* Terent. in Phormione, Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies, *Si tu mets sus à mon maistre qu'il est auaricieux, tu seras mal voulu.* Sugillas parsimoniæ, *Tu l'accuses d'estre chiche.* Cicero, Boni ciues nulla ignominia notati, *Les bons citoyens ne sont point accusez d'aucune meschanceté.* Gellius, Notabitur impolitiæ, *Il sera noté d'estre salle & mal propre.* Infamas inscitiæ, *Tu le diffames de dire qu'il ne sçait rien.* Traducis luxuriæ, *Tu les deshonnores de sa sumptuosité.* Suspectum habes perfidiæ, siue de perfidia, *Tu le tiens pour suspect de desloyauté.* Cicero Curioni, Quanquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo, *Combien que ie sois marry que tu me tiens suspect du crime de negligence.* Quintilianus, In vtroque parricidij peccas, *Tu es homicide d'vn costé & d'autre.* Calumniaris maleficij, *Tu l'accuses faulsement d'auoir faict le mal.* Id enim significat Calumniari, falsò scilicet crimen intendere. Iudex absoluit iniuriarum illum, *Le iuge l'a relasché des iniures.* Tacitus Capitonem repetundarum interrogant, *Capito a esté interrogué sur les deniers mal prins.* Cic. Ne quem vnquam innocentem iudicio capitis accersas, *Mettre en procez criminel.*

Exempla de ablatiuo, quum nomen non est proprium criminis. Ouid. Vtinā temerarius dicat, Criminibus falsis insimulasse, *A ma volonté qu'il soit dict, que le temeraire t'ayt accusé de faux crimes.* Cic. Condemnabo ego te eodem crimine, *Ie t'accuseray de mesme crime.* Idem pro Mil. Atque hunc ille vir summus scelere solutum periculo liberauit, *Apres l'auoir deschargé de crime, l'a mis hors de danger.* Huc pertinent & illa: Mulcta- *Ablatiui nomini proprij criminis exempla.*

Cum præpositione, generis nomen in genitiuo casu positum.

uit eum pecunia, Affecit reos supplicio, & similia.

Sed tamen inuenias, vbi & generis nomen genitiuo casu ponitur: vt Cicer. Sceleris condemnat generum suum, *Il condamne son gendre de crime.* Et contrà, vbi species ablatiuo, sed intercedente ferè præpositione: vt Cicer. Putaui ea de re te esse admonendum. Sic, Postulatus est de repetundis. Liuius lib. 6. Qui de perduellione inquirerent. Interdũ & sine præpositione. vt Sueto. in Claud. Multos ex his, quos capite cõdemnauerat, postero die & in consilium, & ad aleæ lusum admoueri iussit. Quo pacto & Virgil. dixit, Damnabis tu quoque votis, hoc est, reos exoluendi voti facies.

Expostulo.

Singulare autem est illud, Expostulauit mecum de non missis ad se literis. *Il s'est complainct à moy de ce que ie ne luy ay rescrit.* Ter. in And. Sed quid agam? adeámne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expostulem?

Quinque nomina quæ nunquã in genitiuo, sed semper in ablatiuo ponuntur.

Sed Valla dedit, &c. Enumerat quinque nomina, quæ nunquam in genitiuo casu poni debent, sed semper in ablatiuo, etiam præcedente genitiuo, Alter, ambo, neuter, vter, vterque. Linacer addit Nullus, & Omnis. Quibus fortasse accedant (vt ipse ait) & superlatiua: vt, Accusasne hunc furti, an sacrilegij, an incesti, an omnibus, vel an nullo, vel an maximo ex iis: *L'accuses-tu de larrecin, ou de sacrilege, ou d'auoir paillardé auec sa parente, ou de tous, ou de nul, ou de plus grand?* Idem, Accusasne ambitus, an homicidij, an vtroque, siue de vtroque? *L'accuses tu de simonie, ou de meurtre, ou de tous deux?* Respõdebis, Neutro, *Ne de l'vn ne de l'autre.* Altero, *De l'vn seulement.* Nõ autem neutrius, aut alterius, si emendatè loqui velis.

IN QVO CASV PONI DEBET pretij vel valoris nomen.

Regula duodecima.

Verba volunt sexto prétium. Ponas sine fixo,
In pátrio pluris, tanti, quanti, atque minôris:
Cum fixo, in sexto. Raró quartum vâleo vult.

Víliùs & méliùs, peiùs, vel cáriùs emi,
Valla negat rectè dici per nómina posse.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Verba (id est, omne genus verborum, cuiuscunque generis sit, vel actiui, vel passiui, vel neutri, vel deponentis, vel communis) *toutes sortes de verbes, de quelque genre qu'ils puissent estre.*

Volunt sexto (cupiunt habere in ablatiuo casu) *veulent auoir en l'ablatif.*

Pretium (nomen pretij vel valoris) *le nom qui signifie pris ou valeur.*

Exce. 1.

Ponas pluris, tanti, quanti, atque minoris, *tu mettras ces quatre noms.*

In patrio, *au genitif.*

Sine fixo, *pourueu qu'ils soient sans substantif.*

Cum fixo in sexto, *mais tu les mettras en l'ablatif, quand ils seront auec le substantif, comme,* quanto pretio emisisti.

Exce. 2.

Valeo, *ce verbe quand il signifie pris & valeur.*

Vult rarò quartum, *ne veult pas souuent l'accusatif, mais l'ablatif.*

Re. ge.

Valla (Laurentius Valla vult loquendi formulas quæ sequuntur, meliùs efferri per aduerbia quàm per nomina) *Laurent Valle dict que ces formes de parler Latin, se disent mieux par les aduerbes, que par les noms, comme,*

Emi vilius, melius, peius, & carius, *non pas*, vilioris aut viliore, melioris aut meliore, peioris aut peiore, carioris aut cariore.

Negat idem Valla, *iceluy Laurent Valle nie.*

Posse rectè dici per nomina, *qu'il soit bien dict par les noms, ny au genitif, ny en l'ablatif, ny en autres cas: mais seulement par les aduerbes.*

Omne genus verborum, cuiuscunque generis, potest recipere post se nomen pretij aut valoris in ablatiuo casu, præsertim verò vendendi & emẽdi verba, *Tout verbe quel qu'il soit duquel l'acte consiste en aucun pris & valeur, peult receuoir apres soy vn ablatif, qui signifie ledict pris & valeur:* vt Plautus in Milite, Vitã tuam vitiosa nuce non emerim, *Ie ne donnerois pas de ta vie vne noix pourrie.* Asse emi, *Ie l'ay acheté quatre deniers.* Denario, *Trois sols & six.* Tantum valet drachma. Obolo, *Sept deniers.* Nummo, *Vn carolus.* Tantidem valuit Sestertius. Octussibus, *Deux sols & neuf.* Valuit enim Octussis assibus octo. Sic Par-

Propria nomina pagorum & oppidorum (quæ minora loca dicuntur) primæ vel ſecũdæ declinationis, ſingularis numeri cũ appellatiuis militiæ, belli, domi, humi, terræ, & togæ, cum verbo & participio, vbi quæſtio fieret per Vbi, ponũtur in genitiuo pro aduerbiis loci, *Tout nom propre de moindre lieu & ſingulier, de la premiere ou ſeconde declinaiſon, qui peult eſtre reſpondu à la demande faicte par* Vbi, *en quel lieu, doit eſtre mis au genitif.* Vt ſi quæratur, Vbi ſtuduiſti? reſpondebitur Lutetiæ, *A Paris.* Vbi vixiſti ab incunabulis? Romæ, *A Rome.* Gandaui, *A Gãd.* Louanij, *A Louuain.* Antuerpiæ, *A Anuers.* Andegaui, *A Angers* Iuliopagi, ide. Auguſtodunũ, *A Autun en Bourgongne.* Baſileæ, *A Baſle.* Huc pertinent & quæ ſequũtur, Lõ-

Exempla primæ urbium propria nomina ſitu digna.

dinum, *Lōdres en Angleterre.* Massilia, *Marseille*. Compostella Iauasum, seu Flauium Brigantium, *Compostelle, ou sainct Iacques en Compostelle.* Burdegala, *Bourdeaux.* Sagium, *Sez.* Blitera, *Besiers en Guyēne.* Bisontium, *Bezançon en la Franche conté*. Cadurcū, *Cahors.* Nemausus, *Nimes.* Tolosa, *Toulouze en Gascongne.* Gergouia, *Clermōt en Auuergne.* Nouiodunum, *Noyon.* Durachium, *Duraz.* Aurelia, *Orleans.* Mediolanum, *Milan.* Corduba, *Corbie.* Patauium, *Padoue.* Panormes, *Palerme, ville de Sicile.* Toletum, *Tolette, ville d'Espagne.* Regiacum, *Arras*. Tauroëata, vel Tauroventum, *Toulon en Prouence,* Catalaunū, *Chalon sur Marne en Chāpagne.* Cabillonū, *Chalon sur la Saone.* Cantuarii, *Cantorbie, ville d'Angleterre.* Lugdunū, *Lyon.* Belna, *Beaune.* Ebrodunum, *Ambrun.* Rupella, *La Rochelle*. Condiuincum, *Nantes, ville capitale de Bretaigne.* Rotomagus, *Rouen, ville capitale de Normandie.* Cæsaraugusta. *Sarragosse, ville de Castille en Espagne.* Placentia, *Plaisance, ville d'Italie.* Salernum, *Salerne, ville d'Italie.* Hisdinum, *Hesdin.* Compendium, *Compiegne*

A la mesme sorte que ceux de la premiere & seconde declinaison sont mis ces quatre appellatifs, Militiæ, belli, domi, & humi: *& aussi aucunesfois* terræ, & togę. Salust. Populus Romanus domi militiæque, mari atque terræ, præclara facinora fecit, *Le peuple Romain a faict beaucoup de choses merueilleuses en guerre, & en l'administration de la Republique par terre & par mer*. Belli domíque simul viximus, *En temps de guerre & de paix, nous auons tousiours vescu ensemble*. Iacet humi, *Il est estendu sur la terre.*

Sex appellatiua more propriorū in genitiuo posita.

Consensu autem ferè omnium Grammaticorum, genitiuus Domi, sex duntaxat adiectiua admittit, Meæ tuæ, suæ, nostræ, vestræ, & alienæ. Nam Domi paternæ, rectè dici nolunt. Cicero nihilominus ad Atticum sic loquitur, Pub. Claudius deprehensus est domi Cæsaris. Item, Qui istius domi erat educatus.

Genitiuus Domi sex tantum sibi subiicit adiectiua.

Prioris partis exempla sunt. Cicer. Malo esse cum timore domi meæ, quàm cum periculo domi alienæ, *I'ayme mieux estre en ma maison auec crainte, qu'en celle d'autruy auec danger*, Idem in Tusc. Diodorus multos annos nostræ domi vixit, *A demeuré long temps en nostre maison.* Et in Epist. Balbus rectà à porta domum meam venit, *Est venu droict en ma maison.*

Exempla.

Dictum est autem in regula, Propria nomina oppidorum & pagorum, propter appellatiua & maiorum locorum, vt potè regionum & insularum propria, quæ poni debent in ablatiuo cū præpositione In, & Cum: vt Herbæ creuerunt in agro.

Quare in regula dicitur. Propria nomina oppidorum.

Oratur in templo. Bellum geritur in Italia. Diſſident principes in Anglia.

Notandum.

Imitantur tamen interdum inſularum quædam propria nomina ciuitatum: vt apud Ciceronem in Epiſtol. Corcyræ fuimus vſque ad quintum decimum Calēd. Decemb. Idem, Ad quintum Idus Corcyram belliſſimè nauigauimus. Terent. Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Idem, Cuius vir vxorem Lemni habebat aliam.

De nominibus tertiæ declinationis, quibus reſpondetur ad quæſtionem factam per Vbi.

Si ternæ nomen fúerit, numeríve ſecúndi.

Cum ruri dábitur terno, aut ſexto, magè terno.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix 2.

Si nomen fuerit ternæ (declinationis ſup.) *mais ſi le nom qui eſt reſpondu a la demande faicte par* Vbi, *eſt de la tierce declinaiſon.*
Numerive ſecundi, (i. pluralis numeri) *ou du nombre plurier.*
Dabitur terno aut ſexto, *ſera mis au datiſ, ou à l'ablatiſ.*
Magè tamen terno, *toutefois il ſera mis pluſtoſt au datiſ.*
Cum ruri, *auec ce nom*, rus, *duquel nous vſons plus ſouuent au datiſ, qu'à l'ablatiſ.*

Tertiæ declinationis, aut pluralis numeri.

Nomina propria oppidorum aut pagorum tertiæ declinationis, aut pluralis numeri, vbi quęſtio fieret per Vbi, ponūtur pro aduerbiis loci in datiuo, vel in ablatiuo: elegantius autem in datiuo, cum appellatiuo ruri. *Les nõs propres des villes, ou villages, qui ſe reſpondent à la demande faicte par* Vbi, *s'ils ſont de la troiſieſme declinaiſon, ou de plurier nombre, ſeront mis au datiſ ou ablatiſ, & mieux au datiſ:* vt Degi aliâs Auinioni, vel Auinione, *I'ay autrefois demeuré à Auignon.* Studui Agathopoli, *A Montpellier.* Tarraſconi, vel Tarraſcone, *A Tharraſcon.* Carthagini vel Carthagine, *A Carthage.* Arauſioni vel Arauſione, *A Aurange en la franche Conté.* Sic, Soror mea nupſit Athenis, *A Athenes.* Huc ſpectant quę ſequūtur. Taurini, orum, *Thurin ville de Piedmont.* Turones, um, *Tours, ville ſituee ſur la riuiere de Loire.* Ambiani, orum, *Amiens.* Arelatę, arum, *Arles.* Tribores, um, *Cherbourg.* Petragorij, orum, *Perigueux.* Rhemi, orum, *Rheims.* Bellouaci, orum, *Beauuais.* Auſcij, auſciorū, *Aux.* Daci, orum, *Dax.* Meldæ, arum. *Meaux*, vrbs Galliæ. Metæ, arū,

Mets ville de Lorraine. Parisij, orum, *Paris.* Abrincę, arum, *Aurãches* Baiocæ, arum, *Bayeux.* Sic Gabij, orum, Philippi, orum, Campi, orum, &c.

Ruri educatus est, *Il a esté nourry aux champs.* Ruri ferè sese continebat, *Il se tenoit presque tousiours aux champs.* Est ruri, & rure, *Il est au champs.* Ruri.

VNDE, QVA, QVO.

Tu sextum casum, si quándo per vnde rogâris,
Aut quà respónde: si per quò, pónito quartum
In própriis: quibus vsque cupit rus, cũ domus addi.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.

Si quando rogaris (si tu aliquando interrogaris) *Si quelquefois tu és interrogué.*
Per vnde, *par c'est interrogatif, qui signifie de quel lieu.*
Aut quà, *ou par cestuy cy, qui signifie par quel lieu.*
Responde per sextum casum, *tu respondras par l'ablatif.*
Si per quò, *mais si tu es interrogue par cestuy, qui signifie à quel lieu.*
Ponito quartum, *tu respondras par l'accusatif.*
In propriis (nominibus sup minorum locorum) *és noms propres de petits lieux, c'est a dire, des villes & des villages: car par les appellatifs on respond autrement.*

Appendix.

Quibus (nominibus propriis) *aussi e's noms propres.*
Rus cum domus, *ces deux noms appellatifs.*
Cupit addi vsque, *veulent estre tousiours adioustez: c'est à dire, veulent estre mis au mesme cas que se mettent les noms propres de villes & de villages.*

Nomina propria oppidorũ aut pagorũ, vbi quæstio fieret per Vnde, aut Quà, ponuntur pro aduerbiis loci in ablatiuo sine præpositione, cum duobus appellatiuis Rus & Domus: *Les noms propres des moindres lieux, c'est à dire, des villes & villages, qui sont respondus, ou mis comme respondus, à la demande qui se faict ou peult estre faicte par* Vnde, *de quel lieu, ou par* Quà, *par quel lieu, sont mis en l'ablatif sans preposition*: Vt si quæratur, Vnde venis? respondebitur: Venio Tolosa, *Ie viens de Toulouze.* Valentia, *de* Vnde.

valence. Sic Lutetia, Lugduno, Tybure, Condomio, Rotomago, &c. Rure, Domo Carthagine rediit Scipio. Roma Cæsar profectus est in Gallias cum exercitu. Quà habuit iter Paulus Romam? *Par quel lieu est venu sainct Paul à Rome?* Athenis, *Par Athenes.* Sic, Sum iter facturus Mediolano, Louanio, Londino, &c. *Ie passeray par Milan,* &c. Nam Iter facere per locum significat. Rure reuersus est, *Il est retourné des champs.* Venit, domo, *Il vient de la maison.*

Quà.

Quò. Si per Quò, &c. Si autẽ quæstio fiat per Quò, eadem nomina ponuntur sine præpositione in accusatiuo, cum eisdẽ appellatiuis, Rus, & Domus, *Que si la demande estoit faicte par Quò les susdicts noms seront mis en l'accusatif:* vt, Confero me Tolosam, *Ie m'en vay à Toulouze.* Proficiscor Romã. Fero noctuas Athenas. Carthaginem rediit Regulus. Recipio me domũ. *Ie m'en vay à la maison.* Contulit se rus, *Il s'en est allé aux champs.*

Maiorum locorum nomina in ablatiuo ponuntur cum præpositione.

Porrò locorum maiorum & appellatiuis nominibus additur præpositio, *Mais les noms propres des pays & regions, ensemble tous les appellatifs, doiuent estre mis en l'ablatif auec vne preposition.* *Pour la premiere demande, à sçauoir.* Vnde: vt Virg. Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducere Daphnin, *Emmenez moy de la ville, ô mes enchantemens, emmenez Daphnis.* Sic, Hostis ex Italia profectus, *L'ennemy s'en est allé d'Italie.*

Vnde.

Quà. *Pour la seconde demande, à sçauoir, Quà doiuent estre mis en l'accusatif auec la preposition* Per: vt Cic. Fecit iter per possessionem, in qua animal reliquum nullum est. Idem, Brundusio profecti sumus ad quintum Calend. Maij: per Macedoniam Cyzicum petebamus. Per forum ibis, *Par le marché.* Per Italiam eundum est, Græciam petenti, *Qui va en Grece, il fault qu'il passe par Italie.*

Quò. *Pour la troisiesme demande à sçauoir, Quò, il les fault mettre en l'accusatif, auec la preposition* Ad, *ou* In: vt, Cicero, Illud erat persuasum, Pompeium cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum fecisse. Profectus est in Hispaniam, in forum, in templum, in Italiam, ad Pompeium. Cice. Quo mortuo, me ad pontificem contuli. Quin tu in malam rem abi, *Va t'en au Diable.*

Ciuitatum nominibus præpositiones aliquando additæ sine barbarismo.

Bárbarus haud fies, appônens præpositûras.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Appendix 2.

- Barbarus haud fies, *tu ne seras pas pour cela barbare & faultier en la langue Latine.*
- Apponens (addens nominibus minorum locorum) *en adioustant aux noms des petits lieux.*
- Præpositas (præpositiones) *les prepositions.*

Si quis contra dictas regulas doctissimos parcè imitemur, vbi vsurparũt contrarium, aut præpositionem omittendo, vbi regula exigit addi, aut addẽdo, vbi exigit vt omittatur, non censebitur barbarus. *Il a dit qu'aux noms propres de villes & villages ne fault mettre ny adiouster aucune preposition: & au contraire, que les appellatifs & noms propres de regions ne doiuẽt estre mis sans preposition: toutefois ne fault pas prendre cela si estroictement, que si quelqu'vn y va autrement, il soit incontinent iugé estre barbare, & parler incongruement: car nous trouuons quelquefois les bons autheurs n'auoir pas obserué ceste reigle.*

Inuenimus enim semel atque iterum etiam ciuitatum nominibus præpositiones additas: vt apud Ciceronem, Venit ad Messanam. Et, Cùm essem in Mediolano. Quod idem fecit, cum propriis adiectiua, aut aliâs appellatiua iunguntur: vt, Sum in vrbe Roma. Et Propert. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Tametsi Ouidius etiam absque præpositione dixit, Atque aliquis doctas iam nunc eat, inquit, Athenas. *Propriis ciuitatum nominibus præpositiones additæ.*

Sic, quamuis regula exigat ita dici oportere, Vado domũ, Est domi, Venio domo aliquando tamen, teste Valla, inuenimus, Vado ad domum, Sum in domo, & Venio de domo Sic Virgil. 2. Æneid. Italiam venit, pro in Italiam, dixit, &c.

Nomen compositæ figuræ posse interdum sine præpositione poni pro aduerbio loci.

Compósitum nomen nolunt rectôre carêre.

Sed tamen vt simplex pósitum quandôque legêtur.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

- Nolunt (sup. Grammatistæ quidam) *quelques grammairiens ne veulent pas.*
- Compositum nomen (significans sup. locum) *le nom composé signifiant lieu.*
- Rectore carere (id est, poni in oratione sine præpositione,

Appendix.

- *estre mis en l'oraison sans preposition.*
- Sed tamen(veruntamen) *toutesfois.*
- Legetur(inuenietur) *ledict nom composé sera trouvé és bons autheurs.*
- Quandoque positum, *estre mis quelquefois.*
- Vt simplex, *ainsi que le nom propre, qui signifie lieu, c'est à dire, sans preposition.*

Grammatistæ negant nomen compositæ figuræ posse sine præpositione poni pro aduerbio loci, *Aucuns Grimelains ne veulent pas que les noms composez soient mis en l'oraison sans preposition aux responses de lieu.* Quia malè dici putant, Ioannes iuit Montem Pessulanũ, *A Montpelier.* Frãcofordiam, *A Francfort ville d'Allemaigne.* Fontembellaquam, *Fontaine-belleau, & Fontaineblcau.* Portum Caletensem, *A Calais.* Sanctum Germanũ, *A sainct Germain.* &c. Ego verò rectissimè dici assero: quia si vera esset horum Grammatistarum regula, non tacuisset de hac re Priscianus, Donatus, Seruius, & cæteri: nec ipse Alexander. Apud Ciceronem autem legimus, Proficisci Theano Sidicino: Et, Theanum Sidicinum venire. Apud Suetonium quoque, Nouum-comum ducere colonos: Et, Conuentum agere Carthagine noua.

Præterea in Græcis hoc manifestè falsum est: vt, Neapolis, *Naples* Constantinopolis, *Constantinople* Heliopolis, *Damiette.* Gratianopolis, *Grenoble.* Antipolis, *Antibou en Provence,* &c. *Beaucoup d'autres noms Grecs & manieres de parler se peuuent trouuer és bons autheurs.*

REGIMEN DATIVI.

Regula prima.

Fixa dabunt ternum, substantiuo mediánte
Verbo: quod per Habet, contíngit sæpè resólui.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Fixa(nomina substantiua) *les noms substantifs.*
- Dabunt ternum, *regiront, receuront le datif.*
- Substantiuo verbo mediante, *moyennant le verbe substantif* Sum es est.
- Quod, *lequel verbe substantif*

Contingit(accidit) *aduient.*
Sæpè resolui(exponi) *estre souuent exposé & declaré.*
Per habet, *par ce verbe,* habeo, habes.

Verbo Est, habendi significatione cum datiuo vtimur: id est, Verbum substantiuum, Sum es, est, quando sumitur pro Habeo habes, recipit à parte anteriori nominatiuũ rei habitæ, & à parte posteriori datiuum personæ habentis: *Tout nom substantif peult auoir apres soy vn autre nom substantif au datif, moyennant le verbe substantif,* Sum. *Ou autrement le verbe substantif prins en la signification de* Habeo, *reçoit deuant soy le nominatif qui signifie la chose appartenante, & apres soy le datif, qui signifie celuy à qui elle appartient.* Et exponitur per Habeo, mutando datiuum in nominatiuum & nominatiuum verbi substantiui, in accusatiuum: vt apud Virgilium, Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca: id est, habeo patrem, & iniustam nouercam, *I'ay pere & marastre.* Idem, Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis, *Nous auons des fruicts meurs, des chastaignes nouuelles, & force fourmages frais.* Rursus. Sũt mihi bis septem prestãti corpore nymphæ, *I'ay quatorze belles filles à marier.* Terẽt. Natura tu illi pater es, ego consiliis, *Tu es son pere par nature, car tu l'as engendré: ie suis son pere quant à conseil, car ie luy cõseille ce qu'il doit faire.* Persius, Velle suum cuique est, *Vn chacun a son vouloir* Item, Tecũ habita, & noris, quàm sit tibi curta supellex, *Cognois toy toy-mesme, & combien tu as peu de bien.* Item, An nescis longas regibus esse manus? *Ne sçais tu pas combien les Roys ont les mains longues, & qu'ils prennent à toutes mains?* Ludite securi, quib⁹ est æs semper in arca, *Iouez sans vous soucier de rien, vous qui auez tousiours argent en bourse, & à commandement.* Horat. Vos quibus est virtus muliebrem pellite luctum, *Vous qui estes gens de vertu laissez pleurer les femmes, & ne plorez point.* Plaut. Indotata mihi soror est paupercula mater: *I'ay vne sœur qui n'a nul douaire pour estre mariee, & vne mere pauure.* Sic, Non est mihi quod agam, *Ie n'ay rien à faire.*

Sum pro habeo.

Verbi substantiui expositio, cum datiuum exigit.

REGVLA SECVNDA.

Ternum pro quarto aut sexto cum præpositúris
Pónimus: It clamor cælo, Mihi fília

curæ est.

Cur tibi despício? Nũc ómnibus itur ad aurum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Ponimus (collocamus in oratione) *nous mettons.*
Ternum (datiuum) *le datif cas.*
Pro quarto aut sexto cum præpositis, *en lieu de l'accusatif, ou de l'ablatif, & de leur preposition, qu'ils auroient autrement parlant.*
It clamor cælo: mihi filia curæ est, *comme il est monstre en ces exemples, car en ces deux premiers, le datif est mis en lieu de l'accusatif & de leur preposition* ad vel in, *a sauoir* cælo & curæ, *en lieu de* in cælum, & ad curam.
Cur tibi despicior? nunc omnibus itur ad aurum, *en ces autres icy sont pour l'ablatif & sa preposition, à sauoir* tibi, & omnibus, *en lieu de* à te, & ab omnibus.

Datiuus ponitur sæpè pro accusatiuo, vel ablatiuo, cum præpositione, *Souuent le datif se met en l'oraison pour l'accusatif, ou l'ablatif, auec leur preposition.*

Datiuus dupliciter ponitur pro accusatiuo.

Pro accusatiuo quidem dupliciter. Primò, post verba quæ accusatiuum cum præpositione Ad vel In habẽt, siue localia fuerint, siue nõ: vt Virg. It clamor cælo, id est, ad cælum, vel in cælũ, *Le cry montoit iusques au ciel.* Idẽ, Inferrétque deos Latio, id est, in Latium, *Quand il portoit les Dieux en Italie.* Et, Bellóque animos accendit agrestes, pro ad bellum, *Il enflãbe les cœurs des gens agrestes à la guerre.* Sic, Natus sum laudi, id est, ad laudem. Posco te pœnæ, id est, ad pœnam.

Sũ, es, est, cum duobus datiuis eleganter construitur.

Secundò, post verbum substantiuum Sum, es, est, sumptũ pro Do, afficio, vel affero, & ferè altero datiuo intercedente, qui regeretur à verbo Do, si eo vteremur: *C'est à dire, le verbe* Sum es, est, *prins en la signification de* Do, afficio, affero, *elegamment reçoit apres soy le datif, & le plus souuent auec vn autre datif, qui seroit mis apres le verbe* Do, *si nous vsions d'iceluy: comme quand nous disons,* Do tibi auxilium, *icy en retenant le datif* tibi, *ie diray plus elegamment,* Sum tibi auxilio. Tu es mihi molestiæ, id est, das mihi molestiam, vel afficis molestia, *Tu m'ennuyes.* Cicer. Si mihi fidelitas tãtæ est voluptati, id est, Si me tãta voluptate afficit. *Si i'y prens tant de plaisir.* Non sit tibi curæ hæc res, *N'en ayes point de soucy.* Virgil. Phœbo mea carmina curæ, sup. sunt Terent. Sūt hæ tibi nuptiæ cord.? *Ces nopces te sont elles aggrea-*

bes? Cic. Quæ res nemini vnquam fraudi fuit, *Laquelle chose ne fut iamais dommageable à aucun.* Gloriæ mihi est patria, *Le pays me faict honneur.* Infamiæ mihi est amor, *L'amour me diffame.* Sic dicimus, Præsidio esse alicui, *Luy ayder & secourir.* Testimonio esse alicui, *Luy porter tesmoignage.* Oneri ferendo esse, *Estre suffisant pour porter quelque charge & fardeau.* Cic. Postrema tua pagina mihi magnæ fuit molestiæ, *La derniere page de tes lettres m'a fort fasché.* Est omnibus derisui, *Chacun se moque de luy.* Desiderio esse, *Estre desiré & regretté.* Esui, potuíque esse, *Estre bon & ordonné pour boire & pour manger.* Esse exitio, lucro, odio, soluendo, & similia.

Resoluitur autem Sum, in his locutionibus, per ea verba quorum significationem gerere videtur: vt, Ouibus sua lana decori est, id est, affert decus. Tu es mihi tædio, hoc est, afficis me tædio. Terrori est mihi iudicium, id est, dat terroré. *Sum in his locutionibus quomodo resoluatur.*

Huius constructionem imitantur & hæc quatuor, Verto, do, duco, & habeo: vt, Speras tibi laudi fore, quod mihi vitio vertis? *Esperes tu que sera honneur à toy, ce que tu reputes n'estre pas bien fait à moy?* Plaut. Quis erit vitio qui non vertat tibi? *Qui sera ce qui ne te blasme de cecy?* Liuius cum accusatiuo protulit, Romanos mihi obiicis, & ea quæ gloriæ esse debent, in crimen vertis, *Tu me reproches ce qui m'est à gloire.* Quadraginta etiam dedit huc usque pignori, *Il a mis en gage.* Teren. Hanc tibi dono do, *Ie vous en fais vn don.* Idem, Quam rem vitio dent, quæso, animum aduertite, *Considerez ie vous prie qu'ils desprisent.* Cic. Dare crimini, *Blasmer.* Teren. Tu nunc id tibi laudi ducis, *Vous reputez estre honneur à vous.* Sic dicimus, Ducere vitio, *Estimer mal faict.* Ducere damno, *Estimer dommageable.* Ducere probro, *Prendre à deshonneur.* Ducere honori, *Reputer estre honneur.* Terent. Vtrum studióne id sibi habet, an laudi putat fore, si per luderit gnatam? *Passe-il là son temps?* Cicer. Habere quæstui rempublicam, non modò turpe est, sed scleratum etiam & nefarium, *Tourner l'administration de la republique à son profit est chose non seulement deshonneste, mais aussi meschante & illicite.* Sic dicimus, Habere quempiam aut aliquid risui, ludibrio, cordi, prædæ, quæstui, &c.

Quatuor verba verbi substantiui constructionem imitãtia.

Verto.

Do.

Duco.

Habeo.

Non dissimile est illud Terent. Postulare id gratiæ apponi sibi, *Demander qu'on luy face grace & faueur.* Horat. Apponere alicui lucro, *Estimer autant de gain.* Et item illud Virgilij, Venturum excidio Lybiæ. Et vulgatum illud, Receptui canere, *Sonner la retraicte.* Per metaphoram sumitur *pour mettre fin.* *Appono.*

In omnibus his locutionibus datiuus ponitur pro accusatiuo, & præpositione Ad, vel In: Est mihi curæ, id est, ad curam.

Datiuus pro ablatiuo duobus modis positus.

Duobus etiam modis pro ablatiuo ponitur datiuus. Primò, post verba passiua, loco ablatiui rei agentis: vt, Cur tibi despicior, id est, à te? *Pourquoy me mesprises tu?* Virgil. Nec cernitur vlli, pro ab vllo, *Il n'y a aucun qui le voye.* Idem, Despectus tibi sum, *Tu me mesprises.* Quæ forma frequens adeò est poëtas.

Secundò.

Secundò post alia verba, quæ ablatiuum cum præpositione desiderant: vt Virg. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas, pro tecum, *Il n'y a qu'Amyntas qui t'ose monstrer visage.* Idem, Placidóne pugnabis amori? i. in amorem, vel cum amore. Idem, Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus, Laudibus Italię certant, i. cum laudibus. Idem, Impar congressus Achilli, id est, cum Achille, *Luy estant inegal s'est combatu auec Achilles.* Horat. Nec si enitar tragico differre colori, id est, à colore tragico, *Ie ne m'efforceray pas d'estre totalement differēt des tragedies.* Idé, Scire volo quantū simplex hilarísque nepoti Discrepet, & quantū discordet parcus auaro, *Ie veux sçauoir combien est different le sobre du prodigue, & le riche de l'auaricieux.* Virg. Arcebis grauido pecori pro à pecore, *Tu empescheras d'entrer ceux qui viennent pour rauir nostre bestail.* Rursus, Solstitium pecori defendite. In quo quidem exemplo etiam Hyppalage est, pro defendite pecus à solstitio.

QVANDO VERBI ACTIO SIGNIFIcatur fieri vel in gratiam vel in damnum alicuius.

Regula tertia.

Acquisitîuè si ponas verba, datîuum His dato. Commûnis fermè ómnibus esto datîuus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Si ponas verba (si in oratione colloces) *si tu mets les verbes.*
Acquisitiuè. *c'est a dire pour signifier l'acte desdits verbes aduenu au profit ou dommage de quelqu'vn.*
His dato datiuum, *tu bailleras à iceux verbes le datif.*

Appendix. Datiuus, *le datif cas.* Esto communis, *soit, ou doit estre commun.* Omnibus fermè (sup. verbis.) *presque à tous verbes, de quelque genre qu'ils soient.*

Omne verbum acquisitiuè positum, potest regere datiuũ casum rei acquirentis, & cuius causa aliquid fit: id est, Quotiescunque significamus actionem alicuius verbi fieri in gratiam, commodum vel incommodum alicuius personæ (hoc est enim acquisitiuè poni) persona illa subiici verbo potest in datiuo casu: *Tout verbe peult receuoir apres soy vn datif qui signifie celuy au profit ou dommage, gré ou desplaisir duquel se faict l'acte du verbe.* Hic enim casus communis ferè est omnium verborum, & significat in honorem, vituperationẽ, vtilitatem, damnũ, lætitiam, iucunditatem, fauorem, petitionem, similitudinẽ, &c. vt Virg. It hasta Tago per tempus vtrunque, i. in perniciem, vel necem Tagi, *La iaueline passe par les temples de Tagus, & le tue.* Idem, Centum cui templa Sabæo thure calent, i. in cuius honorem, *A l'honneur de laquelle cent Temples sont eschauffez d'encens apporté de Saba ville d'Arabie.* Cicer. Non omnibus dormio, *Si ie fais pour les vns, ie ne fais pas pour les autres.* Sic, Non omnibus seruio. Huic habeo pecunias, non tibi, *I'ay de l'argent à son commandement, non pas au tien.* Plaut. Mihi istic nec seritur, nec metitur, *Ie ne fais point icy mon profit.* Terent. mihi peccat, si quid peccat, *S'il y a de la faulte, c'est pour moy.* Omnibus sapit, sibi non sapit, *Il est sage pour les autres, non pas pour soy.* Nequicquam sapit, qui sibi non sapit, *Pour neant est sage qui n'est sage pour soy.* Sic diuus Paulus: Siue viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Qui curat diem, Domino curat: qui non curat, Domino non curat. Qui vescitur, Domino vescitur: qui non vescitur, Domino non vescitur. Si non sum tibi ciuis, non eris mihi consul. Si non sum tibi vxor, non eris mihi maritus.

Acquisitiuè poni, quid.

Datiuus acquisitiue sumptus quomodo resoluatur.

VERBA DATIVVM, VT PROprium casum regentia. Regula quarta.

Tértius est verbis próprius natis fore, sum, fit:
Atque à manénte facit: ab, ad, & con sæpe, quibus do.

Occúrro, fáueo, ſtúdeo, medeórque, & adûlor,

Auxílior, fámulor, nóceo (ſed dat iuuo quartum)

Páreo, præſídeo, pugno, cum párcere, grator:

Quǽque frequénter erunt imperſonália, iunge

Contíngit, reſtat, placet, éuenit, áccidit, & fit,

Súfficit, & conſtat, libet, & liquet, & dolet: adde

His vacat, & condûcit, & éxpedit, & licet, atque

Cónuenit, & præſtat. Sed dícito, Pertinet ad me.

Attinet, & ſpectat, rectè coniúngimus iſti.

Multa regunt ternum, quibus haud eſt régula certa.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Tertius (datiuus [illegible]

Eſt propendus (propriè conuenit) conuient & eſt deu propremēt.

Verbis natis [illegible] ſum, fit (id eſt, verbis ortis & compoſitis)

[illegible] qui deſcendent de l'vn de ces trois verbes

forem, ſum, & fio.

Atque [illegible] facit, & de ce verbe facio, facis, moyennant qu'ils

retiennent ceste lettre a, & ne soit changee en i, en composition.
Ab, ad, & con, sæpè, *& bien souuent des composez de ces deux prepositions,* ad *&* con.
Quibus do, &c. *ausquels i'adiouste.*
Occurro (i. verba occurrendi) *les verbes qui signifient se rencontrer & venir au deuant de quelqu'vn, ou de quelque chose.*
Faueo (verba fauendi & assentiendi) *qui signifient fauoriser.*
Studeo (verba studendi & diligentiam adhibendi) *qui signifient estudier, & mettre diligence.*
Medeórque (medendi, & si qua sunt his significatione conformia) *qui signifient medeciner.*
Et adulor (adulandi verba) *qui signifient flatter.*
Auxilior (auxiliandi) *qui signifient ayder & subuenir.*
Famulor (famulandi) *qui signifient seruir.*
Regula general. Noceo (nocendi) *qui signifient porter nuisance.*
Sed dat iuuo quartũ) *mais ce verbe* iuuo, as, *veult auoir l'accusatif, & non le datif, encore qu'il signifie ayder ou secourir.*
Pareo (verba parendi, siue obediendi) *les verbes qui signifient obeyr.*
Præsideo (præsidendi & imperãdi verba) *qui signifient presider, ou commander.*
Pugno (pugnandi) *qui signifient combattre & guerroyer.*
Cum parcere (i. verba parcendi & veniam dandi) *qui signifient pardonner.*
Grator (gratulandi) *qui signifient gratifier.*
Et iunge, quæ frequenter erunt impersonalia, *ausquels tu adiousteras ces verbes suyuans, qui souuent sont impersonels, ou mis comme impersonels, c'est a dire, desquels on n'vse gueres souuent qu'en la tierce personne.*
Contingit, restat, placet, &c. *assauoir ces dixsept icy exprimez, qui ne se trouuent gueres qu'a la tierce personne du singulier nombre.*
Appendix. Sed dicito, *mais tu diras ainsi comme il s'ensuyt.*
Pertinet ad me, &c. *c'est a dire, que ces trois verbes,* pertinet, attinet, *&* spectat, *encore qu'ils soient souuent impersonels, si n'ont ils pas le datif apres eux comme les susnommez, mais ont l'accusatif auec la preposition* ad.
Multa (verba sup.) regunt ternum, *plusieurs gouuernent le datif.*
Quibus haud est certa regula, *qui n'ont point de certaine reigle.*

Regula hæc ad constructionem quidem datiui tota pertinet: in duas tamen partes diuidi potest. Prior est quædam esse verba, quæ etsi suapte natura datiuum non recipiat, tamen propter compositionem eundẽ recipere: non quòd ea ex quibus componuntur, eum recipiant, sed quia quodammodo significationem verbi, aut modũ significandi mutet. *Beaucoup de verbes, desquels la signification, ou maniere de signifier, est aucunement changee par la composition, reçoiuent le datif apres soy.* *Duæ huius regulæ partes. Prior. Datiuus est proprium casum regentia verba, sunt tamen quædam plura.*

Primò, composita à Fore: vt Cicer. Sulpitio, Maior mihi *Primo.*

ratio afforе nulla poteſt, quàm coniunctio conſuetudinis, ſermonúmque noſtrum, *Ie ne puis auoir plus grande raiſon que la conionction de noſtre familiarité & propos que nous tenons entre nous.* Sequar quæ mihi profore credam, *Ie ſuyuray ce que ie penſeray qui m'apporte proſit.* Sil. Promittitque viris nulli ſe defore teſtem.

Secundò. Secundò, compoſita à Sum: vt Cic. Omnibus his pugnis Dolabella affuit, *Il a eſté preſent à toutes ces batailles.* Ouid. Cauſáque non deſit, deſit tibi copia mortis, *Que tu ayes occaſion de vouloir mourir, & toutefois ne puiſſes tu mourir.* Talia ſunt, Abſum inſum, obſum, ſuperſum, &c. quæ etiam cum aliis caſibus nõ nunquam constructa reperientur: vt Cicero, Nec metuo ne mihi ſermo deſit abs te, *Ie n'ay pas peur que propos me defaille de ton coſté.* Idem, Deeſſe officio ſuo & muneri, *Ne faire point ſon eſtat & deuoir.* Liu. Abſit verbo inuidia, *Que nul ne me ſçache mauuais gré de ce que ie dis.* Abeſſe alicui, *Faillir le ſecours à quelqu'vn.* Plaut. Ineſt nobis ſpes, *Nous auons eſperance.* Plin. Ineſt columbis quidam gloriæ intellectus, *Il y a quelque cognoiſſance de gloire és Colombes.* Sal. Gloriæ cupiditas multis obfuit, *Cupidité de gloire a porté nuiſance à pluſieurs.* Lingua obeſt garrulo, *La langue nuiſt à vn babillard, a celuy qui parle trop.* Cicero, Prouinciæ præeſſe, *Eſtre gouuerneur d'vne Prouince.* Præeſſe quæſtioni dicitur iudex, *Preſider en matiere criminelle.* Cicero, Nihil tibi literæ meæ proderũt, *Mes lettres ne te ſeruiront de rien.* Virgil. Supereſſe labori, *Vaincre vn labeur, & en venir au deſſus.* Rebus ſuis supereſſe, *Fournir à ſes affaires, & en venir à bout.*

Tertiò. Tertiò, compoſita à Facio & Fio, in quibus a, non mutatur in i: qualia ſunt Benefacio, malefacio: & ſatisfacio: vt Tacit. Ne ingratis quidẽ benefacere abſiſtam, *Ie ne m'abſtiendray point de faire du bien, meſmement aux ingrats.* Omninò malefacere alicui, *Faire totalement mal à aucun.* Fidei ſatisfacere, *S'acquiter de ſa promeſſe.* Immortalitati laudum alicuius ſatisfacere, *Rendre les louanges d'aucun immortelles.* Et à Fio. Cicer. Vide quomodo ſatisfiat ei, cui ſcis me ſatisfieri velle, *Regarde par quel moyen puiſſe ſatisfaire à celuy, auquel tu cognois que ie vueille qu'il ſoit ſatisfaict.* Terent. Nihil apud me tibi deſieri patiar, *Ie ne ſouffriray point que tu ayes deſfault de choſe que i'aye.* Virgil. Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit, *Ie n'ay point faulte de laict, n'eſté, n'hyuer.*

Benecupio, beneuolo. Sic Benecupio, & Beneuolo. Ennius. Non benè tibi vult, qui te falsò criminatur, *Celuy ne veult pas ton bien, qui faulſement t'accuſe*

t'accuse. Terent. Ipse bene cupio Glycerio, *Ie luy voudrois faire plaisir & seruice.*

Quartò, composita à præpositionibus Ad: vt, Admolitus est illi manum, *Il a mis la main sur luy.* Accũbo tibi, *Ie suis assis à table pres de toy.* Plinius, Tota vita literis assident, *Ils ne font qu'estudier.* Aduolutus est pedibus, *Il s'est ietté à ses pieds.* Adrisit matri, *Il a sousris à sa mere.* Iã mihi adlubescit, *Il me plaist maintenant.* Adiacet Ægypto, *Il est aupres d'Egypte.* Affulsit mihi spes, *I'ay quelque esperance.*

Quartò composita à decem præpositionibus. Ad.

Et accedente accusatiuo: vt, Nondum admoui cyathum labiis, *Ie n'ay pas encore porté le verre à la bouche.* Appressit pectori codicem, *Il a serré son liure contre sa poictrine.* Adegit gladium pectori, *Il luy a fourré le cousteau dans la poictrine.*

Con: vt, Conuixit nobis, *Il a vescu auec nous.* Commori tibi cupio, *Ie vueil mourir auec toy.* Colludo tibi, *Ie me iouë auec toy.* Horat. Colludere paribus, *Se iouër auec ses compaignõs.* Terent. Cõmigrauit huic viciniæ, *Elle est venue demeurer en ce voisinage.* *Con.*

Ante: Gellius, Qui & viriũ magnitudine, & adolescentia, simúlque virtute, cæteris antestabat. *Estoit plus excellent.* Cic. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis, *Que vous preferiez amitie à toutes autres choses.* Idem, Qui me antetulieris nobilitati, *Qui m'auez preferé à noblesse.* Idem, Qui eloquentia cæteris antecellis, *Qui es plus eloquent que tous les autres.* *Ante.*

In: Cicer. An faces admouendæ sunt, qui te excitent, tãtæ causæ indormientem? *Qui es endormy de soing que tu as en cest affaire?* Inuigilas chartis, *Tu es soigneux des lettres.* Horat. Immoritur studiis, & amore senescit habendi, *Il se tue de trauailler.* Plin. in Episto. Per hoc enim assequebamur primùm, vt honestis cogitationibus immoraremur. *Que nous nous arrestiõs à pensees honnestes.* Quintil. Ne terrenis immorer, *A fin que ie ne m'arreste point sur choses terriennes.* Insudas nimium studiis, *Tu trauailles trop.* Virgil. Floribus insidere vel saxis, *Se poser sur les fleurs ou pierres.* Illudere capto, insultare alicui, *Se mocquer de quelqu'vn.* Inniti arundini, *S'appuyer sur vn roseau.* Imminet capiti periculum, *Il est en danger de sa vie.* Mors impendet omnibus. *La mort est à tous prochaine.* *In.*

Inter: vt, Intermiscet vera falsis, *En mentant il dit quelque verité.* Medijs interserit oscula verbis, *Il entremesle les baisers auec ses propos.* Interiectas collibus valles: *Mises parmy.* Cicer. Qui nostro sermoni interfuit, colloquio, conuiuio, *Il a esté aux propos.* Interuenit colloquio, *Il est suruenu sur les paroles.* *Inter.*

Ob. Ob: vt, Obgannit nobis, *Il nous rompt les oreilles.* Occinere alicui. *Contrechanter.* Horat. in Serm. Vin' tu curtis Iudæis oppedere? prouerbialiter, pro reclamare, & contemnere. Teret. in Phorm. Ager oppositus est pignori ob decem minas, *Le champ est engagé pour cent escus.*

Post. Post: vt, Post habeo, postpono famam pecuniæ, *Ie ne prise pas tant la renommee que l'argent.*

Præ. Præ: vt Cic. Ego meis maioribus virtute mea præluxi, *Ie suis le premier Gẽtilhomme de ma race, & le plus vertueux de tous mes ancestres.* Præpollet omnibus, *Il surmonte tous.* Prænitet omnibus, *Il est beau sur tous.* Præminet, præstat. præcellit, præpollet omnibus, *Il surmonte tous.* Præbibo tibi, *Ie boy à toy.*

Sub. Sub vt, Omnia subiacent fortunæ, *Tout est subiect à fortune.* Succedere alicui, *Succeder.* Supponere oua gallinis, *Mettre couuer les gelines.* Virgil. Supponere falcem aristis *Faulcher ou scier les bleds meurs.* Terent. in Phor. Nunquid patri subolet, *Mon pere ne s'en doute il point?* Subolere dixit, pro suspectum esse, metaphora prouerbiali.

Super. Super: vt, Superponere villã profluenti, *Bastir vne mestairie pres de l'eau courante.*

Secunda pars huius regulæ. Posterior pars huius regulæ est, alia quędã esse verba, quæ ratione significationis, ad efficiendam sententiam, datiuum tanquam proprium casum exigunt. *Tous les verbes comprins au texte, & ceux qui ont semblable signification, demandent vn datif, comme leur propre cas apres soy.* Horum in textu species enumerantur, quas ordine cœpto prosequemur.

Quintò, verba occurrendi. Quintò, verba occurrẽdi & repugnantiæ: qualia sunt, Occurro, occurso, obuio, obuiam eo, refragor, obsto, obsisto, obstrepo, resisto, repugno, reluctor, reclamo, officio, aduersor: vt Cic. Sed ego occurrã expectationi vestræ, *Mais i'iray au deuant de vostre attente.* Obuiam factus est mihi, *Il m'a rencontré en chemin.* Obuiam eo illi, *Ie vay au deuant de luy.* Virgil. Occursare capro, cornu ferit ille, caueto, *Ah garde toy d'aller au deuant du bouc.* Plinius iunior. Occursare numinibus, *Aller au deuãt de Dieu, & le prier.* Occursant animo meo multa, *Plusieurs choses me viennet en memoire.* Refragari sententiæ alicui, *Cõtreuenir à l'opinion de quelqu'vn.* Conatibus alicuius obstare, *Resister aux efforts de quelqu'vn.* Iura obsistũt viribus, *Les droits resistet à la violẽce.* Obstrepit nobis, *Il crie cõtre nostre dire.* Nam Obstrepere dicitur, qui dictis alterius strepitu aduersatur. Cicer. Cũ resistere eius improbitati nõ possem, *Resister.* Quint.

Vt cùm historiæ cuidam, tanquam vanæ repugnaret. Idem, Eorum sententiæ diu sum equidem reluctatus, *I'ay resisté lõg temps à leurs opinions.* Isti sententiæ nemo non reclamabit, *Tout le monde sera contre ceste opinion.* Cic. 3. Officior. Quorum altitudo officeret auspici, *Nuiroit.* Terentius. Aduersabatur nemini, *Il ne contredisoit à personne.*

Sextò, verba fauendi, & assentiendi qualia sunt, Faueo, annuo, arrideo, subscribo, consentio, assentio siue assentior, hęreo, adhæreo, astipulor, concino, suffragor, accedo, acquiesco, aspiro, &c. vt Cic. Cuius gloriæ faueo, *Duquel i'aime l'honneur.* Annuere alicuius dictis, *S'accorder à son dire.* Hæc sententia mihi non arridet, *Ceste opinion ne me semble pas trop bonne.* Subscribo tuo iudicio, *Ie suis de ton aduis.* Cic. in Academ. quęstion. Mihi neutiquam cor consentit, *Mon cœur ne s'y addonne nullement.* Idē, Ne incognita pro cognitis habeamus, hísque temerè assentiamur, *N'accordons pas temerairement les choses incognenes.* Liuius, Adhærere lateri alicuius, *Estre tousiours aupres de quelqu'vn, luy tenir compagnie.* Astipulor tibi, *Ie suis de ton aduis.* Concinno Stoicorum sententiæ, *Ie m'accorde à l'opinion des Stoiques.* Suffragari alicui, *Luy fauoriser & faire pour luy.* Accedo tibi, siue tuæ sententiæ, *Ie suis de ton opinion.* Acquiesco tuæ sententiæ, *I'acquiesce à ta sentence.* Curtius. Aspirat illi fœlicitas, *Felicité luy fauorise.* Aspirat Deus mentem hominibus, *Dieu donne l'entendement aux hommes.*

Sextò, verba fauendi.

Septimò, verba studendi, & diligentiam adhibendi: qualia sunt, Studeo, incumbo, attendo, indulgeo, insisto, insto, inhio, insudo, inuigilo, indormio, innitor, vaco, inhæreo, impendo, nauo, adhibeo, &c. vt Studere pecuniæ, laudi, dignitati, *Mettre son affection, prendre peine & estre soigneux d'acquerir argent, loz & honneur.* Inuigilare studio, literis Græcis, *Veiller soigneusement à l'estude.* Labori incumbere, *Trauailler fort.* Cic. Amicitiis nouis indulgere, *S'adonner à faire amitiez nouuelles.* Insudat studiis, *Il trauaille trop à l'estude.* Indormire desidiæ, *Se endormir en sa paresse.*

Septimò, verba studendi.

Octauò, Medeor, eris, & Medicor, aris, & si qua sunt his significatione conformia. Cæs. Facillimè inopiæ frumētariæ sese mederi posse existimant, *Ils estiment qu'ils pourront remedier bien facilement à la faulte des bledz.* Cicero, Aut si nulla ratione publicis incommodis mederi queat, *Ou si on ne peult remedier à la perte de la Republique.* Virgil. Senibus medicantur anhelis, *Seruent aux vieux qui auec difficulté ont l'haleine.* Terent.

Octauò, verba medendi.

Cum ego possim in hac re medicari mihi, *Veu que ie puis bien remedier à cela.*

Nonò, verba adulandi. Nonò, adulādi verba: vt, Adulor, lenocinor, palpor, blandior, assentor, supparasitor, applaudo. Plaut. Supparasitabor patri, *Ie flatteray mon pere*, Plaut. Tu assentaris huic, *Tu flattes.* Idem, Obseruatote quàm blandè mulieri palpabitur, *Prenez garde comme il flattera & patelinera ceste femme.* Quintil. Formæ puerorum lenocinantur, *Ils donnent grace à la beauté des enfans.* Indoctis applaudit plebecula, *Le menu peuple flatte les ignorans.*

Decimò, verba auxiliandi. Decimò, auxiliandi verba: cuiusmodi sunt Auxilior, subuenio, adminiculor, opitulor, patrocinor, succurro, commodo, &c. vt Plinius, Hydropicis auxiliatur vrina vesicæ apri, *L'vrine de la vessie d'vn sanglier guarit les hydropiques.* Cicero, Solicitudini alicuius subuenire, *Oster quelqu'vn de soucy & de chagrin.* Cyclicæ disciplinæ sibi inuicem adminiculantur, *Les arts liberaux s'entraydent & soulagent.* Patrocinatur pauperibus, *Il defend & soustient les pauures.* Cic. Opitulari patriæ, *Donner ayde au pays.* Non potes mihi commodare, nec incommodare, *Tu ne me sçaurois faire plaisir ne desplaisir.* Cæsar, Succurrere laborantibus, *Secourir & ayder à ceux qui trauaillent*: Iuuo tamen accusatiuum postulat: vt, Iuuat me quum vigent studia, *Cela me resiouyt quand les estudes florissent.*

Vndecimò, verba famulandi. Vndecimò, verba famulandi: vt Famulor, ancillor, seruio, inseruio, subseruio. Plinius, Vt alimentis nostris famuletur, *A fin qu'il serue à nostre nourriture.* Cic. Non enim priuatim vni ancillatus sum, *Ie n'ay pas faict plaisir ou seruice à vn en particulier.* Idem, Inseruire suis commodis, *Tascher à faire son profit.* Hinc metaphoricæ locutiones, Seruire tempori, *Faire selon le temps, s'accommoder au temps.* Seruire valetudini, *Prouuoir à sa santé.* Rei familiari seruire, *Auoir soing & cure des affaires domestiques.* Existimationi populi seruire, *Ne regarder que d'auoir bruit.* Inseruire honoribus. *Tascher de paruenir aux honneurs & estats.*

Duodecimò, verba nocendi, resistendi, & irascendi. Duodecimò, verba nocēdi. In his cōprehēdenda sunt verba resistendi, & irascendi, & quæ finitimæ sunt significationis. Huc ergo pertinent, Noceo, resisto, inimicor, reluctor, obnitor, insidior, obloquor, detraho, succēseo, indignor, irascor, insurgo, derogo, obtrecto, incōmodo, afficio, renitor, iniurior, aduersor, abnuo, obsisto, obsto, renuncio, dissentio, refragor, inuideo, resto, obstrepo, reclamo, officio, aduersor, doleo, æmulor, illudo, insulto. Virgil. Vmbræ nocent frugibus, *Les ombres nuysent aux fruicts de la terre.* Ouid. Arbor re-

sistit ventis, *L'arbre resiste contre les vents.* Tacit. Obniti aduersis, *Resister de tout son pouuoir aux aduersitez.* Obloqui probis viris, *Mesdire des gens de bien.* Liuius, Obtrectare laudibus alterius, *Mesdire d'vn autre.* Plinius, Claritati oculorum lactucæ officiunt, *Les laictues nuisent à la veuë.* Terent. Neque tibi obstat quod quidem facis, *Cela que tu fais, ne te nuit point.* Cic. Cui quia obsisti non poterat, *Auquel pourtãt qu'on ne pouuoit resister.* Obstrepit nobis, *Il crie contre nostre dire.* Cic. Eius orationi vehementer reclamatum est, *Tout le monde à crié contre son dire.*

Tertiodecimò, verba parendi siue obediendi: vt Pareo, obedio, obtempero, acquiesco, morigeror, morem gero, obsequor, supplico, audio, ausculto, obsecundo. Ouid. Promissis parere, *Faire ce qu'on a promis.* Ausculto tibi, *Ie t'obey.* Cice. Qui dicto audientes in tanta re non fuissent, *Qui n'auroient esté obeyssans aux dicts & commandemens.* Quæ locutio cum participio frequens est, cum verbo rara admodum: adeò vt reperiatur semel tantùm apud Plaut. Cuius dicto haud audiebant, *Qui n'obeyssoient point.* Terent. Si adolescenti esses morigeratus, *Si tu luy eusses obey.* Idem, Morem geres animo puellę, *Tu feras le vouloir de la fille.* Obsequi studiis aliorum, *S'accorder à ce que les autres veulent.* Cæsar, Imperio alicuius obtemperare, *Obeyr aux commandemens de quelqu'vn.* *Tertiò decimò, verba obediẽdi.*

Decimoquartò, verba præsidendi & imperandi: qualia sunt Præsideo, præsum, præeo, impero, dominor, Cicer. Testor & vos, & populum Romanum, & omnes deos qui huic verbi præsident. *Ie vous appelle en tesmoing, & vous, & le peuple Romain, & les Dieux qui ont la tutelle de ceste ville.* Præesse sacris, *Auoir la charge des sacrifices.* Plinius, mihi preire digneris, quid me putes obseruare debere, *Monstre moy ce que tu veux que ie face.* Cicero, Omnibus gentibus & nationibus terra marique imperare, *Dominer à toutes nations.* *Decimoquartò verba præsidẽdi, & imperãdi.*

Decimoquintò pugnandi verba. Sed in his datiuus ponitur pro ablatiuo. Sunt autem ad imitationem Græcorum effectæ huiusmodi locutiones, & à solis poëtis vsurpatæ. Nã oratores & historici ablatiuo vtũtur, intercedẽte Cum, præpositione: elegantissimè verò accusatiuo cũ In, præpositione: vt, Pugno tibi, vel tecũ, vel in te, *Ie bataille contre toy.* Virg. Pugnare amori. Cicero, Cum eorũ vita mirabiliter pugnat oratio, *Leur parole est bien contraire à leur vie.* Virgilius, Congressus Achilli. Idem, Concurrere alicui, *Courir sur autru & se combatre à luy.* Idem, Solus tibi certet Amyntas. Cicero, Cer- *Decimoquintò verba pugnãdi.*

tare cum alterius improbitate, *Faire à qui sera le plus meschant.*

Decimosextò verba parcẽdi. Decimosextò, verba parcendi, & veniam dandi, vt Parco, ignosco. Virgilius, Parcere subiectis, & debellare superbos, *Pardonner & garder les subiects, & deffaire les outrecuidez & superbes.* Ouid. Parcendum est animo, miserabile vulnus habet, *Il fault pardonner à mon esprit, il est fort affligé.* Plautus, Ignoscat deliciis tuis, atque adolescentiæ, *Qu'il pardonne à tes faultes & à ton aage.* Eiusdem significationis sunt Condono & remitto: sed cum datiuo accusatiuum recipiunt: vt, Condona seu remitte mihi hanc culpam, *Pardonne moy ceste faulte.*

Decimoseptimò verba gratulandi. Decimoseptimò, verba gratulandi: vt Grator, gratulor, & gratificor. Ouid. Gratulor huic terræ, quòd abest regionibus illis, *Ie suis ioyeux que ceste terre est loing de ce pays là.* Cicero, Gratulamur fœlicitati tuæ, *Nous sommes ioyeux de ton bon heur.* Virgil. Inueni germana viã, gratare sorori. Cic. De eo quod ipsis superest, aliis gratificari volunt. Est autem Grator, aris, vel Gratulor, cùm quis propter alterius, vel suam secundam fortunam gaudere se dicit, vel ostendit. *Dire & monstrer qu'on s'esiouyt du bien & prosperité aduenue à aucun, ou à nous mesmes.* Possunt accusatiuum cum datiuo recipere Plaut. Gratulor tibi hanc rem, *Ie suis ioyeux que tu as eu cecy.* Cicero, Gratulor ei victoriam, aduentum, &c.

Decimooctauò verba tãquam impersonalia. Decimooctauò, quæ tãquam impersonalia sumuntur, hoc est, rarò aliter quàm in tertia persona in oratione ponũtur: vt, Contingit, restat, obtingit, & quæ in litera sequũtur: veluti apud Horatium, Quod satis est cui contigit, nihil amplius optet, *Celuy qui a assez ne demande rien plus.* Obtingit. Terẽt. Istud tibi ex sentẽtia obtigisse lætor, *Ie suis ioyeux que cecy t'est aduenu comme tu voulois.* Restat. Virgil. Hoc Latio restare canunt. Placet. Cicero. Placet Senatui, *Le Senat est de cest aduis.* Sic Placitum est: vt Placitum est mihi, *Ie suis de cest aduis.* Et Perplacet. Cic. Ea mihi perplacet. *Elle me plaist fort.* Item Displicet: vt Displicet mihi, *Il me fasche.* Euenit. Salustius Metello Numidia euenit, *Luy est escheue.* Sic Obuenit. Plin. In domo, quæ mihi hæreditate obuenit, habito, *Ie demeure en la maison que i'ay eu par succession.* Et Vsuuenit. Terent. Mihi vsuuenit hoc. *Cela m'est aduenu.* Accidit. Terẽ. Quæ nec opinanti accidũt, *Qui suruiẽnẽt sans qu'õ y pense.* Sufficit, Sufficere tibi debet, si facti illum pœnitet. *Il te doit suffire s'il se repent.* Cõstat, mihi, *Ie suis biẽ seur.* Cõstes tibi, *Sois cõstãt.* Libet: vt Libet & collibet, & libet mihi, *Il me plaist.* Liquet: vt Liquet mihi, *Il m'apert.*

Dolet: vt Dolet mihi quòd res nō successerint tibi secundū animi tui sentētiam, *Ie suis marry que tes affaires ne se sont portees selon ton souhait.* Vacat. Ouid. Non vacat exiguis rebus adesse Ioui, *Iupiter n'a loisir de s'amuser à choses petites* Conducit: vt Saluti conducit continentem esse, *Il est profitable pour la santé d'estre sobre.* Expedit: vt Expedit reipublicæ bonos ciues habere, *Il est expedient à vne Republique d'auoir de bons citoyens.* Licet. Cicero, Licuit enim ocioso esse Themistocli, *Il luy a esté permis,* &c. Conuenit: vt Conuenit hoc mihi, *Cela m'est propre & bien seant.* Præstat. Terent. Dij immortales! homo homini quid præstat? *O mon Dieu! de combien les vns sont plus excellens que les autres?*

Sed dicito, pertinet ad me, &c. Tria sunt quæ huius ordinis esse videntur, datiuum tamen non recipiunt, sed accusatiuū cum præpositione Ad. Ea sunt Pertinet, attinet, & spectat. Cicer. Eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet, *C'est aussi bien à faire au commun peuple d'auoir ceste bonte qu'aux autres.* Plautus, Quam ad rem dicam hoc attinere somnium? *Que diray-ie à quoy tend ce songe?* Liuius, Spectat res ad vim, *L'affaire est disposee à se battre.*

Tria accusatiuum cum præpositione regentia.

Decimònonò, multa alia sunt verba quæ datiuum regunt, de quibus certa non constat regula: vt Suppeto. Non suppetunt mihi vires, *Ie n'ay point de force.* Fido, & confido. Cicer. Ego verò non grauarer, si mihi ipse confiderem, *Ie ne me fascherois pas, si ie sentois en moy que ie le peusse faire.* Succedo. Quint. Sunt qui labori huic successerunt, *Qui ont prins ceste charge.* Sto. Cic. Stare promissis, conditionibus & conuentis, *Tenir sa promesse, & l'offre qu'on a faicte* Renuntio. Suetonius, Renuntiare ciuilibus officiis, *Dire adieu, & ne se mesler plus des affaires publiques.* Cano. Liuius, Canere surdis auribus, *Parler à vn sourd.* Diffido. Lucret. Dictis alicuius diffidere, *N'auoir point d'esperance aux paroles d'aucun.* Præiudico. Vlpianus, Præiudicare alicui, *preiudicier, porter preiudice.* Sapio. Sibi soli sapere, *N'estre sage que pour soy mesme, & à son profit.* Huc quoque pertinent formulæ optantis, Benè vel malè vertere. Terent. Quæ res tibi vertat malè, *Ie voudrois qu'il t'en print mal, ou qu'il t'en vint mal.*

Decimònonò multa alia quorum non est certa regula.

CVM DATIVO ACCVSATIVVM REGENTIA.

Datiuum cum accusatiuo necessario postulantia.

Quædam autem sunt verba, quæ ad absoluendam sententiam, necessariò duos casus exigunt, datiuum & accusatiuũ. Ea sunt decuplicia.

1. Primò, verba comparandi: vt Comparo, compono, confero, assimilo, æquo, exæquo, adæquo. Virgil. Sic paruis componere magna solebam Comparo Virgilium Homero.

2. Secundò, dandi, & reddendi: vt Do, dono, impertior vel impertio, partior, impendo, diuido, distribuo, præbeo, lego, as, exhibeo, concedo, mutuo, cõmodo, fœnero, stipulor, addico, reddo, restituo, resigno, retribuo, rependo, repono, refero, & similia.

3. Tertiò, iubendi, & prohibendi verba: vt Iubeo, præcipio, mando, impero, iniungo, committo, edico, veto, prohibeo, nego, denego, interdico, &c.

4. Quartò, verba nunciandi, & declarandi: vt Indico, nũcio, declaro, renuncio, insinuo, manifesto, reuelo, recludo, refero, patefacio, aperio, monstro, ostendo, significo, lego, interpretor, suggero, dico, prædico, exprimo, narro, enarro, memoro, recenseo, recito, repeto, refero, &c.

5. Quintò, vendicandi verba: vt Vendico, ascribo, vsurpo, occupo, addico, acquiro, adipiscor, &c. quæ licet non omnia idem significant, quiddam tamen simile.

6. Sexto, mittendi: vt Mitto, remitto, scribo, destino, allego, as. Sed frequentiùs, pro datiuo accusatiuum cũ præpositione Ad recipiunt: vt Cicero, Extremum illud est, vt philosophiam ad te allegem. Mitto ad te nuncium. Scribo ad te literas.

7. Septimò, opponendi verba: vt Oppono, obiicio, offero, & cætera.

8. Octauò, promittendi: veluti Spondeo, despõdeo, promitto, polliceor.

9. Nonò, verba subiugãdi: vt Subiugo, subiicio, summitto.

10. Decimò, plurima de quibus non est certa regula: vt Præfero, præpono, antepono, impingo, tollo, suadeo, imprecor, opto, luceo, impono, gratulor, inuideo, accommodo, adhibeo, adiungo, addo, admoneo, assuesco, &c.

REGIMEN ACCVSATIVI.

Regula prima.

Antè volunt quartum verba infinîta, suôrum
Post casum. Præ nulla supîna, gerúndia nulla,
Dant casum. Dábitur rectè post casus agéntis,
Ni sit in u. Post nil capit hoc: vult móbile præ se.
Pòst étiam séquitur sua partícipans bene verba.
Nam régimen fit idem, si significátio par sit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. infinitiuorum.

Verba infinita (id est, infinitiui modi) *les infinitifs.*
Volunt quartum antè (id est, à parte anteriori cupiunt accusatiuum casum) *demandent l'accusatif deuant soy.*
Pòst (id est, à parte posteriori, volunt sup.) *mais apres soy ils veulent auoir.*
Casum suorum (sup. verborum, id est, casum quem exigunt verba à quibus deriuantur) *le cas que regissent les verbes desquels ils descendent.*

Regula general. gerund. & supinorum.

Nulla supina, gerundia, *nuls supins ne gerondifs.*
Dant casum, *regissent aucun cas.*
Præ (id est, à parte anteriori, ante se) *deuant soy.*
Casus agentis (omnis casus qui à verbo regitur) *tout cas qui est regi du verbe, excepté l'ablatif auec sa preposition, qui signifie la chose patiente.*
Dabitur rectè, *sera bien & deuement mis & baillé.*
Pòst, *apres iceux gerondifs & supins.*
Ni sit in u (supinum, sup.) *pourueu que ce ne soit le dernier supin qui tousiours est terminé en u.*
Hoc (id est, vltimum supinum) *car ce dernier supin.*

Nil capit pòst (nullum regit casum à parte posteriori) *Il ne gouuerne autre cas apres soy.*

Regula general. Vult mobile præ se, *mais deuant soy, il veut auoir vn adiectif.* Participans (id est, participium) *le participe.* Bene etiam sequitur (id est imitatur) *suyt aussi & imite.* Sua verba (a quibus videlicet descendit) *les verbes dont il descend.* Pòst (à parte posteriori) *apres soy.*

Appendix. Nam regimen fit idem, *car le regime est semblable aux verbes gerondifs, supins & participes.* Si significatio par sit, *ou est semblable la signification, quand lesdicts verbes gerondifs, &c. ont pareille importance, effect, & signifiance.*

Accusatiuus proprius casus infinitiuorũ. Accusatiuus, proprius casus infinitiuorum est præcedens infinitiuum, perinde vt nominatiuus verbum finitum. Ideò omne verbum personale infiniti modi, regit ante se accusatiuum: post se autem casum verbi à quo descendit, *L'infinitif pour sa propre construction demande vn accusatif deuant soy : & apres soy le cas du verbe, duquel il descend:* vt Hominem parêre Deo æquũ est, *Il est iuste & raisonnable, que l'homme obeysse à Dieu.* Hîc infinitiuus Parêre, ante se accusatiuũ Hominem regit: post se, datiuũ Deo, vt Pareo. Sic Aio te Aeaci la Romanos vincere posse. Et Horat. Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est. Gaudeo patrem rectè valere.

Accusatiuus infinitiui quomodo dignoscatur. Dignoscitur autem accusatiuus infinitiui ex resolutione. Resoluitur autem per nominatiuum casum, mutato verbi modo, & adiecta particula Quòd, vel, Vt, aut simili: vt, Aiũt probos adolescentes deprauari consuetudine malorum: id est, aiunt quò probi adolescentes deprauentur malorũ cõsuetudine, *On dit que les enfans se gastent par la compagnie & frequentation des meschans.* Terent. Optauit se inhonestè hic parare diuitias potius, quàm in patria honestè pauper viuere: hoc est, vt pararet diuitias potiùs, quàm honestè puper viueret, *Elle a mieux aymé acquerir en ce lieu des richesses auec deshonneur, qu'auec honneur viure pauurement en son pays.* Idem, Meum gnatum amare rumor est, id est, rumor est, quòd meus gnatus amat, *Il est bruit que mon fils ayme.* Idem, Qui postquam audierat non datum iri filio vxorem suo, id est, quòd filio suo vxor non daretur, *Apres qu'il eut entendu dire, que ceste femme ne demeureroit point à son fils.* Sed multò pulchriùs loquimur per infinitiuum, quam per Quòd, quia, quin, &c. licet in puerorum gratiam ita declaremus.

Quomodo co- Vbi autem accusatiuus infinitiui in bono sensu non ver-

titur in nominatiuum, non regitur à fronte, sed à tergo: vt Cupio te literas discere: vbi quidem non est bonus sensus, ideò; Literas regetur à tergo. Sic volo te vinum bibere, &c. Vbi verò vtrinque esset bonus sensus, ad vitandam tamen ambiguitatem, passiué loquendum erit: vt Audiui Petrum te verberasse, id est, quòd Petrus te verberauit: aut quòd tu Petrum verberasti. Ideò dicam, Audiui Petrum abs te vapulasse, vel Audiui te à Petro percussum esse, melius quàm Audiui quòd Petrus percussit. Nisi quis industria velit orationem esse ambiguam: vt ex illo versipelle Apolline, Aio te Aeacida Romanos vincere posse.

gnoscitur, accusatiuum regi ab infinitiuo à parte anteriori, in bono sensu.

Grammatica tamen patitur interdum infinitiua vsurpari sine aliquo casu expresso, aut subintellecto: præsertim cum est actio vel passio eius personæ, ad quam refertur verbum finitum. Tunc enim nō est necesse exprimere accusatiuum, nec subaudire: quod fit quidem post verba quæ Prohæretica vocantur, hoc est, quæ pertinent ad qualemcunque voluntatem, aut sensum, aut facultatem, consiliúmve siue propositum, qualia sunt Volo, nolo, malo, paro, cogito, instituo, incipio, audeo, debeo, iubeo, veto, &c. vt, Cupit te videre, & alloqui, *Il a vouloir de te veoir, & de parler à toy* In animo habet nauem conscendere, *Il a vouloir de s'embarquer.* Propertius, Magnū iter ad doctas proficisci cogor Athenas, *Ie suis contrainct d'aller à Athenes, encores que le chemin soit long.* Saluum te aduenire gaudeo, *Ie suis ioyeux que tu es de retour en bonne santé & prosperité.* Quid tristem te incedere video? *Pourquoy te voy-ie ainsi marcher triste & melancholique?* Virg. Cantando longos memini me condere soles, *Il me souuient qu'en chantant le temps se passe.* Catullus, Nec tecum possum viuere, nec sine te, *Ie ne puis viure auec toy, ny sans toy.* Terent. Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum, *Ie ne puis trouuer aucun commencement à mes affaires qui soit idoine.*

Infinitiua vsurpata sine aliquo casu expressi, aut subintellecto quinque modis.

Verba prohæretica.

Quanquam nihil impedit accusatiuum interdum apponi: vt apud Virg. Et se cupit antè videri. *Elle veult estre veue la premiere.* Item post verba existimandi ac precandi, dum passiuè vsurpantur, qualia sunt, Existimor, videor, celeor, rogor, & similia: vt Existimabatur sapere, *On l'estimoit estre sage.* Rogabatur suffragiū ferre, *Il estoit requis de dire son opinion.* Apposito etiam accusatiuo: vt Cic. Hi arbitrātur se beneficos in suos amicos visum iri. Et post hæc verba, Omitto, cesso, & similia. Plautus, De isto rogare omitte, *Ne me prie plus de cela.*

Accusatiuus aliquando appositus.

Vt cessauit loqui, *Apres qu'il a cessé de parler.*

Potest item infinitiuus esse sine accusatiuo post verba quæ datiuum regunt, qualia sunt, Licet, accidit, contingit, euenit, compe͏tit, placet, libet, expedit, liquet, constat, sufficit, vacat & similia: vt, Procuratorem tibi esse non licuit. Non vacat esse ægroto.

Infinitiuus accusatiuo destitutus.

Præterea destituitur infinitiuus accusatiuo, cùm per Enallagem sumitur. Testantur enim authores nõ rarò sumi infinitiuum pro aliis partibus orationis, atque tunc accusatiuo carere potest: vt, Scire tuũ nihil est. Velle suum cuique est.

Supinorum & gerundiorum constructio.

Præ nulla supina, &c. Nec supinum, nec gerundium regit ante se vllum casum: sed post se desiderant casus suorum thematum, id est, verborum à quibus deriuantur: præter supinum in u, & gerundia passiua, quæ omnem casum respuunt: vt non dicimus, Scribentem habendum est pennam. Tempus est petrum legendi historiam, &c. sed, Scribenti habenda est penna, Tempus est Petrum legere historiam. Rursus non rectè dicitur, Iste liber difficilis est ad intelligendũ à nobis. Non venio vapulatum à te, &c.

Nulla Grammaticorum ratio, cur gerundia passiua ablatiuum respuant.

Cur verò non sic loquamur, nulla à Grammaticis alia datur ratio, quàm quòd non est doctissimorum vsus, qui talé semper ablatiuum subticet. Virg. Alitur vitium, crescítque tegendo, id est, dum tegitur, *La maladie est nourrie & s'accroist quand elle est celee.* Idem, Ægrescítque medendo, id est, dum medetur, *Le mal se rengrege quand on le medecine* Idem, Vrítque videndo fœmina, id est, dum videtur, *La femme brusle d'amour quand elle est veuë.* Quint. Memoria excolendo augetur, id est, dum excolitur, *La memoire est augmentee quand elle est exercee.*

Gerundiorum in Di constructio.

Itaque gerundia in Di, pendent à nominibus facultatem, voluntatem, & studiũ significantibus: qualia sunt hæc substantiua, Tempus, occasio, locus, ratio, facultas, otium, licétia, ars, scientia, copia, prætextus, gratia, causa, iocus, studiũ, desideriũ, & similia: vt Cic. In rebus seriis non est iocandi locus, *En affaires d'importance ne se fault pas iouër.* Non erat copia conueniendi hominem, *Il n'estoit pas permis de parler à luy.* Terent. Si non est tangẽdi copia, ne videndi quidé erit. Sic Occasio emergendi. Locus ignoscendi, & cognoscendi peccati. Gratia discendi Lutetiã missus. Ouid. Tempore creuit amor, qui nũc est summus habendi. Iuuenalis, Tenet insanabile multos Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit.

Gerundia in

Hæc pertinent & illa quæ per adiectiua dicuntur: vt Cu-

pidus videndi. Studiosus dicendi. Certus eundi, apud Virg. Terent. Haccine causa ego etiam tantoperè cupidus redeundi domum? Gnarus bellandi, *Sçauant en faict de guerre.* Imperitus nauigandi, *Ne sçachant rien de nauiger.* Peritus medicandi, *Qui a l'experience de medeciner.* *Di cum adiectiuis constructa.*

Obseruandum verò est, Gerundia in Di, incerti esse numeri & quemcunque genitiuum pluralem pro casu verbi sui sibi subiicere posse: vt apud Cicer. Facultas irridendi sui, & conseruandi sui, Apud Plinium, Gratia videndi illorum. Apud Liuium, Causa adhortandi vestri. Apud Terent. Copia crescendi nouarum. Apud Suetonium, Licentia iocandi diripiendíque pomorum, &c. Cuiusmodi locutiones, vsu non arte congruæ sunt. *Gerundia in Di incerti esse numeri.*

Gerundia in Do, sequuntur verbũ vel cum præpositione, vel sine præpositione. Cum prępositione: vt, Omnia conando facilis solertia vincit, *L'industrie & diligence surmonte toute chose facilement, en s'y employant.* Et, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, *Le serpent se rompt és prairies en chantant.* Item, Simul apta habendo ensémque clypeúmque, & rubræ cornua cristæ: pro, ad habendum. Aliáque id genus, quæ tamen quia datiui significationem magis quàm ablatiui præ se ferunt, absque præpositione, velut iure suo efferuntur. Subiiciuntur autem hoc pacto plerumque verbo substantiuo: vt apud Cicer. & Fabium, Soluendo esse, *Estre soluable.* Soluẽdo non esse, *N'auoir de quoy payer.* Quum est inficiando reus. Plinius, Radix eius vescendo est decocta. Quibus in locis gerũdia esse datiui casus, satis arguunt quæ subiiciuntur locutiones, Liuius, Si respub. soluendo æri alieno non esset, *Si la Republique ne pouuoit payer ses debtes.* Idem, Diuites conferent, qui oneri ferendo essent, *Qui fussent suffisans pour porter la charge.* Plinius, Telum perfodiendo tergori quo spiculauit ingenio: pro, ad perfodiendum, *De quel engin il a appoincté le dard pour percer le cuyr.* Vbi quidem inesse eclipsin horũ nominum, Aptus, sufficies, potis, par, idoneus, habilis, paratus, & similiũ, facilè ducor, vtpote quæ apud probos authores aliquãdo expressa reperiantur: vt apud Columellam, Dummodò perpetiendo labori sit idoneus, *Pourueu qu'il soit suffisant pour porter la peine* Et Plinius libro 14. cap. 2. Ferrum rubens non est habile tundendo, id est, ad tundendum, siue, vt tundatur, *Le fer rouge n'est pas propre pour estre martelé.* Itẽ Apuleius, Quam primùm quantitate nubendo maturuisset, *Incontinent qu'elle* *Gerundia in Do duplici modo in oratione posita, primo sine præpositione.* *Gerũdia in Do subiecta verbo substantiuo.*

seroit d'aage pour estre mariee. Vbi quidem gerundiũ iunxit verbo Maturũ esse aut habilem: quemadmodum Maturus apud Quintilianũ li. 2. Cùm his percipiẽdis puer maturus esse videatur. *Quãd l'enfant semblera estre capable pour comprẽdre ces choses.*

Per nomina similis loquendi formula, atque per gerundia in Do.

Similis loquẽdi figura per nomina prolata legitur. Primò sine adiectiuo: vt Macrobius, Nuces dicunt omne pomum, quod foris duro tegatur cortice, & intus habeat quod esui est: malum verò, quod foris habeat quod est esui. Item, Hęc res est nobis vsui. Et nonnullæ aliæ, de quibus in constructione datiui dictum est. Secũdò, cum adiectiuo. Plin. Prius quàm cibo matura sit. Quæ locutio (vt Linacro videtur) sic etiam figurari potuisset, Prius quàm comedendo matura sit.

Secundò gerundia in Do, ponuntur in ablatiuo casu cum præpositione.

Frequẽter autem in Do gerundia in ablatiuo casu ponuntur, subiiciuntúrque verbis, intercedẽte præpositione In: vt In consultando locus est eloquentiæ, *En consultant, eloquence y a lieu.* In tribuendo suum cuique, *En rendant à vn chacun le sien.* A vel ab: vt Vtrumque dictum est ab amando. Vaco à scribendo, *Ie ne sçay point escrire.* Deterres à discendo, *Tu le destournes d'apprendre.* Ex, vel è: vt, ex defendendo, quàm ex accusando, vberior gloria comparatur, *Il y a plus d'honneur à defendre, qu'à accuser.* De: vt Cogitabat de redeundo in patriam, *Il pensoit de s'en retourner au pays.* Cum: vt Quintil. Ratio rectè scribendi cum loquendo iuncta est. Pro: vt Plaut. Heus senex pro vapulando herclè abs te mercedem petam, *Ie demanderay salaire pour estre batu de toy.*

Gerundia in Do, aliquando actiuè, aliquando passiuè significant.

Significant autem hæc aliâs actiuè: vt Homines nihil agẽdo, malè agere discunt, hoc est, dum nil agunt. Aliâs passiuè: vt apud Virgilium 3. Georg. Carpit enim vires paulatim, vritque videndo fœmina, hoc est, dum videtur. Et alibi, Alitur vitium: viuítque tegendo. id est, dum tegitur.

Hæc gerundia negat Valla subiici debere verbis significantibus motum: ac proinde damnat has locutiones, Reuertor ab arando, à venando, vel ab arando agro venio. Cicero tamen declar. Orat. Stoici traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiuntur.

Gerundia in Dum, duobus modis vsurpata.

Gerundia in Dum, tam in nominatiuo, quàm accusatiuo casu vsurpata leguntur. Nominatiuo quidem, sed præcedẽte tertia persona singulari verbi substantiui, sequente verò datiuo, à quocunque verbo illa deducantur, significántque necessitatem quandam: vt Vigilandum est ei, qui cupiat vincere, *Qui veult vaincre, il luy fault auoir du soing, & mettre peine.*

Seruiendum est mihi, *Il me faut seruir.* Gaudendum est nobis. Sperandū est viuis, &c. Aliquando sine datiuo: vt Surgendum est, *Il se faut leuer.* Eundum est, *Il s'en faut aller.* Vtendum est ætate, *Il faut vser de l'aage.* Horat. Nunc est bibendū, nunc pede libero pulsanda tellus, *Il faut maintenant boire, maintenant saulter & danser.*

Accusatiuo verò, vna quatuor harum præpositionum interueniente, Ad, ob, inter, ante: vt Cice. Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendū ornatissimus est visus, *Ce lieu m'a ressemblé treshonnorable pour traicter.* &c. Virgil. Et inter agēdū Occursare capro, cornu ferit ille, caueto, *En ce faisant*, &c. Cic. A quo pecuniam ob absoluendum acceperis, *Duquel tu ayes prins argent pour le deliurer.* Namque ante domandum ingentes tollent animos, *Auparauant qu'ils soient vaincus*, &c. *Secundò, in accusatiuo casu.*

Supina in um, casum verbi sui adsciscūt, & cū verbis significantibus motū ad locū vel apertū vel latentem iungūtur. Apertum: vt Terent. Cur te is perditū? *Pourquoy te vas-tu perdre?* Venio salutatū amicos, *Ie vien saluer mes amis.* Ouid. Spectatū veniunt, veniūt spectentur vt ipsæ, *Elles viennēt pour les autres veoir, & afin qu'elles soient veues.* Latentem: vt Horat. Spectatū admissi, risum teneatis amici. Plaut. in Aulul. Coctum ego, non vapulatum dudum conductus sum. Cic. de Senect. Cōsurrexisse omnes illi dicūtur, & senē sessum recepisse. Et in his locutionib⁹, Do filiā nuptū. Cōduct⁹ sum cātatū, &c. *Prioris supini constructio.*

Eorū autem significatio eadem quæ infinitiui actiui, est. Significat enim, Venio salutatū amicos, idem quod Venio salutare amicos: & Venio ad salutandum amicos. *Significatio priorū.*

Ponuntur & absolutè cum verbo Est: vt Actum est de nobis, *C'est fait de nous.* Pugnatum est, *On s'est combatu.* Cessatum est satis, *On a assez tardé.* Itum est in consilium, *On est allé au conseil.* Cic. Bibulo de tribu[illegible]gatis assensum est, *On a accordé à Bibulus.* &c. Ventum est a[illegible]dicem, *On est venu au iuge.* *Supinum in um, absolutè positum.*

Passiuè etiam sumuntur c[illegible] infinitiuo Iri: vt Terēt. Audierat non datum iri filio vxor[illegible], *Il auoit entendu dire que la femme ne seroit point baillee en mariage à son fils.*

Posteriora autem supina passiuè etiam significant, construuntùrque vel cum adiectiuis, aut substantiuis eorū vicē fungentibus, facultatem aut modum aliquem significanti-bus, vel cum verbis motus de loco ad locum, vtrinque absolutè. Cum adiectiuis: vt Virgil. Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli, *Ny facile à veoir, ny possible à hōme de dire & reciter.* *Posterioris supini constructio.* *Cū adiectiuis.*

Cum verbis. Ouid. Turpe quidē dictu, sed si modò vera fatemur, Vulgus amicitias vtilitate probat: pro, turpe dici, siue vt dicatur, *C'est chose vilaine à dire*, &c. Mirabile visu, *Chose merueilleuse à veoir.* Difficile creditu, facile expugnatu, nefas dictu. Cum verbis: vt Plaut. Obsonatu redeo, *Ie vien du marché.* Cato de re Rustica, primus cubitu surgat, postremus cubitū eat, *Que le premier se leue, & le dernier s'en voyse coucher.* Nullus autem casus his preponitur, vnde etiam nomē quodāmodò accepisse videtur.

Porrò satis mirari nequeo, cur tantoperè quidē aspernari videantur eas locutiones, in quibus hoc supinū in u, subiicitur verbis motus de loco: nisi quòd illi sint iniqui iudices, dū vnius Laurētij Vallæ, alioqui viri doctissimi, authoritate, sermonem Latinum superstitiosis quibusdā obseruationibus alligare volūt, quò ostendāt nos sermonis paupertate laborare. Certè Latinè dici Venio lectu, cùm Despauterius ipse, tū multi alij non negant: & qui diligentiùs omnia expendunt, putant apud Plautum, Obsonatu redeo, Cubitu resurgo, Venatu venio, &c. non nomina, sed supina esse.

Participiorū constructio. Exosus. Pertæsus. Post etiam sequitur, &c. Participia imitantur etiam verborum suorum cōstructionem: vt, Legens Virgilium, legēdus à Virgilio. Obsecut⁹ parēti, potitus imperio. Sic & Tædas exosa iugales, *Qui a en haine mariage.* Pertæsus ignauiam suam, *Ennuyé & fasché de sa lascheté & paresse.* Habent enim & hęc significationem actiuam, tametsi terminationem præ se ferant passiuorū, Osculans te, non autem Osculās à te: quia à cōmunibus participia in ans & in ens & in rus, actiuè solùm significant: in dus, solùm passiuè: in rus, vtroque modo.

Regimen idē, vbi eadem est significatio. Ardere. Deperire. Degere. Callere. Nam regimen fit idem, &c. Vbi significatio est eadem, regimen fit quoque idem: vt Amo, regit accusatiuū: ergo etiā Ardeo pro vehemēter amo. Virg. Corydon ardebat Alexin, *Corydon aimoit Alexis outre mesure.* Sic Deperire puellam, pro vehementer amare, apud Plautum, *Estre perdu par force d'aimer vne ieune fille.* Dego, pro ago: vt apud Ciceronem, Degere omnem ætatem in tranquillitate, *Viure toute sa vie en repos.* Calleo, pro optimè scio. Pers. Dicenda, tacendáque calles, *Tu sçais bien ce qu'il faut dire, & ce qu'il faut taire.*

REGIMEN VERBORVM ACTIuorum. *Regula secunda.*

Omne dat actîuum (tolle interdícere)

quartum

quartum.

Hoc verbum ſextum pro quarto ſæpiùs optat.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula generale.

Omne actium (verbum ſup.) *tout verbe actif.*
Dat quartum (ſibi adſciſcit accuſatiuũ) *demande apres ſoy l'accuſatif.*
Tolle interdicere (excepto hoc verbo interdico) *fors & excepté ce verbe.*
Hoc verbum (interdico ſup.) *ce verbe.*
Sæpiùs optat ſextum pro quarto, *demande plus ſouuent l'ablatif, que l'accuſatif.*

Omne verbum actiuum poſtulat poſt ſe accuſatiuum, qui perſonam vel rem ſignificet, in quam trãſit actio, *Tout verbe actif requiert apres ſoy vn accuſatif, qui ſignifie la choſe patiente*: vt Saluta patrem, *Salue ton pere.* Numeras arenam, *Tu pers ta peine, tu n'auras rien.* Vſus me genuit, mater me peperit Memoria, *L'vſage m'a engendré, ma mere Memoire m'a enfanté.* Sophiam vocant me Graij, vos ſapientiam.

Actiua autem intellige, non tantùm quæ generis actiui ſunt, ſed quæcunque ſignificationem actiuam habent, ſiue Deponentia, ſiue Communia eadem fuerint: vt, Vereor hominem, *Ie crains l'homme.* Sequor illũ, *Ie le ſuy.* Largior pecuniam, *Ie donne argent.* Amplector virtutem, *I'embraſſe vertu.* *Actiua verba quæ intelligãtur.*

Interdico verò excipitur, quod quamuis actiuum ſit, ſæpiùs tamẽ pro accuſatiuo ablatiuum habet: vt, Iulius omni Gallia cæteris nationibus interdixit, *Iules Ceſar defendit aux autres nations de ſe trouuer en toute la France.* Aliquando, ſed rariùs, inuenitur cum accuſatiuo: vt apud Liuium, Fœminis duntaxat vſum purpuræ interdicemus, *Nous defendrons aux femmes ſeulement de n'vſer point de pourpre.* Quemadmodum autem dicimus, Interdico tibi domo mea, ita Domus mea interdicitur tibi, *Ie te defens ma maiſon.* Alicui aqua & igne interdicere, *C'eſtoit vne peine accouſtumee anciennement à Rome, portant priuatiõ de l'vſage du feu & eau à celuy qui eſtoit cõdãné par le moyen de laquelle il falloit qu'il ſortiſt hors des limites de l'empire Romain.* *Interdico, cum ablatiuo.* *Cum accuſatiuo.* *Interdicere alicui aqua & igne, quid.*

Inter actiua numerantur etiam ea quæ Grammatici vocant neutra Tranſitiua, nempè quorum actio in id tantùm propriè tranſit, quod loqui non poteſt: vt Aro, paſtino, nauigo, bibo, comedo, &c. Licet autem de nobis non dicamus, *Neutra tranſitiua.*

Ego aror, Tu comederis, tamen de inanimatis hæc dicimus, illisque per Prosopopœiam & secūdas personas tribuimus: vt Terræ, Ego ab ingratis aror: Vino, Ego bibor, &c. Et metaphoricôs pauper à diuite spoliatus, rectè dicet, Comedor à diuite. Et si benè dixit Propheta Comederunt Iacob: benè etiam dicit Iacob, Ego comestus sum. Et, Zelus comedit me, ego comedor à zelo.

Neutra absoluta.

Sunt & neutra absoluta ad hanc regulam spectantia, hoc est, quæ nominatiuo anteriori contenta, in alium casum nō transeunt, quòd scilicet per se sentētiam absoluāt, ideóque Absoluta verba vocauit ea Priscianus. Hæc, inquam, accusatiuū recipere possunt, sed eius rei, quæ eadem vel cognata sit verbo: vt, Quam hîc vitam viuitis? *Quelle vie menez vous icy?* Sic, Tertiā enim ætatē vixerat, *Il auoit vescu l'aage de trois hommes.* Sic, Viuere vitam duram, *Viure miserablement.* Viuere beatam vitam, *Mener vie heureuse.* Ire viam longinquam, *Faire long chemin.* Pugnare pugnam vel prælia. Seruire seruitutē. Peccare peccatum. Gaudere gaudia alicuius. Terent. Consimilem luserat iam olim ille lusum, *Il auoit ioüé vn semblable tour.* Endymionis somnum dormis, *Tu ne fais que dormir.* Puls adustionem sapit, *La boullie sent le brusié.*

Quæ locutiones & passiuè efferri possunt. Ouid. Iam tertia viuitur ætas. Mart. Tota mihi dormitur hyems. Salust. Prælium malè pugnatum. Terentius, Excuso spatio. Cicer. Pugna pugnata. Catul. Vox dormienda.

Figuratæ locutiones ad hanc regulam spectantes.

Quædam figuratè: vt, Hæc oratio nō sapit demorsos vngues, *Ceste oraison n'est pas trop bien faite.* Olet lucernam, *Cela est faict soigneusement.* Redolet Tullianā phrasim, *Semble la phrase de Cicero.* Virgil. Nec vox hominem sonat, *Ce n'est pas la voix d'vn homme.* Horat. Mera vineta crepat, *Il ne parle que de vignobles.* Iuuenal. Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt, *Qui font des saincts, & font grand chere, viuans comme Rois.*

Quædam cum accusatiuo constructa, vi præpositionis cum qua componuntur.

Construuntur cum accusatiuo & composita quædam, vi præpositionis cum qua componuntur: vt Terentius, Villam prætereo sciens. Transiliit metam. Præteruecti sumus scopulos, &c. Sed de his infrà fusiùs differetur.

Deponentia.

Ad hanc quoque regulam referuntur multa deponentia, quæ & ipsa instar actiuorum accusatiuum recipiunt: qualia sunt, Dedignor, miror, abominor, populor, odoror, vlciscor, suauior, grauor, ludificor, aucupor, adipiscor, nanciscor, venor, alloquor, consolor, deprecor, æmulor, hortor, opperior,

præstolor percunctor, &c. vt, Dedignatur amicum, *Il a son amy en desdain.* Abominor magum & ariolum, *I'ay en horreur vn enchanteur.* Grauari dominos, *Ne vouloir point auoir de seigneurs.* Mirari aliquem, *L'auoir en admiration.* Bellum moliri, *Faire guerre.* Agros populari, *Gaster & piller les champs.* Vlcisci iniuriam, *Se venger d'vne iniure.*

Et Communia omnia, cùm actiuam habent significationem: vt Terent. Egomet conuiuas moror, *Ie fay moymesme attendre ceux que i'ay inuité.* Morari solutionem, *Differer ou delayer à payer.* Nugas istas nihil moror, *Ie ne fay conte de ces bourdes & baueries.* Hortari aliquem de pace reconcilianda, *Admonester aucun de faire la paix.* Largiri ciuitatem alicui, *Donner les priuileges & franchises de bourgeoisie à aucun.* Fortunam experiri, *Se mettre à l'auenture.* Criminari aliquem alteri, *Dire mau de quelqu'vn enuers vn autre.* Amplecti aliquem, *Aimer fort quelqu'vn.* Deum venerari, *Adorer Dieu.* Memoriam alicuius venerari, *Auoir en reuerence la memoire de quelqu'vn.* *Communia quoque cum actiuam significationem habent.*

Porrò sunt hìc admonendi pueri, non omnium nominum accusatiuos promiscuè omnibus actiuis subiici posse, sed habendam esse rationem phraseos. Interest enim inter hæc, Feci damnum, & Dedi damnum: Facere modum, & Habere modum vitæ, apud Terentium. Habeo orationem, rectum est: Facio orationem, rectum nō est. Rectum est, Facio verba non rectum, Habeo verba. Differt item, Dare verba. Et, Capio voluptatem, rectius est, quàm Cepit me voluptas. Et, Cepit me obliuio, rectè dicitur: non autem, Obliuione captus sum. Contrà, Cepi dolorem, & Accepi dolorem, vsitata sunt: non autem, Cepit me dolor, &c. *Admonitio.*

Quædam etiam bifariam dicuntur: vt Intueri imaginem, &, Intueri in speciem rerum. Mereri laudem: &, Mereri bene de aliquo. Sed hæ figuræ in quotidiana lectione autorum deprehendentur, petentúrque potissimùm ex Laurentio Valla, & Hadriano Cardinali, qui non contemnendum numerum huiusmodi formularum, suis libris collegerunt: quas nos hîc inserere noluimus ne onerentur infirma ingenia nimia commentarij prolixitate. *Bifariā elata.* *Laurentius Valla, Hadrianus Cardinalis, bene meriti de lingua Latina.*

DVOS ACCVSATIVOS REGENTIA.

Regula tertia.

Celo, rogo, dóceo, géminant, vt véstio,

quartos
Diuérsos. Dices, Véniam benè póscimus abs te.
Induo veste Petrum, dic: aut Vestem índuo Petro.
Rē tibi, vel, De re te celo, dícimus aptè.
Te dóceo de Grammática, tu dícito parcè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.
Celo. *ce verbe.*
Rogo. id est, rogandi verba) *les verbes qui signifient prier.*
Doceo (docendi, *qui signifient enseigner.*
Vt Vestio (vt vestiendi verba) *comme les verbes qui signifient vestir.*
Geminant quartos (duos recipiunt accusatiuos) *reçoiuent deux accusatifs.*
Diuersos (pro diuersis rebus acceptos) *se rapportans à diuerses choses.*

App. 1.
Dices (tu dicere poteris) *tu pourras toutefois vser de la maniere de parler qui s'ensuyt.*
Veniam bene poscimus abs te: *C'est à dire, en baillant l'ablatif auec sa preposition, en lieu de l'vn des accusatifs, aux verbes qui signifient prier.*

App. 2.
Induo veste Petrum dic: aut vestem induo Petro: *C'est à dire aux verbes qui signifient vestir, au lieu de l'vn des accusatifs, nous pourrons bailler vn ablatif sans preposition.*

App. 3.
Rem tibi, vel de re te celo, dicimus aptè: *c'est à dire, nous pourrons aussi bien & conuenablement bailler à ce verbe* celo, *en lieu de l'accusatif, qui signifie la personne, ou en lieu de l'accusatif qui signifie la chose celee, vn datif, ou vn ablatif auec la preposition* de.

App. 4.
Te doceo de Grammatica, tu dicito parcè: *c'est à dire, tu n'vseras pas souuent de ceste façon de parler, en baillant à ce verbe* doceo *l'ablatif auec vne proposition, mais suyuant la reigle generale, tu luy bailleras deux accusatifs, pour bien & conuenablement parler Latin.*

Celo, as, cū verbis rogandi, docendi, vestiendi regit duos accusatiuos pro diuersis rebus acceptos, quorum posterior

ferè est rei inanimatæ: *Ce verbe* Celo, *& les verbes qui signifient prier, enseigner, & vestir, auec leurs contraires, regissent deux accusatifs apres eux, prins pour choses diuerses: c'est à dire, qui ne soient point referez à vne mesme chose: & communémet le dernier signifie quelque chose sans ame*: vt Celo te culpam, *Ie te cele ma faute.* Terent. Ea ne me celet consuefeci filium. *I'ay acoustumé mon fils à ne me celer les choses.* Et priore accusatiuo verso in datiuum: vt, Celo tibi consilium meum, *Ie ne te reuele pas mon conseil.* Aut posteriore in ablatiuum, cum præpositione De: vt Cic. Bassus noster de hoc me libro celauit *Il ne m'en a rien dit.* Idem in Epist. Existimare debes te maximis de rebus à fratre esse celatum, *Que mon frere t'a celé de grandes choses.* Et in Sacris, Dominus celauit hoc à me, id est, non reuelauit mihi. *Celo tripliciter constructum.*

Dictum est autem in regula, Duos accusatiuos pro diuersis acceptos: quia duos accusatiuos ad eandem rem pertinentes, aut qui significantur ad eandem rem pertinere, aptè adsciscunt alia verba: vt, Voco te hominem. Facio te sacerdotē. Credo te diuitem, &c. *Cur dictum est Duos accusatiuos pro diuersis acceptos.*

Porrò superiora, hoc est, docendi, monendi, rogandi, vestiendi, & id genus alia, Grammatici vocant Diabatica, hoc est transitiua eò quòd transmigret in duos accusatiuos eorum actio: alterum, qui personam significet: alterum, qui rem quæ agitur. *Diabatica verba.*

Rogandi verba sunt, Rogo, oro, precor, posco, flagito, &c. Terent. Primùm hoc te oro, *Ie te prie de cela premieremet.* Plaut. Hanc veniam illis exorem sine, *Pardonne leur pour l'amour de moy.* Exoraui præceptorem ludendi veniam, *I'ay obtenu du maistre congé de iouer.* Martial. Quum rogo te nummos pro pignore, non habeo inquis, *Quand ie te prie de me prester argent sur gage, tu dis que tu n'en as point.* Popoſcit me mutuum, *Il m'a demandé ce qu'il m'auoit presté.* Virgil. Pacem te poscimus omnes, *Nous te requerons paix.* Idem, Petere aliquem dexteram, *Luy tendre la main dextre.* Cic. Te hoc obsecrat, *Il te prie fort de cela.* Idem, Id quod ille me flagitat, *Ce qu'il me demande sans cesse.* *Rogandi verba cum duobus accusatiuis.*

Potest & alter accusatiuus, animal rationale significans, verti in ablatiuum, intercedente præpositione: vt Virg. Veniam abs te poscimus. *Nous te requerons pardon.* Idem. Poscere munus ab aliquo, *Demander vn don de quelqu'vn.* Idem. Petere pœnas ab aliquo, *Chercher moyen de se venger.* Hæreditatem ex testamento petere, *Pourchasser d'auoir vn heritage qui nous est escheu par testament.* Quint. A Philosophorum scholis virtutis *Accusatiuus versus in ablatiuum intercedente præpositione.*

præcepta petere, *Prendre les preceptes de vertu des escoles des Philosophes.* Plaut. Postulo abs te, vt illum mihi reddas seruum, *Ie te requiers que tu me rendes ce seruiteur.* Cic. Bona à quibus precamur, ab iis dantibus nolle sumere, stultitia est, *C'est folie de ne vouloir prendre les biens que nous donnent ceux que nous prions de nous les donner.* Idem. Flagitat abs te filium, *Il te demande sans cesse son fils* Idem, Auxilium ab alienis efflagitare, *Requerir instamment ayde à gens d'autre pays & nation.* Plinius iunior Exigere supplicium ab aliquo. *Punir quelqu'vn.* Cic. Exigere operam ab aliquo. *Le contraindre à faire la besongne.*

Docendi verba cum duobus accusatiuis.

Docendi verba sunt, Doceo, condoceo, dedoceo perdoceo, edoceo, erudio, instruo, instituo, &c Salust. Quem Minerua omnes artes edocuit, *A qui Minerue a enseigné toutes sciences.* Plaut. Paupertas omnes perdocet, *Paureté enseigne tous.* Sta. Cælestia edocere aliquem, *Luy enseigner & apprendre les choses celestes* Eadem autem est constructio repugnantibus verbis: vt, Dedocebo te istos mores, *Ie te feray bien desapprendre ces coustumes.*

Cum ablatiuo intercedente præpositione De.

Habent & ablatiuum aliquando cum De præpositione apud classicos, pro accusatiuo significante rem. Salust. Qui senatum docerent de cæde fratris, *Qu'ils aduertissent le Senat du meurtre de son frere.* Idem. De itinere hostium senatum docet. Cic. pro Rosc. De his rebus Sylla doceatur, *Soit aduerty.* Idem De iniuriis alicuius docere aliquem. Idem Collegium pontificum de religione docere. Non tamen (inquit Despauterius) libenter dicerem, Doceo te de Grammatica, pro Doceo te Grammaticam. Dicimus tamen, Erudio te bonas literas, & bonis literis.

Erudio.

Instruo. Instituo. Imbuo.

Inusitatum est autem his tribus verbis, Instruo, instituo, & imbuo, duos accusatiuos subiicere, sed accusatiuum vnum cum ablatiuo. vt Cato, Si tibi sunt nati nec opes, tunc artibus illos Instrue. *Si tu as enfans, & ne sois riche, instruy-les de bonnes arts & sciences.* Iuuen. Intererit multum quibus artibus & quibus hunc tu moribus instituas, *Il n'y aura peu de difficulté, de quelles sciences & mœurs tu l'instruises.* Hora. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu, *Le pot neuf gardera long temps l'odeur de la liqueur dont il sera vne fois abbreuué.*

Vestiendi verba tripliciter constructa.

Vestiendi verba sunt. Vestio, induo, cingo: sic exuo, &c. Ea trifariam construuntur. Primò, cum duobus accusatiuis, idque Græcè: vt, Induo te chlamydem, *Ie te mets ta cotte d'armes.* Secundò, cũ accusatiuo personæ, & ablatiuo rei, *Auec l'accu-*

satif, qui signifie la personne vestuë ou despouillee, & l'ablatif qui signifiera le vestement: vt Exuo te chlamyde. Plinius. Nos quoque vidimus Athanatũ nomine prodigiosæ ostẽtationis quinquagenario thorace plũbeo indutum, cothurnísque quingentorum põdo calceatum per scenam ingredi. *Nous vismes vn homme d'vne monstre prodigieuse, qui estoit vestu d'vn corselet de plomb, pesant cinquante liures, & d'vn brodequin pesant cinq cens.* Tertiò, cum accusatiuo rei, & datiuo personæ, *Auec l'accusatif qui signifie le vestement, & le datif qui signifie la personne*: vt, Induo tibi chlamydem. Martialis, Dum mutat cultus, induitúrque togam. Quint. Falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt, *Qui pensent estre sçauans, & ne le sont pas*. Ouid. Dámque latus sancti cingat tibi turba senatus.

At verbum Spolio, non nisi cum accusatiuo & ablatiuo *Spolio.* sumitur. Cic. Nesciebas ab eo Cn. Carbonem cõsulem spoliatum auxiliis? Idem, Apollonium omni argento spoliasti. Virgil. Spoliata magistro est.

Porrò trãsitiuorum constructionem & alia interim verba sequũtur: vt, Dedit filiam suam Pamphilo vxorem. Sumpsit te iudicem, testem, &c. In quibus tamen præpositio In, subintelligi videtur: pro, in vxorem, in iudicem, in testem.

Vt autem puer ad contexendas vestiendi formulas promptior euadat, & eas altiùs animo infigat, nonnullas voces huc pertinẽtes ex opusculis de generibus vestium, & re vestiaria excerpsimus. Sũt porrò huiusmodi: Pileus vel pileũ, *Vn bonnet.* Reticulum, *Vne coeffe.* Capitium, *Vne cappe à femme.* Calãtica, *Vn couurechef.* Thorax, *Vn pourpoint.* Thorax lineus, *Vn pourpoint de toile.* Indusium, *Vne chemise.* Tibialia, *Bas de chausses.* Ocrea, *Houseau.* Calceus, *Soulier.* Calceolus, *Escarpin.* Solea vel crepida, *Vne pantoufle.* Tunica, *Vn saye.* Tunica manicata, *Saye à manches.* Tunica versicolor, *Vn saye bigarré.* Tunica phœnicia, *Vn saye d'escarlatte.* Tunica talaris, *Vn saye long iusques aux talons.* Sagum, *Vn sayon.* Toga, *Vne longue robbe.* Togula, *Vne petite robbe.* Toga attrita, *Vne robbe vsee.* Toga arcta, *Vne robbe estroicte.* Toga laxa, *Large à plein fond.* Paludamentũ, *Vne cotte d'armes.* Palliolum, *Vn manteau.* Penula, idem. Vestis vndulata, *Robbe de camelot.* Vestis holoserica, *Robbe de velours.* Vestis serica, *Robbe de soye.* Vestis attalica, *Robbe brochee d'or.* Vestis pellicea, *Robbe fourree.* Vestis decolor, *Robbe desteincte.* Theristrum siue theristrion, *Robbe d'esté.* Chymastrũ, *Robbe d'yuer.* Armillæ, armillarum, *Brasselets.* Brachialia, *Ma-*

Vestiendi formulæ, ex re vestiaria excerptæ.

cherons, *ou manchettes.* Epomis, *Chaperon de rouge, & d'aduocat.* Palla Gallica, *Vn palletot.* Cinctus, cingulũ, cinctura, *Vne ceincture.* Cæſtus, *Vn tiſſu.* Capital, *Vn camail.* quod ſacerdotes in capite nũc geſtare ſolent. Ventrale, *Vn deuantier.* Mammillare, *Vne gorgerette.* Strophiũ, ſiue faſcia pectoralis, *Vn gorgias, ou collet de femme, dequoy elles couurent leurs poictrines.* Femoralia, ſubligaculum, braccæ, arum, *Brayes.* Humerale pelliculatũ, *Chaperon fourré.* Cauſia, ſiue Petaſus, *Vn chapeau contre le haſle du soleil.* Galerus purpureus, *Chapeau de Cardinal.* Amictus pelliceus, *Aumuce.* Lacerna, *Vne chappe de Docteur.* Poderis, *Vne chaſuble.* Trabea, *Chappe que les Choreaux portent pour chanter à l'Egliſe.* Funis cânabeus, *La ceincture d'vn Cordelier.* Chirothecæ, *Des gands.* Digitalia, idem.

QVATVOR VERBA MODO PERSONALIA, *modò impersonalia, accuſatiuum regentia. Regula quarta.*

Deléctat, decet, atque iuuat, da quarto, & opórtet.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula generale { Da quarto (tribue accuſatiuo caſui) *donne à l'accuſatif cas.* Delectat, decet, iuuat, & oportet, *ces quatre verbes cy: car ils le requierent apres ſoy.* }

Hæc quatuor verba, Delectat, decet, iuuat, oportet, accuſatiuum poſt ſe capiunt: Et cum infinitiuo impersonalia dicuntur: cũ nominatiuo ante ſe, perſonalia: vt, Sua quemque delectãt, *Chacun ſe delecte en ce qui eſt ſien.* Delectat me ſtudere, delectat me ſtudiũ, *Ie prens plaiſir à l'eſtude.* Decet te caſtè viuere, aut decet te caſta vita, *Il te faut viure chaſtement, ou la vie chaſte t'eſt ſeante.* Decet me hæc veſtis, *Ceſte robbe me ſied bien.* Plaut. Deos decet opulẽtia, *Il appartient aux Dieux d'eſtre riches.* Iuuat nos aſpicere arua, aut iuuat nos aſpectus aruorum, *Nous prenons plaiſir de contempler les champs.* Plaut. Neque vnquam quicquam me iuuat quod edo domi, *Ce que ie mange à la maiſon ne me faict point de bien, ne n'y prens gouſt ne plaiſir.* Cic. Iuuátque me hoc tibi profuiſſe, *Ie ſuis fort ioyeux que cela t'a proffité.* Oportet te ire, *Il te fault aller.* Plaut. Cœnã iam eſſe coctam oportuit, *Il falloit que le ſoupper fuſt deſia cuict.* Cicer. Antonium irritare non oportuit, *Ne falloit pas l'irriter.* Ter. Nónne communicatum prius oportuit? *Ne falloit-il pas premier qu'en*

Delectat. Decet. Iuuat. Oportet.

laysse, m'en parler? Plaut. Seruum te esse oportet & nequam & malum, hominem peregrinum & aduenam qui irrideas, *Il faut dire que tu es vn mauuais & meschant seruiteur, de te mocquer d'vn estranger, & qui n'est pas de ce pays.*

Inuenitur hoc verbum personale interdum, sed sine vllo casu post se. Terent. Quæque assolent, quæque oportent, *Ce qui est de coustume, & ce qu'il fault faire.* Idem, Hæc facta ab illo oportebant, *Il falloit que ces choses fussent faictes de par luy: il deust auoir faict cela.* *Oportet interdum personale.*

Decet etiam cum datiuo non rarò. Cic. Quādoque id deceat prudentiæ tuæ, *Puis que cela est seant à ta prudence.* *Decet cum datiuo.*

Aldus addit dictis, Lædit, & Offendit: vt, Lædit stomachū scribere, *L'escrire faict mal ou blesse l'estomach.* Offendit cerebrū nimio baccho indulgere, *Trop boire gaste le cerueau.* *Lædit & Offendit.*

Sic possent addi, Latet & Fugit, quia infinitiuum loco nominatiui habere possunt. *Latet & Fugit.*

COMPOSITA CASVM PRAE-
positionis suæ regentia. Regula quinta.

Compósitum quandôque dabit sibi præpositúræ
Casum: Quocírca quartum, sextúmque dat Exit.
Sæpè quidē docti répetunt bene præpositûram.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Compositum (verbum sup.) *le verbe composé.*
Dabit (tribuet) sibi *mettra & receura apres soy.*
Quandoque (aliquando) *quelquefois.*
Casum præpositura (præpositionis cum qua componitur) *le cas de la preposition auec laquelle il est composé.*
Quocirca (quapropter) *au moyen dequoy.*
Exit (id est, verbum exeo, exis) *le verbe, exeo.*
Dat quartum, sextúmque, *reçoit l'accusatif & l'ablatif indifferemment.*

Appendix.
Docti (literati) *les gens doctes & sçauans, les bons autheurs.*
Sæpè quidem bene repetunt præposituram, *repetent & expriment souuent, outre la composition, la preposition, de laquelle le verbe est composé, & ne parlent pas mal Latin pour cela.*

Verbum compositæ figuræ regit aliquando casum præpositionis cum qua cõponitur non expressa præpositione, nisi in compositione, quem casum alioqui verbum non reciperet, *Le verbe souuent reçoit le cas de la preposition, auec laquelle il est composé, & ce sans exprimer autrement la preposition sinon qu'en composition*: vt, Exeo, ab extra cõpositum, regit accusatiuũ. Ter. Quum limen exirem, *Ainsi que ie passois le linteau de l'huis*. Virgil. Exire tela, *Euiter, eschaper, & se destourner des dards*. Exeo, ab ex, regit ablatiuum. Luca. Exeat aula, qui vult esse pius, *Sorte hors de la Cour qui veult estre hõme de bien*. Exire ære alieno, *S'aquiter, payer ses debtes*. Stat. Stratis exire, *Se leuer du lict*. Sic Egredior domum, vel domo, *Ie sors hors de la maison*. Ter. Egredi officio suo, *Se mesprendre & faire contre son deuoir*. Tacit. Terminos egredi, *Sortir hors les termes & bornes mises* Adeo patrem, *Aller à son pere*. Adire aliquem si quid velit, ex Cicerone, *Luy aller demander s'il veut rien*. Adire discrimen, *Tomber ou venir en danger*. Adire hæreditatem, *Se porter pour heritier*. Adire fortunam, *Se mettre au hazard, & à l'auenture*. Circunfundit aër terram, ex Cic. *L'air enuirõne la terre*. Circũsistimus præceptorẽ, *Nous nous assemblãs tout autour du regent*. Aggredi aliquem, *L'assaillir*. Virg. Talibus aggreditur Venerẽ Saturnia dictis, *Iuno assault Venus par telles paroles*. Sic, Alloquor præceptorẽ. Alluit mõtem fluuius. Rhodanus Lugdunum alluit, *Le Rhosne court aupres de Lyon*. Cæsar, Omnem equitatum pontem traduxit, *Il mena les gens de cheual delà le pont* Virgil. Ille fugat syluas, saltúsque pererrat, *Il court par les forests s'enfuyant*. Perequitat aciẽ, *Il cheuauche par toute l'armee*.

Exeo ab extra compositum.

Exeo, ab ex compos.

Egredior.

Traduco.

Pererro.

Cæterùm in regula dictũ est, Quãdoque, quia sæpè verbũ non regit casum præpositionis suæ, *Il n'est pas necessaire bailler le cas de la preposition tousiours au verbe: car mesme il y en a qui iamais ne le reçoiuent*: vt, Arrideo tibi, nõ arrideo te. Horat. Arridere ridentibus, *Rire auec les rieurs*. Applicare castra flumini, ex Liuio, *Mettre le camp aupres de la riuiere*. Ex eodem, Interesse spectaculo, *Estre present à regarder quelque chose*. Ideò authorum vsus magis est considerandus, quàm regula.

Verbum non regit semper casum præpositionis, cum qua componitur.

Sæpè quidem docti, &c. Sæpè præpositio repetitur, *Bien souuent la preposition y est exprimee outre la composition*: vt apud Cic. Inest in amore fructus, *Il y a du profit en amour*. Idem, In ipsis inest causa cur diligantur, *Il y a cause en eux pourquoy ils doiuent estre aimez*. Cic. Extra cancellos egredi conabor, *Ie m'efforceray de passer les limites*. Terẽt. Ad hominem accedam, *I'iray vers*

Præpositio sæpe repetita.

luy. Idem, Alludere ad mulierem, *Se iouer à vne femme.* Idem, Appellare animum ad aliquid, *Addonner son esprit à quelque chose.* Admouere manum ad aliquam rem, & alicui rei, *Mettre la main à quelque chose.*

SPATIVM TEMPORIS.

Regula sexta.

Quan poscendo diu, quartum, vel pónito sextum,
Cum quouis verbo. Secus ablatiuus adesto.

Quãdiu in hoc textu vnica dictio est, quæ carminis causa per tmesin secatur, interiecta voce Poscendo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Ponito (in oratione collocato, respondeto) *responds & mets en l'oraison.*
- Quartum vel sextum, *l'accusatif ou ablatif.*
- Cum quouis verbo, *auec tout verbe quel qu'il soit.*
- Poscendo (ad interrogationem factam) *à la demande qui te sera faicte.*
- Quan diu (id est, de spatio & interuallo temporis) *de l'espace, longueur & continuation de temps.*

Appen.

- Secus (aliàs) *autrement, c'est à dire, si la demande n'est pas faicte de la longitude & continuation de temps, auquel est faite la chose dont on parle.*
- Ablatiuus adesto, *que l'ablatif soit mis en l'oraison, qu'il soit respondu par l'ablatif, qu'on vse lors de l'ablatif.*

Dictio spatium & diuturnitatem seu cõtinuationem temporis rei gerendæ significans, post omne genus verborum poni potest in accusatiuo casu & ablatiuo, *Toute diction qui signifie l'espace, longueur, & continuation de temps, auquel est faite la chose de laquelle on parle, pourra estre mise apres toute maniere de verbes en l'accusatif, ou ablatif.*

Quæ dictio dicatur significare spatium temporis.

Dicitur autem significare spatij temporis durationem seu tempus continuum dictio illa, quæ ad Quandiu, vel Quandudum, vel quod huic est ferè simile, Quampridem respondere potest. *Alors signifie la diction espace de temps, quand elle peult estre commodément respondue à la demande, Combien il y a de temps, ou Combien longuement, ou Cobien long temps:* vt, Quãdiu degisti Lutetiæ? Tres annos, vel tribus annis, vel per tres annos, *Cobien de temps as tu demeuré à Paris? Trois ans.* Quandiu commoratus es apud nos? Tres horas, vel tribus horis Cic. Complures ibi

Quamdudum. *Abhinc.* dies commoratus, *Il m'arresta plusieurs iours là.* Quamdudum obiit puer tuus? Abhinc tres menses, vel tribus mensibus, *Depuis combien de temps est trespassé ton pere? Depuis trois mois.* Cic. Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus est. *Leur pere est decedé depuis vingt deux ans ença.* Abhinc annis ampliùs viginti audiui, *Il y a plus de vingt ans que l'ay ouy dire.* Sic, Potauit totam noctem, *Il a yurongné toute la nuict.* *Iam.* Iam horam hîc desedi, *Il y a vne heure que ie suis icy.* Iam seculum te opperimur, *Il y a cent ans que nous t'attendons.* Cic. Viginti duos annos ei sacerdotio præfuit, *Il a tenu vingt deux ans ce benefice.* Professus est biduum, triennnium, quadriennium, quinquēnium, & quinquennio. *Il a regenté deux ans, &c.* Qui ducit vxorem, vno mēse fœlix est, *Qui se marie, n'a qu'vn mois de bon temps.* Sed frequētior accusatiui casus. Virgil. Vna cum gente tot annos Bella gero. Idem. Hic iam tercentum totos regnabitur annos. Item, Noctes atque dies patet atri ianua ditis.

Differentia inter Quamdudum, & Quāpridem. Est autem Quamdudum & Quampridem, id quod rusticè dicitur, Quandiu præteriit quòd: sed Quamdudum quærit de re non adeò diu præterita: Quampridem, de re ante annos etiam multos facta.

Secus ablatiuus adesto, &c. At quoties non spatium, sed species temporis significatur, ablatiuus tantùm apponitur, *Que si la diction ne signifie point l'espace ne longueur, mais seulement espece & determination de temps auquel se fait la chose, elle ne sera point mise en l'accusatif, mais seulement en l'ablatif.*

Dictiones significantes speciem temporis. Significant verò speciem temporis, quæ ad Quando, vel Quo tempore, vel Quo die &c. respondentur, *Les dictions signifiens espece & difference de temps, qui commodément sont responduës à la demande qui se fait par Quand, ou En quel temps, ou A quel iours* *Quando.* vt, Quando venisti? Hora tertia, *Quand es tu venu? à trois heures.* Quando mittes ad me libros? Paucis abhinc diebus. Quando vel quo tempore id factum est? Abhinc quindecim annis, *Quo tempore.* *Il y a quinze ans.* Quo tempore purgantur maria? Plenilunio, *Au plein de la Lune.* Sic Hyeme domi desident milites, æstate bella sequuntur, *Les gens d'armes l'hyuer demeurent à la maison, l'esté vont à la guerre.* Superioribus diebus ad te scripsi, *Ie t'ay escrit ces iours passez.* Plau. Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, *Si tu despens le tien prodigalement le iour de la feste, tu en auras faute le iour ouurier.* Eiusdem generis est & illud, Qui Hilaribus luxu diffluūt. Cinералibus plerunq; nō habet quod denti porrigant. *Ceux qui le iour de Caresme prenant s'abandonnent*

5. Quinta. Dictio recta à tergo sequitur dictionem regenté, quo fit quidem, vt post verbum personale aliquando sequatur nominatiuus: vt, Sum bonus. Vocor Petrus. Dormis supinus, *Tu dors sur le doz.* Aut genitiuus: vt Miserere mei. Accersor capitis, *Ie suis accuse de cas criminel.* Aut datiuus: vt Seruio Deo. Consule rebus tuis, *Pouruoy à tes affaires.* Aut accusatiuus: vt Amo Deum. Numeras arenam, *Tu pers ta peine, tu n'a-*

uances rien. Aut ablatiuus: vt Careo nummis, *Ie n'ay point d'argent.* Propter eandem regulã aliquando ante nominatiuum ponitur obliquus: vt, Hei mihi, amore pereo, *Helas ie meurs à force d'aimer.* Et ante verbum obliquus: vt, Studens virtuti laudatur, *Celuy qui met peine d'acquerir vertu, est loué.* Ideò diligenter considerandum, quem quæque dictio casum regat.

Sexta regula. Declarans declarato postponitur: vt adiectiuum substantiuo, aduerbium verbo, infinitiuus finito. Item infinitiuus, gerundium & supinum postponitur adiectiuo: vt, Certus mori aut moriendi, Turpe dictu, Horrendum auditu. Ideò ante verbum finiti modi, aliquando ponitur infinitiuus. Accusatiuus præponitur infinitiuo, si a fronte regitur. Præpositio semper regit casum à tergo: ideò in declaratione præcedit. Præpositio cum suo casu postponitur verbo per hanc regulam: quia ipsa cum casu declarat significationem verbi: vt, Vado ad forum. 6.

Septima regula. In declaratione orationis videndum est, an aliquid subaudiatur, quia hoc suppleri debet: vt, Miserã me, vereor. Vbi subauditur ô, vel heu. Vnde mihi istud: sup. obuenit, vel accidit. Paucis te volo. vbi sunt geminæ eclipses: subauditur enim Verbis, & Alloqui: vt sit, Paucis verbis te volo alloqui, vel conuenire. 7.

Est autem declaratio Grammaticæ, ordo quidam quo singulæ dictiones ad suam naturam, propriúmque regimen reducuntur, clarioris intelligentiæ gratia. Hanc vocat Alexander Constructionem, non satis propriè: quia construere propriè, est aliquid debitè componere. Qui autem orationem propriè declarat, non construit, sed ab alio cõstructam resoluit, aut destruit, aut ordinat, vt à pueris intelligatur. Quocirca rectiùs dixeris ordinem, aut destructionem, aut resolutionem, aut declarationem. *Ordo Grammatica quid.* *Constructio.*

EXCEPTIONES A PRAEmissis regulis.

Quod rogat, atque refert, & habet
quod vim referéntis
(Vt quod verba petit semper duo, dũ,
quia, donec)

Atque negans, præit, Ob lógicam mutá bitur ordo.

Præcédens ſemper præpónitur & refe- rénti.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Exceptiones.

Quod rogat (nomen interrogationis) *la diction par laquelle on interrogue.*
Atque refert (& nomen relatiuum) *& relatif.*
Et quod habet vim referentis (& dictiones vim relatiuam habentes) *& toutes dictions qui ont la force du relatif*
Vt (nomen ſup.) quod petit ſemper duo (verba ſubaudi, ad ſenſus perfectionem) *comme auſsi la diction qui demande deux ou pluſieurs verbes pour parfaire le ſens de l'oraiſon.*
Dum, quia, donec, *comme ſont ces trois particules, & autres ſemblables.*
Atque negans (& dictio negatiua) *& la diction de laquelle on vſe quand on veult nier quelque choſe.*
Præit (præcedit in declaratione Grammatices) *precede en la declaration de l'ordre de la Grammaire.*

Appendix.

Ob logicam mutabitur ordo (id eſt, propter Logicorum regulas interdum partes orationis ordinantur contra dictas regulas) *a cauſe des façons de parler des Logiciens, l'ordre des parties de l'oraiſon eſt change contre les ſuſdictes reigles.*
Præcedens (antecedens) *l'antecedant.*
Semper præponitur, *eſt touſiours conſtruict & mis deuant.*
Referenti, *le relatif.*

Sex exceptiones a ſupradictis reguis.

A præmiſſis regulis ſunt ſex exceptiones Prima exceptio.
1. Interrogatiuum ſemper præcedit in ordine declarationis Grãmatices: ideóq; ab obliquo, vel aduerbio ſæpè inchoamus ordinẽ: vt Quem quæritis? Vbi vidiſti hominẽ? Quem veſtrũ tędet vitę? Cui ſeruis? A quo edoceris? Cuius eſt nisi?

2. Secunda exceptio. Nomen relatiuum, & hinc aduerbium, præcedit dictionem à qua regitur: vt, Hic eſt quem videre diu cupiui, *Voicy celuy que de long temps i'ay deſire voir.* Vidi campum vbi Adam habitauit. At relatiuum pronomen non præcedet: vt Dedit amicus carmen ad me. Ego miſi ei aurũ. Cur verò magis præcedat relatiuum nomen, quàm relatiuũ pronomen, ratio eſt, quia Quis, qualis, quantus, &c. exponuntur per coniunctionem Et, quæ vult præponi. Illam verò nunquam includit pronomen: ideò etiam Tantus, talis, non præcedent, quia non includunt eam coniunctionem.

Quare relatiuũ nomen potius præcedat in ordine Grammatice, quàm relatiuũ pronomẽ.

3. Tertia exceptio. Dictiones vim relatiua habentes, vt quæ

ad sensus perfectionem plura verba petunt debent in declaratione Grammatica præcedere. Tales porrò dictiones sunt nomina, vel aduerbia infinita: vt Cùm, deinde, deinceps, sic, sicut dum, donec, quum quando, quia quoniam, licet, postquam, quàm quamuis, & similia his plurima.

Quarta exceptio. Dictio negatiua debet præcedere: vt Neutiquam faciam. Vbi quidem Neutiquam vna est pars orationis, pro nequaquam nullo modo. *Nullement*. Neminē video. *Ie ne voy personne*. Terent. Hoc ego scio vnum, neminē peperisse hîc *Ie sçay certain d'vne chose, que nulle femme n'a enfanté icy*. Aduerbium prohibendi, etiam negandi vim habet: ergo præcedit: vt Ne feceris. 4.

Quinta exceptio. Propter Logicorum regulas oportet interdum contra dictas regulas partes orationis ordinare: vt, Cuique hominum anima est. *Vn chacun homme a vne ame*. Aliquo homine sum doctior, *Ie suis plus sçauant que quelqu'vn*. Sonorum aliud vox aliud non vox, &c. 5.

Sexta exceptio. Relatiuum necessariò postponitur antecedenti: ideò obliquus contra dictas regulas aliquando præponitur nominatiuo aut verbo: vt. Ciceronem diligit filius suus. Defendite Cæsarem ô sui milites. Patrem sequitur sua proles. A Cicerone diligitur filius suus. Piget Ciceronis filium suum, *Cicero est marry de son fils*. Rumor est Cæsari insidiari suos familiares, *Il est bruit que les familiers de Cesar luy machinent quelque trahison*. Fratrem iam incipit vxoris suæ tædere, *Mon frere commence desia à s'ennuyer de sa femme*. 6.

DE RECIPROCIS.

Reciprocum est relatiuum reflexiuum, quod ad id vnde prodit, reuertitur: vt primitiuum Sui, & deriuatiuum Suus: velut Iste amat se, *Cestuy s'ayme*. Vbi quidem amor reflectitur ad amantem Sic Iste diligit filium suum Hic dilectio tendit in rem diligentis. Ad hunc modum spiritus dicitur reciprocari cùm recipitur. Similiter & vnda vicissim alluens littus reciprocatur. Euripus etiam fluuius ad pristinum subinde cursum rediens, reciprocus est. Ergo vt facilis ad reciprocorum notitiam pateat aditus, subiiciam præcepta Badiana e Valla decerpta: minimè p[...]ntenda. *Reciprocum quid.*

VIGINTI PRÆCEPTA BADII
de Sui, & Suus, ex Valla desumpta.

Primum præceptum. Non vtemur more Græcorum indifferenter reciprocis, & non reciprocis pronominibus, 1.

quia nos illa distincta habemus. Græci verò communia: vt αὐτοῦ, ipsius aut sui.

2. Secundum. Neque si magnos authores in eorum vsurpatione dormitasse offenderimus, continuò eosdem imitabimur, aut idem nobis licere putabimus. Dixit autem Maro Aeneid. 3. Viuite fœlices, quibus est fortuna peracta Iā sua: pro, iam vestra, secundum Vallam. fallitur suo more Valla.

3. Tertium. Sed non priùs dormitasse idoneos censebimus, quàm compertū habeamus quò fiat relatio, ne nostra erret censura vt Aeneid. 1. En Priamus, sunt hîc etiam sua præmia laudi. vbi Sua non refertur ad Priam. sed ad Laudi, i. virtuti.

4. Quartum. Neque verò si libri corrupti sunt, eos per errorem sequemur, aut inde authores errasse dicemus: vt apud Ciceronem in Salustium, Quòd si istius vita memoriam vicerit aliam P.C. non ex oratione, sed ex moribus suis spectare debetis. Vbi quidem corruptè legitur Suis, pro eius.

Quintū. Quāuis autē interdū cōmuni modo loquendi per reciprocū, ac non reciprocū loqui liceat: non tamen id semper licere putabimus. Verbi gratia, indifferenter dicere licet Oēs optāt quod sibi vtile est, & qđ eis vel ipsis vtile est. Nō tamē dicā, Omnes optāt quod eis vtile putāt, sed quod sibi.

6. Sextum. Quando per reciprocum generaretur amphibologia, si alio relatiuo, vt is & ille, sine amphibologia vti licet, vitabimus dubietatē: vt apud Ciceronē in Bruto, Præsertim cùm ille Quintum Scæuolam sibi minorem natu generum prætulisset. Dubiū an Sibi ad socerum, an ad Fanniū referatur: at si dixisset Ei, de Fānio vtiq; locus intelligeretur.

7. Septimū. Nō dicemus, Su⁹ est illius seruus, aut Doceo suū illius seruū, more Prisciani: q̄uē præter eū nullus obseruat.

8. Octauum. Neque cum Alexandro dicemus, Suus penitus carere vocatiuo. licet rarior sit eius vsus: vt, Defendite Cæsarem, ô milites sui.

9. Nonum. Neque per solum nominatiuum, sed etiam per alios casus loquemur, quādo ad possessorem possessio transitionem facit, & non ad alium: vt, Ciceronis filium suū piget.

10. Decimum. Quoties nomen proprium, pronomen, aut aliud ad quod fiat reciprocatio, præponitur cum verbo, & sequitur aliud suppositum cum verbo, licet supposito addere Suus, propter reciprocationem factā ad priorem sermonem, aut pronomen non reciprocum, propter respectum ad secundum. Quando verò tantùm vnus casus sine verbo præ-

cedit, ſi ad ipſum fieri poteſt reciprocatio, nõ ponetur aliud pronomen. Exẽplum prioris: vt ille, aut Ioannes, aut ſeruus ſuus rogat te, vt ſuus, aut eius, apud te cœnet filius. Exẽplũ ſecundi: vt, Pythagoram venerabãtur diſcipuli ſui, non eius.

Vndecimum. Quando ablatiui abſolutè cum reciproco pręcedunt, non habet aliud pronomen locum: vt non dicam Tradito ei, ſed tradito ſibi puero, vir dicendi peritus ingenium eius perſpiciet, *L'homme eloquent, apres qu'vn enfant luy aura eſté baillé, regardera ſon engin & nature.* 11.

Duodecimum. In conſtituendo, vbi Suus præponitur, vtemur interdũ reſolutione in nõ reciprocum: vt illud Senecæ. Sæpè in magiſtrũ ſcelera redierunt ſua. Cõſtruetur ſic. Scelera magiſtri ſæpè redierunt in ipſum, aut in eum ſeu illum. Difficilis tamẽ eſt reſolutio, vbi Suum eſt ſubſtantiuum: vt hìc, Suum cuique perſoluatur. Niſi dicatur, Quod cuiuſque eſt, id ei perſoluatur. Et ſimiliter vbi Su[9] pro proprio ponitur: vt, Sunt & ſua dona parẽti. Sua, id eſt, propria dona ſunt ſine reſolutione. Aut Sua, id eſt, propria dona ſunt parenti. 12.

Decimumtertium. Bona cenſebitur reciprocatio, quando pronomen reciprocum ad principale ſuppoſitum refertur: quod fit, quando loco reciproci poni poteſt in vero ſenſu ipſemet, aut ipſe idem, cum dicto ſuppoſito. Verbi gratia, in illo Terentij. Orare iuſſit, ſi ſe ames, hera, iam vt ad ſeſe venias. Si ſe, ſcilicet ipſam herã: ad ſeſe, id eſt, ad ſemetipſam. Non tamẽ licet dicere, Petrus non adeſt, ſed filius ſuus, imò filius eius. Bene autem dicitur, Petrus filium ſuum miſit. 13.

Decimumquartũ. Vbi principale ſuppoſitum eſt Quiſque, aut vnuſquiſque, ferè locum habet reciprocatio, ſi tamẽ ſuperior ſeruetur regula: vt, Quiſque ſui memor eſt. Vnuſquiſque ad proximum, ſuum reſpicit. Non tamen dicas, Ioannẽ nemo diligit, ſed vnuſquiſque liberos ſuos fouet: ſi quidem de liberis Ioannis loquare: ſed dicendum eſt, liberos eius. 14.

Decimumquintum. Quoties Suus ponitur pro proprio ac debito, aut ſubſtantiuum eſt, ferè locum habet, nec eo facilè quis abutetur: vt, Suis horis id facit. Sua & ſuos diligens conſeruat paterfamiliâs.

Decimumſextum. Quoties autẽ gemina eſt locutio, ita vt bina cõplectatur ſuppoſita licet ad prius dare reciprocũ, aut ad poſterius nõ reciprocũ: vt, Quiſque vult quod ſibi, aut ei expedit. Iuuenis non petit, vt illum, aut ſe, miſerum putetis. 16.

Decimumſeptimum. Quoties ſic ante hanc præpoſitionẽ

interponitur genitiuus, datiuus, aut ablatiuus, licet reciprocum, & nō reciprocum subdere: vt, Grammatici inter se, vel inter ipsos: sed, Grammatici inter se dissentiunt. Et, Scio Grammaticos inter se dissentire: non autem, inter ipsos.

18. Decimumoctauum. Quando verba singula sunt, sed duplex respectus, alter ad suppositum, alter ad obliquū, si pronomen respicit suppositum erit reciprocum: sin obliquum potiùs, non erit reciprocum: reperitur tamen & reciprocū. Exemplum prioris: vt, Tueatur nos Deus omnipotens propter bonitatē suam, non eius, *Dieu par sa bonté nous vueille garder.* Exemplum secundi: vt Cepi columbam in nido suo non eius. Sic enim resoluitur, Colūba capta est à me in nido suo. Si autem dixero, Ioannes cepit columbā: addā, in nido eius.

19. Decimumnonum. Si tamen obliquo addatur verbum, vel participium, ad quod reciprocatio fieri debeat, erit ei locus: vt, Inueni leonem iratum ob amissam prædam suam, non eius: est enim, idem quod qui irascebatur.

20. Vigesimum. Quoties interuenit inter obliquos coniunctio, non est reciproco locus. Vnde non dicam, Cepi leonem, & catulos suos: sed eius.

DE EISDEM RECIPROCIS,

ex Ioanne Despauterio.

Principale suppositū considerandum sedulò in omni reciprocatione.

ANte omnia diligēter cōsiderandū est principale suppositū, ad quod fieri debet reciprocatio: vt, Superbus est sui laudator. Ioānnes amat patrem suū. Expectat te Ioānes, vt se iuues. Vbi quidem principale suppositum est, Ioānes. Sic in omnibus orationibus, quæ fiūt per Vt, aut Ne, principale suppositū, est suppositū prioris: veluti, Magister præcepit vt ad se venirē. Ioānes timet, ne sibi noceam. Ioānes diligit Petrū, & fratrē suū. Vbi de fratre Ioannis intelligitur: quia hîc ad obliquū, illic ad prīcipale suppositū fit relatio. Ideò in Euāgelio bene dicitur, Iacob genuit Iudā & fratres eius. Et rursus, Qui surgens accepit puerum, & matrē eius nocte. Et vocabis nomē eius Iesum. Ipse enim saluū faciet populū suū à peccatis eorū: eorū dixit, nō suis, ne de peccatis Iesu (quę nulla fuêre) loqui videatur. Itē, Misert⁹ est Dominus timētibus se. Rogauit Iesum quidā Pharisæus, vt apud se maneret. Quæsiuit Dominus ex Petro, an se diligeret.

Reciproco quando non vtendum.

Porrò intercedente coniunctione, reciproco non vtimur, vt dictum est. Terent. Pamphilus dat fidem vxorem fore sibi hanc: nam pater ei aliam desponderat.

Antecedenti quoque nō erit annexum reciprocum: quia nollem dicere, Filiū suū diligit pater suus. Aliter tamen dixit Plautus in Mercatore, Iubet saluere suus vir vxorē suā.

Dicimus rursus, Suus sibi gladius. Vbi sibi, nulla necessitate, sed veluti cuiusdā festiuitatis gratia ingitur. Terētius, Suo sibi hunc gladio iugulo. Cicero, Suo sibi victitant succo. Columella, Suo sibi iure abluuntur. Terent. in Hecyra, Mater quòd sua sit, pro eius teste Donato. Vbi tamen Lancilotus defendit, Sua capi pro propria, excusans eadem ratione illud Virgilij, Namque sua patria antiqua cinis ater habebat. Mallem nihilominus cum Valla Eius dicere. Licet in plurali per vocatiuum ausim dicere, Defendite Cæsarem ô sui milites. nihil tale tamen auderem in singulari.

Notanda etiam est regula Vallæ, lib. 3. cap 60. dicētis has particulas Quisque, vnusquisque, & vterque, solere poni eleganter in oratione cum Sui, & Suus: sed ante substantiuū ipsius, suum: ita vt discrepent cum adiectiuo sequente expresso, sed cōcordent cum subaudito. Virg. Pro se quisque viri summa nituntur opum vi: id est, nitūtur summa vi: quisque pro se, sup nititur. Idem, Dāt sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt. Quisque suum populatus iter Idem, Quisque suos patimur manes. Liuius, Ausi sumus cum parentibus certare quæque ciuitas suis. Tacitus, Exterriti qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepida fuga deuenēre. Idē, Tribuni & præfecti sua quisque extoliētes, falsa aut maiora vero miscebant. Sic, Hirundines vere ineunte, redeunt in suum pristinum vnaquæque nidum immigrantes. Offendi parentes suo vtrumque morbo affectos. Quæ sententiæ sic ordinandæ sunt, Hirundines vere ineunte redeunt, immigrantes in nidos pristinos, vnaquæque in suum sup. immigrans. Offendi parentes morbo affectos: vtrunque suo, sup. affectum morbo.

Notanda Valla regula.

In reciprocis aut errasse quāplurimos, aut ipsos ex industria abusos fuisse, Valla ostēdit. Sed & benè cū Valla dixit doctissimus Badius, cautè videndum esse ad quid sit relatio: ne non authorū, sed nostra erret censura: vt apud Horatiū, Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge. Vbi quidē Georgi' Valla lib 10. cap. 4. vult Sibi, pro ei poni: quod verum non est, quia sibi ad famam nō refertur: sed est sensus, Finge cōuenientia sibi, id est, ea quæ sibiipsis nō aduersentur, sed inter se aptè cohæreant, ne monstrum nascatur tale,


Plurimorum lapsus in vitandu reciprocu.

vt nec pes, nec caput vni reddatur formæ.

Varij sacræ Scripturæ loci, in quibus debita non obseruatur reciprocatio.

In sacris plerunque non obseruatur debita reciprocatio, vt patet ex Valla in nouum Testamentum. Locos quos ille notauit, hîc subiiciẽdos curaui, qui sunt huiusmodi. Intrantes domũ, inuenerunt puerũ cum Maria matre eius: pro sua. Vidi spiritũ Dei descendentẽ sicut columbã, & venientẽ super se: pro eũ. Cõtrà apud Paulũ, Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij eius: pro sui. Sic, Vnà cũ Zebedæo, patre eorũ: pro suo. Accesserunt ad eũ discipuli eius: pro sui. Item hæc. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: pro sua. A fructib9 eorum cognoscetis eos: pro suis. Iustificata est sapiẽtia à filiis suis: pro eius. Iussit discipulos ascendere in nauiculã, & præcedere eum trans fretũ: pro se. Procidẽs cõseruus eius, adorabat eum: pro suus. Corripe eũ inter te & ipsum: pro se. Ait illi Dominus eius: pro suus. Misit ad eũ vxor eius: pro sua. Ex Marco, Erat Ioãnes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: pro suos. Quia ablatiu9 est zona. Ex Luca, Et dabit illi dominus Deus sedẽ Dauid patris eius: pro sui. Sicut locutus est per os sanctorũ, qui à seculo sunt Prophetarũ eius: pro suorũ. Cùm inducerent puerum Iesum parentes eius: pro sui. Nunciauerunt Ioãni discipuli eius: pro sui. Et reddidit illũ patri eius: pro suo. Ex Ioanne, Neque enim fratres eius credebant in eum: pro sui. Mulier tristitiam habet quia venit hora eius: pro sua. Iesus itaque sciẽs omnia quæ vẽtura erant super eũ: pro se. Põtifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. In neutro peccauit interpres: sed ineptè fecit, cùm verba variauit, cùm debuerit nõ vtroque, sed alterutro pronomine vti. Ex Paulo ad Roman. Propter quos tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ: pro sui. Reddente illis testimonium cõsciẽtia ipsorũ: pro sua. Ad Cor. Epist. 1. Qui ĩuocãt nomẽ Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorũ: pro suo. Non reputãs illi delicta ipsorũ: pro sua. Ad Ephesios, Vt notum faciat nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius: pro suum. Alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatẽ cordis ipsorum: pro sui. Ex Epistola Petri prima, Coërceat linguam suã à malo, & labia eius ne loquãtur dolum: pro sua. Ex Apocalypsi, Opera enim illorũ sequuntur illos: pro sua. Studiosi plura notabunt, hæc mihi in præsenti suffecerint.

Finis tertij libri, qui est de Syntaxi.



DE PROSODIA, QVARTA PARTE GRAMMATICES, SYLLAbarum accentum docente, Liber quartus.

Et primùm.

DE ACCENTIBVS, SEV TONIS.



CVm in initio horum librorum, Grammaticen in quatuor partes distribueremus, Prosodiã esse diximus, quæ syllabarum accentus doceret. Itaque non ineptè sic à nobis diffiniri poterit. Prosodia est apta orationis conceptæ pronunciatio. Sicut enim contexendæ orationis syntaxis, ita prosodia pronunciandarum vocum rationem continet. Sed quia huiusmodi vocum pronunciatio, absque syllabarum quantitate cognosci non potest, consultò eius rei tractationem ad finem huc distulit Despauterius, vt simul de temporibus syllabarum & de tonorum, hoc est accentuum ratione hoc loco ageret. Dicitur autem Prosodia à πρὸς Græca præpositione, quæ significat ad, & ᾠδὴ, cantus. *Prosodia diffinitio.* *Prosodia vnde dicta.*

Vocum itaque pronunciandarum ratio duplex est. Aut enim syllabas idoneo tempore & accentu moderatur: aut dictiones conuenienti morula & respiratione distinguit. Prior Lexiphonia appellatur: posterior Respiratio. *Duplex ratio vocum pronunciandarum.*

Lexiphonia ergo quantitatem syllabarum, & accentum monstrat, Dicta à λέξις, id est, dictio, & φωνὴ, id est, vocalitas, vel sonoritas, & resonantia. *Lexiphonia.*

Accentus siue Tonus, est certa & legitima pronunciandi ratio. Et est triplex, acutus, grauis, & circunflexus. *Accentus quid, & eius diuisio.*

Acutus, quo syllaba pronunciando attollitur: vt prima à genitiuo Carminis & insignitur hac nota ´. Huius sedes sunt vltima, penultima, & antepenultima syllaba. Vltima, vt Scróbs, fróns, stírps: nam omnes monosyllabæ dictiones inter vltimas syllabas numerantur. Penultima: vt Lúpus, ágnus, cúrro, vólo. Antepenultima: vt Dóminus, Cícero, Telémachus, Neoptolemus. *Acutus accentus.*

Grauis accentus. Grauis, quo syllaba grauiter, hoc est, absque aliqua vocis eleuatione aut mora enunciatur, vt duæ postremæ à Dómi-nus, vbi quidem Do acuta est, cæteræ graues omnes. Figuratur autem hoc signo `, vt Falsò, benè, certò.

Circunflexus accentus. Circunflexus, quo syllaba & attollitur pariter, & demittitur: vt prior à rôre. Et notatur hoc signo ^. Ex acuto nẽpe & graui compositus est & vtriusque naturam seruat, hoc est, cum mora quadam effertur. Atque hæc propria huius toni vis est. Sed vt hodie pronunciamus, nihil inter acutũ & circunflexum interesse videas. Eodem enim tono Sacérdos, & Homérus efferuntur, quorum alterum mediam naturâ acutam, alterum circunflexam habet. Huius sedes sunt, vltima & penultima. Vltima: vt in Rôs, Môs, Dôs, Aliâs, Ergô, & similibus. Penultima: vt in Pêtra, Lêua, Sperâre, Amâre.

Vnaquæque dictio vnum tantùm habet accentum. Habet autem quælibet dictio vnum tantùm accentum, qui notetur: hoc est, vnam tantùm syllabam acutam, vel circunflexam: cæteræ omnes grauantur, prætorquàm si quæ ex Enclisi acuuntur, de quibus posteà dicetur.

Notarum accentuum vsus. Huiusmodi notulis Græci passim vtuntur, rarò Latini, nisi sicubi hæreri possit, vt accentuum principalis sit locus: vel quia anceps sit dictio, vt vna nomen, vnà aduerbium: plane nomen, planè aduerbium a, e, vocales literæ, à, è, præpositiones: quòd extra notam accentus, nomen: cum accentus nota, coniunctio. Vel quia sit ita, vt tametsi in promptu sit videre germanum accentum, tamen cum plerunque non nisi exercitatus statim videat, vt Scripsêrunt, non Scripsérunt. Rursum, Scripsére, non Scripsêre: cùm prolatione nihil hæc interesse videantur, saltem vt hodie proferimus.

Quomodo fiant accentus. Accentus autem ita fiunt. Nam cùm proferre volumus dictionem quamlibet, in ea attollere solemus certam quãdam syllabam: atque ita fit accentus aut acutus, aut circunflexus: & reliquas deprimimus, id est, æquabili sono, ac velut vno vocis tenore proferimus. At hoc ipsum est grauis accentus.

Differentia inter acutum & circunflexum accentum. Differunt quidem ipsa re acutus & circunflexus, ac diuersæ sunt naturæ: sed hoc nos quidem sono & voce non internoscimus: vtrobique enim syllabam pronunciando attollimus. Porrò acutus & circunflexus, sunt principales accentus, vt de illis tantùm laborandum sit. Sed hoc apertiùs interpretari libet.

Quotquot syllabæ sunt in dictione, vna tantùm attolitur, id est, vt nũc accipimus) acuto aut circũflexo accentu effer-

tur: reliquæ omnes syllabæ grauantur, seu demittuntur, etiã si mille essent: vt grauis accentus iure dicatur syllabicus, quod fit in omni syllaba dictionis, prætérquàm in illa vna, quæ attollitur: vt Grationopolitanôrum. Itaque cùm de accentu cuiuspiam dictionis loquimur, tantùm de horum altero, qui sunt eximij, hoc est, de acuto aut circumflexo intelligimus: vnde de his tantùm præcipi solet. Nam grauis nihil habet quod regulis agere possit.

Accentuum autem eiusmodi vt tibi ratio constet, priùs noscende penitus, ac memoriter complectenda est syllabaria quantitas. Nam apud Latinos pendet accentus pręsertim ex penultimæ syllabæ seu tempore, seu quantitate: id quod è sequentibus regulis colligere facilè licebit. *Accentuum regula.*

Omnis dictio monosyllaba naturâ breuis, licet positione producatur, acuitur: vt Súm, és, est núx, níx, fáx, qui tamen acutus accẽtus, in contextu orationis in grauem cõuertitur. *Dictionis mono syllaba ac[centus].*

Monosyllaba dictio naturâ producta, circunflectitur: vt Dôs, rôs, spês, rês. At vbi eam naturà produci constiterit ad acutum confugiendum. Nunquam enim circunflexus ponitur super syllabam naturâ breuem, aut tantùm positione productam, id est, quæ nisi obstaret positio, breuis esset.

Hodie tamẽ quotquot sunt voces monosyllabæ, in textu graui sono vbique efferũtur, siue eadem syllaba longa, siue breuis sit. Quod non lege aut ratione fit, sed consuetudine. *Dictionis dissyllabæ accentus.*

Quæ verò dissyllabæ sunt, priore syllaba eleuata ferè proferuntur: vt Lúpus, ánnus, pánis, &c. Quod ipsum quoque consuetudine magis fit, quàm ratione. Nam in iis quæ priorem naturâ longam, sequente breui habent, eadem circumflecti ex lege debebat: vt Mâter, Rôma. Sed, vt suprà monui, quoniam circũflexi pronunciatio & acuti apud nos cõfundi tur, vnus vtrobiq; tonus seruatur. Exceptis paucis quibusdã in quib⁹ differẽtiæ vel cõcisionis causa, vltima eleuatur: vt sunt Ponè, penè, intrà, ergò, illic, istic, & id genus aliæ.

Polysyllabarum alia paulò ratio est, eaque tota ex penultimæ quantitate apud Latinos pendet. Nam perinde vt illa longa vel breuis fuerit, ita in eadem, vel in antepenultima tonus erit. *Dictionis pollysyllabæ accẽtus.*

Acuunt igitur antepenultimam, quæcunque penultimam breue habent: vt Dóminus, símilis óptimus, péssimus, mulíeris, scatebra, vólucris. Exceptis Græcis, ac peregrinis quibusdam, in quibus proprius suæ gentis ac linguæ tonus ple- *Quæ acuunt antepenultimam.*

rũque ſeruatur: vt ſunt Philoſophía, Theología, Matthías, Helías, & ſimilia. Non Latinè id quidem, ſed tamen citra reprehenſionem.

Circunfle&ctilde;ctũt penultimam. Quæ verò penultimam producũt, & vltimam corripiunt, circunflectunt penultimam: vt Românus, Homêrus, Amârus, Serênus, Equitâre, &c. Sin poſitione longã habeant, aut naturâ longam longa altera ſequatur, eandem acuunt: vt Sacérdos, Mecœnas, Auérnus, Extérnus, Poténtes, Amauérũt, &c. Nunquã enim longa ante longam circunflectitur. Quãquam (vt iam ſuperiùs monui) ita nunc vulgò pronunciamus, vt inter acutum & circunflexum nullam differentiam agnoſcas, eadémque eleuatio vtrobique ſeruetur.

EXCEPTIONES.

Sex exceptiones à præmiſſis regulis. Ab his canonibus exceptiones ſunt numerò ſex. Prima. Interrogatio accentum mutat, quia vltima interrogationis ſemper acuitur: vt, Egoné? Quis furór? ô ciués?

1. 2. Secunda. Diſtinctionis & differentiæ gratia mutatur accentus, quemadmodum ſuprà tetigimus: vt Vná aduerbium vltimam acuit, ne videatur eſſe nomen. Sic Poné præpoſitio vel aduerbium. Sic Eó, aliquó, illó, falſó, ſeduló, repenté, palám, forté, cá aliquá, &c. vltimam acuunt, dũ aduerbia ſunt, ne putentur eſſe nomina, vel verba, vel pronomina, vel participia.

3. Tertia. Conciſio accentum mutat: ideò nomina tertiæ in as, quæ in atis olim deſinebant, vltimam circunflectũt, olim penultimam, Aquinâs, Arpinâs, Noſtrâs, Cuiâs. Olim enim dicebant Cuiâtis, pro Cuiâs. Conciſa ſunt quoque Donêc, pro Donècum, quod in Plauto legitur: Adhûc, ilhûc, iſthûc, ſ,hic &c. Dîc, duc, fâc pro adhucce, ilhucce, &c. Dice, duce, face. &c. Item Petît pro petiuit: fumât, pro fumâuit.

4. Quarta. Accentum tranſpoſitio mutat, veluti omnes præpoſitionum coniunctionúmque ſyllabæ, dum præponũtur, grauantur: vt Dè quare. Poſtpoſitæ autem acuuntur: vt Quadé re. Sunt & voces quædam Encliticæ, vt Cum præpoſitio, que, ne, ve, quæ præcedentẽ ſyllabam acuunt: ſic vtique dictæ, quòd tonũ ſuum in præcedentis verbi vltimam reiiciãt, *Voces encliticæ.* eámque ſuper ſe inclinent: vt apud Virgiliũ, Vocémque, coloréṁque. Et, Moliríve motã. Item, Hominémve, deúmve. Sic. Quícum, mécum. In quibus omnibus duplex accentus eſt: alter propri' dictionis, alter encliſeos ratione additus, &

velut in tergum encliticæ reiectus. Ad quod exemplum etiam, Vbique & pleráque vulgò, acuta penultima proferuntur: tametsi in his Quæ separata non sit, neque etiam potestatem suam retineat.

Quinta. Compositio quandoque accẽtum variat, vt compositio noscatur esse, non oratio. Itaque hæc exceptio particula est secundæ exceptionis. Vnde tertia à fine acuitur in sequentibus, Súbinde, éxinde, déinde, próinde, périnde, alíquando, néquando, húcusque, álõge, délõge, déinceps, dúntaxat, sinístrorsum, deórsum, quápropter, enímuero, quínimo, nímirum, nihilóminus pro tamẽ, paulóminus pro ferè, quómodo pro quáliter, ínsuper, désuper, intérea, póstea, verúntamen, háctenus, quátenus. Vbi autem diuersę essent dictiones, diuersos haberent accentus. 5.

Sexta. Idioma, id est, linguæ proprietas accentum mutat cùm vnaquæque lingua habeat accẽtum sibi peculiarem ac proprium. Nam secundum Latinorum regulas ἄνθρωπος & ἄπαρος penultimam acuerent, quia producitur: hanc tamen apud Græcos grauem habent, acuta antepenultima. Item & Paracletus, contra vsum linguæ nostræ, in antepenultima habet accentum, quum penultima eius sit longa: vt fit in Agapetus & eléeson, quæ Græcè per η scribuntur. Ex his patet, in Græcis accentum quantitati plerumque esse contrarium. Sed de his hactenus. 6.

Cæterùm in vniuersum illud pueri admoneri debẽt, haudquaquam idem esse accentum & quantitatem. Neque statim syllabam eam lõguam esse, quæ accentu acuto profertur. Vt prima in Dóminus acuitur, non quia longa est, sed ex regula tonorum: quoniam dictio ipsa polysyllaba existens, penultimam breuem habet. Quo pacto & de Græcis, ceu sunt Sophía, Theología, & similibus aliis iudicandum. *Accentus & quantitas, non idem sunt.*

DE RESPIRATIONE EX RIVIO.

Hactenus de ea parte, quam Lexiphoniã vocari diximus, satis est tractatum: restat nunc vt de Respiratione pauca dicamus, antequam tempora seu quantitatem syllabarum aggrediamur. Itaque diligenter non solùm temporum & accẽtuum in singulis syllabis moderatio: verumetiam in commatibus, colis, & periodis, obseruãdæ sunt morulæ (vt sic dicam) respirationum, quæ tradi præceptis & arte vix possunt.

Ac primùm quidem breuissima est in media distinctione respiratio, prolixius in subdistinctione interuallum: longis- *Quomodo fieri debet respiratio.*

ſima in fine clauſulæ & periodi, mora. Neque interim æqualia ſunt omnium commatū interualla, nec æquales ſemper membrorum aut periodorum reſpirationes. Quoties enim commata ſingulis verbis conſtant congerie diſſoluta, minimum eſt omninò interponēdum moræ: vt, It, lauit, redit. Et Dum ætas, metus, magiſter prohibebant. Hæc ſi vno ſpiritu continenter pronuncies, gratiam omnem perdent.

In commatibus reſpiratio.

Sin complurbus verbis commata conſtent, plus interponendum eſt moræ: vt, Gere morem parenti, pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legibus. Cicero pro Sext. Roſcio, Par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Idē pro L. Murena, Qua in legatione duxit exercitum, ſigna contulit, manum conſeruit, magnas copias hoſtium fudit, vrbes partim vi, partim obſidione cepit.

In anthypophoris & ſubiectionibus, quum prius comma præponitur velut à percontante, & poſterius ſubiicitur velut a reſpondente, paulò longiùs interiici debet reſpirandi ſpatium, atque interuallum: vt, Domus tibi deerat? At habebas. Pecunia ſuperabat? At egebas.

In membris reſpiratio.

In membris quoque ſilentij mora eſt interponēda prolixior: vt, Minimè mirum id quidem. Nam efficit hoc Philoſophia, medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Hìc æqualis eſt in omnibus membris reſpiratio: niſi quis commata eſſe malit.

Nonnunquā inæqualis eſt: vt, Tantus eſt enim ſplendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & conſilij dignitas: vt hæc à virtute donata, cætera à fortuna accommodata eſſe videantur. Hic ſecundum membrum ſilentium requirit paulò longius, hoc eſt, ante particulam Vt.

In diſtinctionibus reſpiratio.

Iam in ipſis etiam dictionibus (vt rectè monuit Fabius) tempus aliàs breuius, aliàs longius dabimus. Intereſt enim ſermonē finiat, an ſenſum: vt apud Virgil. Lauináque venit littora. Hic diſtinctio eſt, quia hinc iā alius incipit ſenſus. Verùm hanc diſtinctionem protinus altero ſpiritus initio inſequaris neceſſe eſt. Multum ille & terris iactatus & alto: quæque ſequuntur. Cæterùm cùm illuc veneris, Atque altæ mœnia Romæ: iam ſpiritum depones, & moraberis, ac nouum rurſus exordium facies. Muſa mihi cauſas memora.

Hypodiaſtole, ſubdiuiſio.

In illo autem eiuſdē poëtæ, Arma virúmque cano: prima diſtinctio Arma, per hypodiaſtolē eſt à ſequentibus diſtinguenda: propterea quòd quum virum referri oporteat ad ſequentia

quẽtia, Troiæ qui primus ab oris, breuissimo interspirationis quasi momento punctóque monendus sit auditor, sic vt minimum temporis accedat silentio, minimũ decedat breui syllabæ quod silentio addatur.

Latinè di-tur, estque semicirculus quo dictiones inter se diuidimus, hoc modo.

Testatur Fabius esse aliquando & sine respiratione moras quasdam, vt in illo Ciceronis: In cœtu verò populi Romani negotium publicum gerens, magister equitum, &c. Sed & spiritũ interim recipere (inquit) sine intellectu moræ necesse est, quo loco quasi surripiendus est. Alioqui si inscitè recipiatur, non minus affert obscuritatis, quàm vitiosa distinctio.

Mora quadã sine respiratione.

Parenthesis non solùm respiratiuncula, sed & voce paulò depressiore à contextu orationis separanda est: vt, Hos illi (quod nec benè vertat) mittimus hœdos. Sic & aliâs ferè, quum particulã interserimus à sensu diuulsam: vt, Quid tu (malum) curas, vtrum coctum ego an crudum edam? Nã hîc malum, quoniam stomachantis vox est, pérque parenthesin orationi suauiter inseritur, leui est summissione vocis distinguendum, ídque cum morula, sed breuissima. Idem fit etiam post vocandi casum: vt, Tityre, tu patulæ, &c.

Parenthesis. respiratio.

Iam & illud obseruandum (quod diligenter annotauit Erasmus) voces quasdam esse, quæ se nullo silẽtio interposito patiuntur coniungi: vt, Cùm primis, homo prædiues, oratio benè lõga, vir malè sanus, quasi compositæ sint. Rursus alias non pati: Vt Vxor iussit, suo nomine tibi salutẽ dicerem: vbi quidem Vxor à verbo Iussit, tenui discrimine separari debet, vt Iussit à pronomine Suo, cùm propter comma, tum ob inamœnum concursum consonantium; Illud enim, Suo nomine, probè cohæret.

Voces quædam sunt, quæ nullo silentio interposito se coniungi patiuntur.

Quum dico, Rex, Xerxes, inter hæc duo, distinctio ferè duo requirit tempora, propter concursum duplicis geminatæ. Sic & in illo, Indecens structura, vindex scelerũ, aliísque similibus: vt, Stant tristes, &, Declarant studium in nos suum. Et apud Ouidium, Percutiens stamina telæ: cùm ob consonantes in eandem coëuntes, tum propter sequentem syllabam, quæ, excipit difficiliorem. Diutius enim sonant, Stant tristes, plúsque moræ interponitur, quàm in Distringunt enses, Stant acies. Diutius item, Distringunt gladios, quàm enses. Sed de his hucusque. Nunc ad tempora & quantitates syllabarum veniendum.

Concursus duplicis literæ geminatæ, facit vt distinctio duo [illegible] requi-ra[illegible]ora.

DE TEMPORIBVS, SEV QVANTITATE SYLLABARVM.

Syllabarum partitio triplex. *Breues.*

SYllabarum aliæ breues, aliæ longæ, aliæ ancipites sunt. Breues sunt, quibus attribuitur tempus, quod breue vocant, siue simplex: insigniuntúrque hac notula, ˘ quæ indicat breuem esse syllabam, supra quam locatur: vt *Per, in, es, Deus,* &c.

Longa.

Longæ sunt, quibus attribuitur tempus lōgum, siue geminum: longa enim syllaba duo tempora cōtinet, in cuius nimirum quantitate, tantum temporis consumitur, quantum in duarum breuium. Notantur autē hoc accētu ¯, quo supra vocalem posito, ipsam productam esse commonstratur: vt *Stirps, mōs, rōs, rēgula*: vel sic circunflexo accentu, *rêgula.*

Ancipites.

Ancipites sunt, quæ nunc pro breuibus, nunc pro longis vsurpantur, vt priores in Atlas, Cygnus, & similibus.

Tempus quid.

Est autem Tempus, debita pronunciandi mora, vt ea quę minima atque breuissima in scansione metrorum sentitur. Cui simile nōnihil habet & mensura musicorum, quam vocant. Nam & illi vocibus aliis singulas, aliis binas, aut ternas mensuras tribuunt.

Duobus modis syllabarum quantitas cognoscitur.

Cognoscitur autem syllabarum quantitas, vel exemplis, vel regulis. Exempla à Poetis sumuntur: quorum collatione potissimum refert eas syllabas cognoscere, quæ aliàs sub regulas generales non cadunt. Regulæ autē variæ ac multæ sunt: ex quibus Despauterius, quæ communes ac generales potissimùm sunt, ordine recenset. Et quas quàm poterimus breuissimis cōmentariis ex eruditissimis quibúsque Grammaticis selectis, & huc ferè ad verbum trāspositis, explicabimus: vbi primùm de pedibus, & aliquot carminum generibus dixerimus. Speciales autē regulas ex Maturino Corderio, qui eas ex Despauterio in carmen redegit, petes.

DE PEDIBVS CARMINVM.

Pes quid, & cur sic dicatur.

Itaque ex complexione syllabarum pedes fiunt. Est autē Pes, certa syllabarum constitutio, sic dictus, quòd quemadmodum pedibus ambulamus, ita carmina quibusdam quasi pedibus incedere videantur: vel quòd per eos velut scalarū gradus, carmina scandamus.

Pedum diuisio duplex.

Pedum alij simplices, alij compositi sunt. Simplices sunt duodecim, dissyllabi quatuor, trisyllabi octo.

PEDES DISSYLLABI. 4.

Spondæus, constans ex duabus longis, vt Fōrnāx.
Pyrrhichius, ex duabus breuibus, vt Dĕŭs.
Trochæus, ex longa & breui, vt Pānĭs.
Iambus, ex breui & longa, vt Dŏcēs.

TRISYLLABI. 8.

Molossus, ex tribus longis, vt Mēcœnās.
Tribrachus, ex tribus breuibus, vt Dŏmĭnŭs.
Dactylus, ex longa, & duabus breuibus, vt Scrībĭtĕ.
Anapæstus, ex duabus breuibus, & longa, vt pĭĕtās.
Bacchius, ex breui & duabus longis, vt Hŏnēstās.
Antibacchius, ex duabus longis & breui, vt Aūdītĕ.
Amphimacer, ex breui inter duas longas, vt Trīnĭtās.
Amphibrachus, ex longa inter duas breues, vt Vĕnītĕ.

COMPOSITI. 16

Dispondæus, ex duobus spondæis, vt Mēcœnātēs.
Proceleusmaticus, ex duobus pyrrhichiis, vt ăĭĕtĕ.
Dichoreus siue ditrochæus, ex duobus trochæis, vt cāntĭlēnă.
Choriambus, ex trochæo & iambo, vt nōbĭlĭtās.
Antipæstus, ex iambo & trochæo, vt ămātōtĕ.
Diiambus, ex duobus iambis, vt prŏpīnquĭtās.
Peon primus, ex trochæo & pyrrhichio, vt mūltĭnŏdŭs.
Peon secundus, ex iambo & pyrrhichio, vt cŏlōnĭă.
Peon tertius, ex pyrrhichio, & trochæo, vt ăbĕnŭs.
Peon quartus, ex pyrrhichio & iambo, vt cĕlĕrĭtās.
Epitritus primus, ex iambo & spondæo, vt amāuērūnt.
Epitritus secundus, ex trochæo & spondæo, vt cāntĭlēnē.
Epitritus tertius, ex spondæo & iambo, vt discōrdiæ.
Epitritus quartus, ex spondæo & trochæo, vt audīuissĕs.
Ionicus à maiori, ex spondæo & pyrrhichio, vt prælĕ ŏnĭŭm.
Ionicus à minore, ex pyrrhichio & spondæo, vt dĭŏmēdēs.
Ex his igitur inter se certa lege iunctis, versus omnis generis fiunt.

DE VERSV SEV METRO.

Est autē Versus (quod & metrum Græcis dicitur, & carmē Latinis) legitima pedū cōpositio. Vel oratio strictiori pedū lege coërcita, ornatissimum dicendi genus. Sic dictus, quòd tādiu verti debeat, quoad rectè cōstituatur: vel quia vno versu finito, ad principiū alterius reuertamur. Metrū verò Latinis mensura appellatur. Carmen autem à canēdo dicitur, quòd sit aptum cātibus. Non quòd lenocinio vocis cantanda sint carmina, sed quadam cum grauitate pronuncianda. *Versus, quid & vnde dicitur.* *Metrum.* *Carmen.*

Carmen propriè dicitur totum poëma, vt tota Aeneis, tota Elegia, totum Epigramma. Aliquando etiam vnicus est versus: vt Virgil. Aeneid. 5. Et rem carmine signo. Aeneas hæc de Danais victoribus arma.

Carmen quid propriè significet.

Horum hîc Despauterius genera aliquot subiicit, ea videlicet, quæ & communiora sunt, & in vsu apud poëtas frequentiori: quò pueri & compositionem illorum videant, & hinc initium facientes, ipsi quoque eodem scribendi genere sese exerceant.

Vtilitas ex consuetudine scribendorum carminum.

Multas autem habet vtilitates consuetudo scribendi carmen. Magnam enim copiam verborum & figurarum, & quandam etiam sublimitatem (vt Quintilianus appellat) orationi solutæ adfert. Neque potest fieri, vt amissa exercitatione scribendorum versuum, tolerabiliter scribamus orationem solutam. Atque eius rei plures sunt Causæ, quàm vt hîc recitari possint. Adigant igitur præceptores pueritiam ad hãc exercitationem summa cura. Statim enim pueri innumerabiles vtilitates sentient se inde percipere.

DE VERSV HEXAMETRO.

Hexámetrum senis carmen pédibus sit, & vsque
Dáctylus est quintus: sextam sibi vult regiônem
Spondæus: reliquísque locis vtérlibet horum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Carmen hexametrum (versus à Grammaticis senarius vel hexameter appellatus) *que le carme hexametre.*
Sit senis pedibus (metiatur ac decurrat vel cõstet sex pedibus) *ait six pieds.*
Et vsque (semper) *& tousiours.*
Dactylus est quintus (in quinta sede locatur) *ce pied nommé Dactyle, qui consiste de trois syllabes, dont la premiere est longue, & les deux derniers sont brefues, est mis & colloqué au cinquiesme lieu de la distinction des pieds en le scandant.*
Spondæus (hic pes duabus syllabis longis constans) *ce pied qui consiste de deux syllabes longues.*

Regula general.

Vult sibi sextam regionem (cupit habere sextum locum in scansione) *veult auoir le sixiesme lieu en la scansion.*

Reliquisque locis, *& aux autres lieux, comme au premier, second, tiers, & quart.*

Vtelibet horum (ponatur sup. vel sit dactylus vel spondæus sine discrimine) *soit mis l'vn ou l'autre de ces deux pieds indifferemment, ou le Dactyle, ou le Spondee.*

Carmen hexametrum sic dicitur, quòd sex pedibus decurrat: numero quidem sex, genere verò duobus tantùm Spondæo, & Dactylo. Nam primis quatuor sedibus, dactylum aut spondæum indifferenter recipit: quinta regione, dactylũ tantùm: sexta spondæum: vt, Musa mihi causas memora, quo numine læso. Scande, id est, distingue pedes, seu metire carmen, *Mūsă mĭ.* Dactyl. *hī caū.* Spond. *sās mĕmŏ,* Dactyl, *rā quō,* Spond. *nūmĭnĕ,* Dact. *læso.* Spond. *Hexametrum quare sic dictũ.* *Scandere quid.*

Dicitur autem hexametrum, ab hex, id est, sex, & metrum, id est mensura: quia sex pedum ictibus ipsum metimur. Latinè carmen senarium, vel versus senarius dicitur. Appellarunt & Heroicum, quòd eo genere gesta & virtutes heroũ, hoc est, regum ducûmque fortia facta conscripta sint. *Hexametrum vnde dictum.* *Carmen senarium Heroicũ.*

DE PEDIBVS NOTHIS *in Hexametro.*

Hæc te legîtimè dócui: nam sæpè poëtæ
Ipsa minus seruăt, Tu quanta licéntia, cautus,
Est permíssa, vide, ne quándo túrpiter erres.
Nanque rei gráuitas, quinta in regiône locâuit
Spondæum: véluti, Magnum Iouis increméntum.

Dátque pedes álios Maro: tu puer élige legem.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Docui te hæc (nempè quod hexametrum carmen duobus tantùm pedibus constat & decurrit, nimirum Dactylo & spondæo.)

Legitimè, ex heroici versus lege) *selon que requiert la loy & composition du carme heroique, ou hexametre.*

Nam pöëtæ sæpè ipsa minus seruant (id est, intexunt aliquando senario versui alios pedes nothos, hoc est, illegitimos, poetica quadam licentia) *ne gardent pas tousiours ceste regle: mais par une licence poetique, admettent quelquefois autres pieds illegitimes en la composition du carme hexametre, oultre le Dactyle, & Spondee, comme l'Anapeste, & le Proceleusmatique.*

Tu cautus vide (tu prudens diligenter perpende, cùm condere carmen volueris) *mais toy prudent & aduisé, voy & considere diligemment, quand tu voudras faire un carme.*

Quanta licentia est permissa (tibi supple, quæ vix etiam in magnis operibus eorum poëtarum, qui extra omnem inuidiæ aleam positi sunt, excusatur) *quelle licence te peult estre permise, laquelle mesme ne peult estre bonnement excusee es gands œuures des plus approuuez & excellens autheurs.*

Ne quando turpiter erres (ne per hanc, quam tibi permissam falsò putas poeticam licentiam, fœdè labaris) *que tu ne sois vilainement trompé par ceste licence poetique, que tu estimes faulsement t'estre licite & permise.*

Regula general.

Namque rei grauitas (quia vbi maiestas quædam rei alicuius, aut mœror, aut languor significatur) *car la grauité ou maiesté, lamentation ou langueur de la chose qu'on veult descrire.*

Locauit spondæum in quinta regione, effecit aliquando, vt probi authores in quinta sede spondæum præter legem hexametri posuerint, *a fait que quelquefois bons autheurs ayẽt mis un spondee au cinquiesme lieu du carme hexametre, contre la loy d'iceluy.*

Veluti, Magnum Iouis incrementum, *comme il appert par c'est exemple prins de Virgile, ou au cinquiesme siege est mis un spondee au lieu d'un Dactyle.*

Datque pedes alios Maro, Virgilius aliis pedibus in diuersis locis hexametri vtitur. Anapæsto videlicet, Dactylo & Proceleusmatico, *Virgile en diuers lieux du carme hexametre vse d'autres pieds, comme de l'Anapeste au premier, & du Proceleusmatique au premier & cinquiesme, & du Dactyle au sixiesme sieges.*

Tu puer elige legem, legitimam videlicet, artis componendorum versuum. *mais toy enfant, qui apprens à composer carmes ne suy point la licence poetique, ains la legitime & droicte loy de l'art des Grammairiens.*

Heroici versus pedes legitimi, id est, ex carminis lege debiti, sunt tātùm, vt iam diximus, dactylus & spondæus. Admittuntur tamen nothi, id est, illegitimi per poëticam licētiam, quam cauebis, quia rara occurrit: nec nisi in magnis operibus eorum poëtarum, qui extra omnem inuidiæ aleā positi sunt. *Versus hexametri pedes legitimi.*

Poëtæ itaque in quinta regione sæpè spondæum locant, ídque vbi rei grauitas & maiestas significatur, aut mœror & languor, tamē id rarò est faciendum. Virgil. Chara deûm soboles, magnum Iouis incremētum. Idem, Tun'ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ? Idem, Sic costam longo subduximus Apen-nino. Et iterum de Sinone, maximam tristitiam languorémque simulante, Constitit, atque oculis Phrygia agmina circum-spexit. Sed pro hac figura, velim in quarta regione dactylum esse. Hi versus Spondaici dicuntur. *Spondæus in quinta regione.*

Quādoque sexto loco est dactylus, sed vix, nisi hypermeter locum habeat. Hypermeter autem versus vna syllaba abundans dicitur. Virgilius, At tuba terribilem sonitum procul-excitat *hŏrrĭdă*. Ob eam rem tales versus Dactylici appellantur. *Dactylus in sexta sede.*

Reperiūtur & alij peregrini pedes in diuersis locis hexametri: vt Anapæstus in prima regione apud Virgilium, *Flŭuĭōrum* rex Eridanus, campósque per omnes. *Anapæstus in prima regione.*

Vsi sunt poetæ in eadem regione & Proceleusmatico pede: vt, *Genuă lăbant*. Et, *Arĭetăt* in Canthum. Quo pede Virgilius etiā alia in regione vsus est: vt, Tytire pascētes à flumine *reĭce căpellas*. Sed vterque locus aliter excusari potest. Vnde docet Seruius proceleusmaticū apud Virgil. verti in dactylum per Synæresin, quasi i, vel u vocalis, fiat cōsonās. Est autem Synæresis, duarum syllabarum in vnam propter versum contractio. *Proceleusmaticus in prima regione.* *Synæresis.*

In principio quoque tertiæ regionis, prima syllaba, tum in Hexametro, tum Pentametro, solet nonnunquam breuis esse: sed ita, si sit finis dictionis, id quod Grammatici vocant cæsuram: vt, Tum canit agricola, magna cùm venerit vrbe. Et, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. *Prima syllaba principij tertiæ regionis breuis in Hexametro & Pentametro.*

Idem fit & in principio secundæ regionis, & quartæ, sed rariùs: vt, Limináque Laurúsque dei. Et, Furiis agitatus amor & cōscia virtus. Sed de hac cæsura latius infrà dicetur.

DE VLTIMA ANCIPITI
cuiuſlibet verſus.

Vltima cuiúſque eſt commûnis ſyllaba verſus:
Ne credas eſſe in ſexta regiône trochæum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Vltima ſyllaba cuiuſque verſus, *la derniere ſyllabe d'vn chacun carme.*
- Eſt communis (eſt anceps & indifferens, hoc eſt, longa vel breuis) *eſt indifferente, c'eſt a dire, qu'on la peult indifferemmẽt prendre, ou brefue, ou longue, ſelon le genre du carme.*
- Ne dicas eſſe trochæum in ſexta regione (ſexto loco, vel ſede verſus hexametri) *afin qu'eſtant* [illegible] *tu ne dies, que ce ſoit au ſixieſme pied de l'hexametre vn Trochee, qui conſiſte de deux ſyllabes, dont la premiere eſt longue, & la ſeconde brefue.*

Vltima ſyllaba cuiuſcunque verſus eſt anceps. Quare ſi per ſe aliquando breuis ſit, non ideò tamen trochæus erit, ſed ſpondæus.

Regio hic quid ſignificet. Eſt autem hìc annotãdum, regiones pro pedum metricorum locis siue ſedibus accipi.

DE PENTEMIMERI.

Per pentemímerim, breuis eſt prodúcta licénter.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

- Breuis (ſyllaba ſup.) *vne ſyllabe brefue.*
- Producta eſt (pro longa nonnunquam ponitur) *eſt à quelquefois miſe en carme pour vne longue.*
- Licenter (licentia potius quàm arte) *d'vne licence poetique pluſtoſt que d'art.*
- Per pentemimerim (per cæſuram & ſemiquinariam partitionem) *par vne partition ou diuiſion d'vne diction en deux, qui ſe fait toutes & quantes fois qu'vn pied de carme ne termine pas la diction: mais c'eſt vne ſyllabe en le ſcandant, comme* arma vi, *ou il demeure ceſte ſyllabe* rum, &c.

Pentemimeris, vel pēthemimeris, species est cæsuræ, dicta quasi semiquinaria partitio. Cæsura autem nomen habet à cædendo, quasi incisura. Qua voce Plinius vtitur lib. 17. ca. 20. & Lucretius lib. 4. Videtur enim cæsura veluti incidere, secare, diuideréque versum, quoties scilicet pes metricus nō terminat dictionē, sed superest syllaba vna: vt Arma virum vbi *ărmă vĭ*, dactylus est, Remanet autem syllaba, *rum*, quæ velut à suo corpore cæsa & diuisa, in sequentem pedem reiicitur. Et est ornamentum versus. Neque enim satis elegans & ornatus iudicatur versus ille, vbi nulla est cæsura. Quæ si post duos pedes fiat, Pentemimeris dicitur, quasi dimidiū quinque pedū. Si post tres, Heptemimeris vocatur, hoc est, semiseptenaria incisio: quoniam dimidiū septē pedum est. Si verò post primum pedem continget, Hemipentemimeris appellatur, quæ tres in hoc carmine Virgilij cernuntur, Siluestrem tenui musam meditatis auena.

Pentemimeris quid.

Cæsura vnde dicta.

Cæsura ornamentum versus.

In his locis syllaba breuis pro longa nonnunquam ponitur quemadmodum suprà dictum est, propter cæsuram: sed in pentemimeri rarò, in heptemimeri rariùs, in hemipentemimeri omnium rarissimè: nam id potiùs licentia, quàm arte fit.

Syllaba breuis pro longa aliquando posita propter cæsuram.

Hæc ergo obseruatio de pētemimeri non tam lex, quàm admonitio, quid veteres licenter vsurparint, censeri debet.

Desinit autem pulchrè in trisyllabam, nec malè in dissyllabam, durius autē in tetrasyllabam pentasyllabámque dictionē, durissimè verò in monosyllabam, nisi enclitica sit, aut animalis nomen, aut nisi monosyllaba præcedat: vt, Et Troës, & Arcades hîc sunt. Et, Procumbit humi bos, &c.

Pentemimeris desinentia qualis.

DE CARMINE PENTAMETRO.

Pentámetrum vult quinque pedes: pes tértius esto
Semper spondæus: quartus, quintúsque anapæstus:
In réliquis spondæus erit, vel dáctylus, vt vis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Pentametrum (hoc genus numeri) *le carme appellé Pentametre.*
Vult quinque pedes (quinque pedibus conficitur) *veult auoir cinq pieds, & dont il est ainsi nommé, à* pente, *diction Grecque qui signifie cinq, &* metrum, *qui signifie mensura.*
Pes tertius esto semper spondæus, *que le troisiesme pied soit tousiours vn spondee: car en la composition de ce genre de carme, cela est tousiours necessaire & requis.*

Regula general. Quartus, quintúsque anapæstus (erit sup.) *mais pour le quatriesme & cinquiesme lieu, il fault que ce soit vn Anapeste qui consiste de trois syllabes, dont les deux premieres sont brefues, & la derniere longue.*
In reliquis (regionibus vel sedibus sup.) *aux autres lieux qui sont le premier & le second.*
Spondæus erit, vel dactylus, vt vis (id est, dactylus vel spondæus, sine differentia recipiuntur) *sont indifferemment receu ou le dactyle, ou le spondee.*

Pentameter versus vnde denominatus. Pentametrum carmen à quinque pedibus, quibus cõficitur, denominatũ est: in cuius prima & secunda sede, dactylus & spõdæus sine differentia recipiuntur: tertia spõdæus: quarta & quinta anapæstus. Semper autem adsit pentemimeris, siue cæsura. Inuenitur quidẽ Pẽtametrũ sine cæsura, *Pentemimeris in pentametro necessaria.* sed imitari nullo modo velim. Exemplum. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Sic metire: *Omnĭbŭs*, dactyl. *īnuĭdĕ*, dactyl. *ās lī* spond. *uĭ dĕ nē*, anapæstus, *mŏ tĭbi*, anapæstus.

Scansio per cæsuram. Alij scandendo, post duos primos pedes faciunt cæsurã: quæ tamẽ cum superiore tertiæ regionis computata, pedẽ integrum Spondæum, vel Trochæũ facit: vt, Arte leuis currus, arte regendus amor. Scande in hunc modum. *Artĕ le* dactyl. *uĭs cŭr*, spõd. *rūs*, cæsura, *ārtere*, dactyl. *gēndŭs ă*, dactyl. *mōr*, cæsura.

In hoc metro nihil variatur, sed apud omnes vniforme, & eiusdem rationis componitur. Nisi quòd & hîc post secundum pedem, syllaba quæ dictionem claudit, interdum breuis pro longa ponitur: vt, Et canis arente torreat arua siti. Id autem fit cæsuræ causa.

Pentametri desinentia. Definit verò Pentametrum venustissimè in dictionẽ dissyllabam, nec malè in tetrasyllabã pentasyllabámque: interim etiam in hexasyllabam. Duriter autem in trisyllabam: durissimé in monosyllabam, nisi enclitica sit, quæ ad superioris dictionis substantiam pertinere videtur: aut nisi monosyllaba præcedat. Ouid. 5. Tristium, Præmia si studio cõsequar ista, sat est. Secus tamen à poëtis aliquando factitatum legimus.

Dicitur autem Pentametrum, à pente, id est, quinque, & metro, mensura: quòd quinque mensuris seu pedibus decurrat. Nam si secundo modo id metiaris, quinque nihilominus erunt pedes: nimirum quòd (vt iam diximus) prima cæsura cum secunda computata, vnum pedem efficiant. *Vnde dictum pentametrum.*

Porrò Pentameter versus cum Hexametro iunctus, carmē elegiacum constituit: vnde & Elegia ab ἒ, ἒ, quod heu heu significat, appellatur. Nam hoc genus carminis, miseriis, aliis etiam rebus est accommodum. Et Elegia, lugubre carmen olim significabat. Vnde Horatius in Arte poëtica. *Carmen elegiacum ex Hexametro & Pentametro constatur.*

Versibus impariter iunctis, querimonia primùm,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Huiusmodi est illud Ouidij,

Fortunam reuerenter habe, quicunque repentè
Diues ab exili progrediere loco.

Debet autem Pentametrum cum Hexametro sensum orationis concludere, aut ita suspendere, vt in sequentibus duobus penitus absoluatur. *Pentamétrum cum Hexametro sensum orationis concludere debet.*

Venustissimum denique fuerit pentametrum, si duo epitheta, id est, adiectiua, non turgida, vel inflata, vel affectata, neque eiusdem numeri & casus contineat, quæ duobus substantiuis æquè respondeant: quod tamen necessarium non est: vt; Nec vasa muscosis flumina fusa iugis. *Pentametri venusta.*

DE CARMINE ASCLEPIADEO.

Vult Asclepíadis versus spondæon habére
Princípio: binos hinc ritè capit choriámbos:
Pyrrhíchius séquitur, quo non velócior alter.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Versus Asclepiadis (ab authore seu celebratore poëta sic appellatus) *le carme qu'a inuenté & mis en bruit le poete Asclepiades.*

Vult habere spondæum principiò (id est in prima sede vel loco) *veult auoir en sa composition vn spondee au premier lieu.*

Hinc (id est, in secunda & tertia regione) *par apres au second & troisiesme lieu.*
Ritè capit binos choriambos, admittit legitimè & conuenienter duos choriambos, qui ex trochæo & iambo constant): *reçoit conuenablement deux choriambes, qui consistent d'vn trochee, qui a la premiere syllabe longue, & l'autre brefue: & d'vn iambe qui a la premiere brefue, & la derniere longue.*

Regula general.

Pyrrhichius sequitur (in quarta sede locatur) *ce pied pyrrhochee suyt puis apres, & obtient le quatriesme lieu en la composition de scansion, lequel consiste en deux syllabes brefues.*
Quo non est velocior alter (qui quoniam duabus breuibus syllabis constat, omnium aliorum pedum velocissimum dicitur) *outre lequel entre les autres pieds il n'y en a point de plus leger, à cause qu'il consiste de deux syllabes briefues.*

Asclepiadeum seu Choriambicum.

Asclepiadeum carmen ab authore, seu celèbratore poëta nomen habet. Dicitur & Choriambicum à pedis Choriambi dominio. Habet autem quatuor regiones, seu pedes, in quibus à Latinis dirigitur. Prima regio admittit spondęum, secunda & tertia duos choriambos, quarta pyrrhichium vel iambum: vt, Mecœnas atauis edite regibus. Sic distinguendi sunt pedes, *Mēcœ̄,* spond. *nās ătăuīs,* choriamb. *ēdĭtĕ rē* choriamb. *gĭbŭs,* pyrrhich.

Asclepiadei & pentametri differentia.

Non differt versus Asclepiadeus à pentametro, nisi quòd illud destituitur secunda cæsura, quam tamen hoc habet. Illud item spondæum necessariò in principio desiderat: hoc autem promiscuè spondæum vel dactylum.

De Glyconico carmine.

Vicinum Asclepiadeo Glyconicum est, à Glycone poëta inuentum, quod ferè tres asclepiadeos versus Ecclesiastico more sequitur: decurrítque spondeo, duobus dactylis sequentibus: Vel, vt aliis placet, spondæo, choriambo, & iambo siue pyrrhichio. Exemplum primi modi: Victorum genus optimum. Quod sic scandes, *Vīctō,* spond. *rūm gĕnŭs,* dactyl. *ōptĭmŭm,* dactyl. Exemplum secundi modi: vt, *Sīc tē,* spōd. *dīuă pŏtēns,* choriamb. *Cȳprī,* iamb.

DE CARMINE SAPPHICO.

Quinque pedes Sapphus carmen capit: esse trochæus
Vult primus, quartúsque & quintus: tertius autem

Dáctylus: ipse locum sumes spondæe secúndum.

Hoc carmen, post tres versus, sibi iungit Adônis

Metrum: quod sic fit, spondæum dácty lus ánteit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Carmen Sapphus (quod Sappho puella reperit, & à quo nomen habet) *le carme que la pucelle Sappho a inuenté, & retient son nom d'elle.*

Quinque pedes capit, *reçoit cinq pieds.*

Primus quartusque, & quintus, vult esse trochæus) cuius prima, quarta & quinta sedes, recipit trochæum) *& veult auoir vn trochee au premier, quatriesme, & cinquiesme lieu.*

Tertius autem dactylus (vult sup. esse) *& au troisiesme il reçoit vn dactile.*

Regula general. Ipse spondæe sumes secūdum locum, *mais toy spondee prendras le second lieu en la scansion.*

Hoc carmen post tres versus, *ce carme apres trois vers qui tousiours se suyuent.*

Iungit sibi metrum Adonis (cupit habere carmen Adonicum, ab Adone inuentum) *veult auoir le carme Adonique, ayant sa nomination de celuy qui l'a premierement inuenté, nommé Adonis.*

Quod sic fit (conficitur) *qui se faict à la façon qui s'ensuyt.*

Dactylus anteit spondæum (hoc est, decurrit duobus pedibus dactylo & spondæo, quem tamen spondæum præcedit dactylus) *le dactyle precede le spondee, desquels deux pieds il consiste.*

Sapphicum carmen à Sappho puella, primùm hoc genere apud Græcos vsa, nomen habet. Constat autem regionibus seu pedibus quinque, Trochæo, spondæo, dactylo: & duobus trochæis: vt, Integer vitæ, scelerísque purus, Sic metire, *Intĕ*, trochæ *gĕr vĭ*, spōd. *taēscĕlĕ*, dact. *rīsquĕ*, troch *pūrŭs*. troch. vel spond. — *Sapphicum carmen vnde dictum.*

Hoc carmen circa pentemimerim duriusculum, & penè claudum est, & ferè sensum concludere debet: neutrum tamen authores semper obseruarunt.

Adonicum carmen, ab Adone inuentum, tria Sapphica sequi solet, constátque dactylo & spondæo tantùm: vt Scandere cælum. Sic metiendum est, *Scādĕrĕ*, dact. *cœ̄lūm*, spond. — *Adonicum carmen.*

Sapphicum quomodo scribendum. Quomodo autem scribendum sit Sapphicum, docent exempla. Solent enim tres versiculi coniungi, & subiici Adonicus: vt apud Horatium,

Integer vitæ scelerisque purus,
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.

DE CARMINE PHALEVCIO.

Quum fácies carmen, quod composuísse Phaleûcus
Dícitur, in prima spódæ[9] erit regiône,
Dáctylus inde datur, tríplicẽ cui iunge trochæum.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
Quum facies carmen, quod Phaleucus dicitur composuisse (à Phaleuco authore sic appellatum) *quand tu feras le carme qu'on dit auoir esté composé par Phaleucus.*
Spondæus erit in prima regione, *le spondee en la facture & composition d'iceluy, aura le premier lieu.*
Inde dactylus datur (ponitur, sequitur) *puis s'ensuyt vn dactyle.*
Cui iunge triplicem trochæum, *auquel tu adiousteras trois trochees.*

Phaleucium vnde dictum. Phaleucium carmen à Phaleuco authore appellatum tradunt. Decurrit autem quinque pedibus, spondæo, dactylo, & tribus trochæis: vt, Vitam quæ faciunt beatiorem. Sic scande, *Vītām.* spond. *quæ făci*, dactyl. *ūnt, bĕ*, troch. *ātĭ*, troch. *ōrēm*, troch. vel spond.

Sine autem pentemimeri, mancum est, licet aliter interim licenter reperias.

Hendecasyllabum. Dicitur aliâs Hendecasyllabum, quòd sine Synalœpha, & Ecthlipsi, vndecim est syllabarum.

Iambo & trochæo Catullus vsus est in prima regione: vt *Meis* esse aliquid putare nugas. Et, *arida* modo pumice expolitum.

Græci aliter distinguunt hoc metrũ, vt & præcedens Sapphicum, in tres videlicet regiones, referúntque id genus Antipatheticum. Sed de eo nihil attinet hic disputare.

Sunt autem & alia carminum genera, quorum hic nõ me-

minit Despauterius, vt Alcinamium & Iambicum, de quibus pauca obiter dicemus, reliquorum (vt sunt Comica) nomen ac rationem ex his inspiciendam relinquentes, qui de ea re diffusius conscripserunt.

DE ALCINAMIO CARMINE.

Alcinamium carmen, ab Alcinamo eius inuentore ita nũcupatum, constat spondæo, choriambo, dactylo, & spõdæo: vt, O quàm glorifica luce coruscas. Sic metiendũ est, *ō quām* spond. *glōrĭfĭcā*, choriamb, *lūce cŏ*, dactyl. *rŭscās*, spond. *Alcinamium carmen vnde dictum.*

DE IAMBO CARMINE.

Iambum, ab Iambo pede prædominante dicitur, éstque nomen generis carminis maledici. ἰαμβίζειν enim Græcè, Latinè insectari significat, Archilochus autem, siue huius author fuerit, siue celebrator potius, tãta fuit acerbitate, vt ad laqueum adegerit Lycamben. Vnde Ouidius, Tincta lycambæo sanguine tela madent. *Iambum vnde nominatum.*

Porrò nullius generis carminum tam variæ quàm huius iambici sunt formæ. Sed nos de Senario dicemus, quod alij Trimetrum vocant, quòd bini pedes singula metra, hoc est, mensuras faciẽt. Pedes quos præcipuè recipit, sunt locis imparibus spondæus, in locis paribus iambus. Et quò plus iamborum habet, eò venustior est versus. *De senario Iambico.* *Pedes quos iambus admittit.*

Prima itaque regio admittit spondæum, iambum, dactylum, anapæstum, & tribrachyn. Secunda iambum, rarò anapæstum, rarius spondæum. Tertia spondæum, dactylum, tribrachyn, &c. Quarta iambum admittit, & reliquos, sed duriore compositione. Quinta, spondæum, iambum, dactylũ, tribrachyn. Sexta, iambum. Videmus autẽ alicubi recepisse & alios pedes, sed raro amphimacum, aut bacchios. Huius generis sunt.

Pōē, spond. *tă cūm*, iamb. *prĭmum ă nĭ*, dactyl. *mum ād. scrī*. spond. *bēndum āp*. spond. *pŭlĭt*, iamb.

Id sibi, dactyl. *negō*, iam. *circē*, spond. *didit*, iamb. *sōlūm*, spond. *dări*, iamb. Et *Obsequi*. dactyl. *um ami*, iamb. *cōs uē*, spond. *ritas*, iamb. *ŏ liūm*. anapæst. *părit*, iamb. Item.

Amān, iamb. *tium i*, iamb. *rae amō*, iamb. *ris in*, iamb. *tegrā*, iamb. *tio ēst*, iamb. *Discōr*, spond. *dia*, iamb. *finca*. spond. *riōr*, iamb. *cōncōr*, spond. *dia*, pyrrhich.

Eadem Dimetri ratio quoque est: vt, *Veni*, iamb. *rēdēm*. iamb. *ptōr gēn*. spond. *tiūm*, iamb. *Dimetrum.*

Manūm, iamb. *que mīsē*, tribrach. *riu pōr*, spond. *rigē*, iamb.

Sed de generibus carminum hactenus.

Quatuor figuræ scansioni seruientes. Sunt autem figuræ scansioni potissimùm deseruientes quatuor, Synalœpha, Ecthlipsis, Synęresis, Dięresis: de quibus sunt sequentes regulæ.

DE ECTHLIPSI, ET *Synalœpha.*

M, necat ecthlípsis, ceu vocâlem synalœpha,
Díctio dum sëquitur, quæ à vocáli incipiâtur.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

M, necat Ecthlipsis (Hæc figura, quæ Latinè dicitur detractio, m, necat: id est, elidit & absorbet literam m, vna cum vocali præcedente, in dictionibus finientibus in m,) *ceste figure oste & mange ceste lettre* m, *ensemble auec la voyele qui la precede, es dictions qui finent en* m.

Ceu vocalem Synalœpha (quemadmodum hæc altera figura elidit sup. vocalem) *comme faict ceste autre figure nommee Synalephe, qui oste & mange la voyele.*

Dum sequitur dictio, quæ incipiatur à vocali, *quand il suyt vne diction qui se commence par vne voyele: comme il appert par ces deux exemples,* Multum ille & terris, &c. Non facile est, æqua, &c.

Hiatus fit bifario in carmine. In carmine hiatus vitandus est diligenter. Fit autem bifariã. Primùm, cùm M, in fine vnà cum vocali præcedente eliditur, sequente vocali alia. Hanc detractionem, Ecthlipsim vocant: vt, Audendum est, fortes adiuuat ipsa venus. Scãde, *Aūdēn.* spond. *d'ēst. fōr.* spond. &c. Sic, Multum ille & terris. Scanditur sic, *Mult' il,* spond. *let tēr,* spond. *Ecthlipsis.*

Secundò cùm vocalis in fine, propter vocalẽ in initiõ dictionis sequentis dissimulatur, siue obliteratur: vt, Non facile est æqua commoda mente pati. Nam in scandendo, facil' est, legendam est. Hanc autem detractionem, Synalœpham appellant, quæ Latinè Compressio dici potest. *Synalœpha.*

M non elisa. Aliquando tamen M, non interimitur: vt apud Ennium, Insignita ferè tum millia militum octo.

Veteres etiam elidebãt S: vt, Inter se coiisse viros, & decernere ferro. Vbi in scansione legẽdum, Inter se coiisse vir, & decernere ferro. Et Manilius, Formosós Phœbus geminos, *S interempta apud veteres.*

nos, Cyllenius cancrum. Legitur enim Cyllenium. Item Lucretius, Arboribus veteres decidere falcibus ramos. Debet autem elidi s. in Falcibus, vt fiat dactylus.

Aliquando etiam s absumitur cum vocali præcedenti: vt apud Virgilium. Aut ouium fœtus, aut vrentes culta capellæ: vbi in vrẽtes, eliditur, es, syllaba. *S, absumpta cũ sua vocali.*

Quòd si versus finiatur in m vel in vocalem, & sequens à vocali incipiatur, nulla erit Ecthlipsis, aut Synalœpha: præter quàm in paucis versibus, qui dicuntur Hypermetri. Vbi in versu finito superest vna syllaba, in m, vel in vocalem desinens, quæ à principio alterius versus absumitur: vt apud Virgilium. *Versus Hypermetri, id est, vna syllaba abundantes.*

Sternitur infœlix alieno vulnere, cœlúmque
Aspicit, & terras, &c.

Idem. *Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,*
Aut foliis vndam tepidi despumat aheni.

Nam in fine superioribus versiculis syllaba vna superest, quæ tamen coalescit cum initio sequentis versus qui à vocali incipit.

Ecthlipsis & Synalœpha, duriores sunt in principio versus à monosyllaba incepti: quod tamen poëtæ, non semper refugerunt. Sed tu id vitare stude, quantum potes. Monosyllabæ namque interemptio nunquam bene sonat.

Duriuscula item putatur collisio in quinto pede & anapæstis pentametri: præsertim si sit Ecthlipsis.

Fugiendæ quoque sunt crebræ, nec plures duabus in vno versu ferendæ sunt.

DE VOCALI NON *absumpta.*

Non périmens longam, raró breuiâre poëta
Consuêuit: véluti, Sunt ínsulæ ore canéndæ.
Id mirâre magis: vocâlem nil variâtam

Intérdum cernes : velut, Iónio im-ménso.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Poëta non perimens longã (id est, cùm in carmine poëta non absumit syllabam quæ naturâ longa est) *le poete ne mangeāt point par vne cesure la syllabe qui est longue de nature.*

Consueuit rarò eam breuiare (id est, solet eam aliquando corripere) *a coustume à quelquefois, mais gueres souuent, de la faire brefue: ce qui est plus a noter qu'a imiter.*

Veluti, Sunt insulæ ore canendæ, *comme il appert par ceste exemple tiré de Priscian, ou en ce mot* Insulæ, *la derniere syllabe qui se deuroit manger pour la concurrence des deux voyeles, l'æ & o, ne se mangent point: mais au contraire elle qui de nature est longue par diphthongue demeure & est faite brefue.*

Regula general.

Id mirare magis (ob id quod sequitur maiorem in admirationem adduceris oportet) *il y a bien matiere d'admirer d'auantage ce que s'ensuit.*

Interdum cernes vocalem nil variatam (id est, non perdere suam quantitatem) *on voit à quelquefois la voyele n'estre point changee, c'est a dire, ne perdre point sa quantité, en la concurrence de deux voyeles: de sorte que si sans abstraction l'vne d'elles demeure, elle doit estre brefue: laquelle neantmoins par licence poetique, est longue à quelquefois.*

Velut, Ionio immenso, *comme il est monstré par cest exemple, où en ces deux dictions,* Ionio immenso, *ne se fait aucune varieté ou perdition de quantité de voyele demeurās toutes les deux en leur entier.*

Vocalis ante vocalem non semper absumitur, sed aliquādo longa solùm corripitur: quod notandum magis, quàm imitandum censeo Virg. Et longum formose vale, vale, inquit Iol'a. Idē, Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingūt? Priscianus, Nūc magno nobis sunt insulæ ore canēdæ.

Vocalis inuariata. Aliquando vocalis manet inuariata, hoc est, non perdens suam quantitatem. Nam si remanet ante aliam vocalē, corripi debet: licentia tamen aliquando producitur. Exempla sunt apud Virgilium: vt,

Et succus pecori, & lac subducitur agnis,

Idem, *Posthabita coluisse Samo. hic illius arma.*

V. pro consonante quietū. Apud veteres autem & v, pro consonante posita, in eadem dictione elidi seu potiùs quiescere solebat, perinde vt apud Græcos Digamma Aeolicum. Catullus, Non ita me diui, vera gemunt, *iuuerint.* Sed habet hîc aspiratio propemodum consonantis naturam, quemadmodum & alias sæpè distrahit vocales, vt in voce Ahenum, & similibus.

Heu,ô,non périmes:at ô interdum bre uiâbis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Non perimes heu & ô (non absorbebis ante vocales supple, has duas interiectiones, heu & ô,sed integræ manebunt) *tu ne mangeras tu n'osteras point de. ant les autres voyeles, où il se trouuera concurrence, ces deux interiections* heu, *&* ô, *ains demeureront sans elision en leur entier.*

At breuiabis ô,interdum(sed reperies apud probos authores particulam ô aliquando correptam, siue aduerbium sit, siue interiectio) *mais en lisant les bons & approuuez autheurs, tu trouueras ceste particule* ô, *ou qu'elle soit aduerbe,ou interiection, à quelquefois estre brefue, & en pourras aussi licentement vser.*

O,tum aduerbium,tum interiectio, & Heu, ante vocales, integræ manent. Heu semper producitur: O aliquãdo corripitur. Ouid. O vtinam tũc cùm Lacedæmona classe petebat. Virg. Te Corydõ,ô Alexi;trahit sua quẽq; voluptas. Ouid. Heu,vbi pacta fides: vbi quæ iurare solebas? Idẽ licere puto in Hei,& Ah, vbi opus fuerit: quod & in omnibus vocalibus,vbi integræ sunt dictiones,fieri debere putat Sulpiti⁹.

DE VOCALI IN EADEM DICTIONE
absumpta per figuram,quam Synæresin vocant.

Vocâlem périmunt plerúnque in nómine eodem.

Síc Maro docte refers: Alueária vímine texta.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.

Perimunt plerunque, poetæ sup. aliquando absorbent & elidunt, *les poetes quelquefois ostent & mangent.*

Vocalem in eodem nomine, per Synæresin (vbi in eadem dictione adest coitio seu concurrentia duarum vocalium naturaliter diuersarum) *la voyele en vne mesme dictiõ,en laquelle il y a occurrence de deux diuerses voyeles,par vne figure qu'ils appellent Synerese.*

Sic docte Maro refers, *Ainsi toy docte Virgile recite su en tes Georgiques pour exemple.*

Aluearia vimine texta (vbi quidem aluearia quadrisyllabum est per absorbitionem literæ e) *ou ce mot* Aluearia *n'a que quatre syllabes au lieu de cinq, & se mange en la prononciation, ceste voyele* e,*en disant* Aluaria.

Synæresis diffinitio.

Est autem & quando in eadem dictione vocalis alia ante aliam absorbetur. Quam figuram communi nomine Synæresin seu potius Episynalœpham vocamus: quæ est contractio siue conglutinatio duarum syllabarum naturaliter diuersarum in vnam facta, nullo sublato elemento. Græci autem peculiariter Synecphonesin, & Synizesin vocant. Cuius exempla sunt. Virgilius, Cui pendere sua patereris in arbore poma. Quod sic metiêris, *Cui pēn*, spond. *derĕ sŭa*, dactyl. Itē, Stat, sua cuique dies, pro cuique. Ouid. Quíque fluet multo, non dêerit vulnere sanguis. Et, Nos animo, quantùmque ratem, qui temperat antêit. Sic, Aluéaria quadrisyllabum apud Virgilium legitur aliáque similia.

Græca in eus diphthongum.

Itaque Græca in diphthongum eus ad secundam declinationem Latinam relata, hanc Synæresin recipiunt in obliquis: vt Orpheús, Theseús, Typhœûs, Perseûs, quorum obliqui synæresin patiuntur apud poetas, e, cum sequenti vocali contractis in vnam syllabam.

E quoque in his & similibus obliquis, naturâ breue est, tametsi poëtæ sequuti Græcam consuetudinem alicubi produxerunt: vt apud Virgilium, Idomēnea ducem, &, Ilionea petit. Nam Græci ex Idomenea, Idomenia: & ex Ilionea, Ilionia faciũt. In quibus fit synæresis, vt in reliquis obliquis nominum in eus desinentium.

Synæresis nec passim admittenda, nec prorsus repudianda.

Quæ figura vt non est passim admittenda, ita nec penitùs refugienda, sed parcè versibus inserenda: vtpotè quā nemo poëtarum contempserit.

Quò pertinere putant genitiuos contractos, Vlyssi & Achilli apud poëtas, pro Achillei & Vlyssei. Nam veteres declinauerunt Achilleus & Vlysseus, sicut Orpheus.

Possessiua in reus.

Fit denique Synæresis & in possessiuis in reus terminatis. Ouid. 12. Metamorph. Barba erat incipiens, barbæ color aureus, aurea Virg. Ferrêi Eumenidũ thalami, & discordia demẽs. Idẽ 1. Aen. Atria, dependent lychni laquearibus auréis.

SYNAERESIS NVLLI *vitanda.*

Omnibus ista licent, huîc, cûi, dîi, dîis quoque, déhinc, déin,
Prôin, dêest, semîanimis, prôut, dêor-

ſum, prehéndere, ſéorſum,
Sic îi, ſic îiſdem, Quædam diuîſa leguntur.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Ista (ſup. nomina hic expreſſa) *ces treze dictions icy exprimees*
Licent omnibus (conceduntur cuique carmina condere volenti) *ſont permiſe à tous ceux qui veulent eſcrire carmes, & en peuuent licentement vſer ſi beſoing eſt, ou en les conioingnant toutes deux en vne ſyllabe par vne ſynereſe, ou en les diuiſant.*
Quædam diuiſa leguntur, apud probos poëtas reperiuntur disiuncta, *elles ſe trouuent neantmoins quelquefois diuiſees, en liſant les poetes approuuez.*

Reg. general.

Omnia hæc nomina, præter huic & Cui, in proſa vocalib' diuiſis proferũtur: & in carmine, ſi opus fuerit, vtroque modo vſurpata. & coniunctim & diuiſim, apud poëtas reperias.

DE FIGVRA DIAERESI.

Scândere ſi benè vis, tu noſce Diæreſin aptè,
Ex vna per quàm duplex fit ſyllaba ſemper.
Sic ſyluæ vates Lýricus triſyllabon effert.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Si tu vis benè ſcandere, legitimè omne genus carminum metiri deſideras, *ſi tu deſires ſçauoir bien & proprement ſcander & meſurer les pieds de toutes ſortes de carmes.*
Tu aptè noſce diæreſin, *tu dois bien entendre que c'eſt que la figure Diereſe.*
Per quam ex vna ſyllaba fit ſemper duplex, per quam fit diuiſio vnius ſyllabæ in duas, *par laquelle deux voyeles naturellemẽt conioinctes en vne meſme ſyllabe, ſe proferent diuiſement & ſeparément l'vne de l'autre.*
Sic vates Lyricus, hoc pacto poëta Horatius, *ainſi le poete Lyrique Horace.*
Effert ſyluæ triſyllabum, profert per licentiam poëticam hoc nomen ſyluæ, quod natura diſſyllabum eſt, per tres diuiſas ſyllabas, *profere par vne licence poetique, ce nom Syluæ, qui ne conſiſte naturellement que de deux ſyllabes, par trois diuiſees.*

Regula general.

Diæresis finitio.

Præcedenti figuræ contraria Diæresis est, qua vna syllaba in duas resoluitur. Fit enim, quoties duæ vocales natura cōiunctæ in eadē syllaba, diuisim proferūtur: vt, Stamina non vlli persoluēda deo. Et, Aulaï in medio libabant pocula Bacchi pro Aulæ Persoluenda, pro persoluēda, quadrisyllabo.

I, & u. consonātes, vocalium more diuisa per diæresin. *Iuuidia.* *Iam.*

Quanquam ergo i & v, cæteris vocalibus vel sibiipsis præposite consonantes sunt, tamen vim vocalis per Diæresin induunt, & à sequenti vocali diuisę, syllabam per se faciunt: vt Iam apud Plautum in prologo Asinariæ, dissyllabum est. Apud Terentium in Andria, Sine inuidia laudem inuenias, &c. Inuidia pentasyllabum esse putat Priscianus, u consonante diuisa in vocalem. Apud Horatium, Syluæ trisyllabum: sed id omninò licenter, quod nunquam nisi parcissimè & in maximo opere imitandum est.

Sylua.

Soluo. *Voluo.*

Tamen in verbis Soluo, & Voluo, admodùm frequens est Diæresis apud poëtas. Ideò non prohibuero, si parcè admiseris. Catul. Quod zonam soluit diu ligatam. Soluit trisyllabum est, quia Phaleucium est carmen. Ouid. Nunc quoque tē saluo persoluenda mihi. Persoluenda, pentasyllabum est. Item, Debuerant fusos euoluisse suos.

v, liquida in vocalem diuisa per diæresin.

Præterea u liquida post s, aliquādo per dięresin diuidetur in vocalem. Virgil. de liuore, Non lux, non cibus est suauis illi. Stat. 1. Theb. Imò agite, & positis quas nox inopina suasit. Horat. 8. Satyr. lib. 1. Quum mihi non tantùm furésque feræque suetæ. Luca. 2. Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos. In quibus locis, Suauis, suasit, suetæ, sueuos trisyllaba sunt, alioqui disyllaba Quomodo alibi etiam vsurpantur. vt apud Virgil. Tum celerare fugam, partique excedere suadet. Idem, Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis. Item, Et malè suada fames, tristísque senectus.

Genitiuus primæ declinationis diuisus.

Genitiuum quoque primæ declinationis diuisit aliquoties Virgil. vsurpata tamen in hoc diphthongo Græca aï, pro, Latina æ: vt Diues opum, diues pictaï vestis, & auri: pro, pictæ Item, Aulaï in medio, &c. vt suprà.

Vsus optimus artium Magister.

Plura autem alia vsus docebit, optimus artium magister. Nam præceptiones debent (inquit Melancthon) pingui Minerua viam quandam scribēdi breuiter indicare. Deinde lectione optimorum poëtarum iudicium confirmandum est: vt quid deceat, quid nō deceat intelligatur. Manum inquit Anaxagoras sapientiæ causam esse: cùm vellet monere, omnes artes vsu & experiēdo parari. Ita & carminis condendi

Anaxagora dictum.

rationem illi & rectissimè intelligẽt, qui & scribere ipsi conabuntur, & in scribendo se ad veterum imitationem, omnibus ingenij viribus contulerint.

QVANDO I, VOCALIS SIT, *non consonans.*

Nomínibus Græcis non cónsonat i, vel Hebræ̓is.
Quaprópter dices Iacôbus, iámbus, iáspis,
Profer Iûlus, Iâpis, Ioánnes, & Iésse.
Suauéque ab indóctis laniâtum nomen Iêsus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

I, non consonat (litera i, non transit in naturam consonantium) *ceste lettre i, n'est point faite consonante, ne reçoit point la nature d'une consonante.*
Nominibus Græcis vel Hebræis, *és noms Grecs & Hebreux: mais elle est tousiours voyele en la prolation d'iceux, és noms Grecs principalement.*
Quapropter dices Iacobus, iambus, &c. *Parquoy tu prefereras ce nom* Iacobus, *par quatre syllabes diuisees, & ce nom* Iambus, *par trois, & semblablement* Iaspis, *& ainsi des autres.*

Regula generalis.

Suauéque nomen Iesus, *& ce doux & precieux nom de* Iesus, *qui se doit proferer par trois syllabes diuisees, & non par deux.*
Laniatum ab indoctis (dissectum in duas tantùm syllabas abs linguæ Græcæ & Hebraicæ imperitis) *en deux syllabes seulement diuisé par gens imperites & peu entendus & exercez és langues Grecques & Hebraiques.*

Nemo nescit apud Latinos ex vocalib⁹ duas esse, quæ aliquando in consonantes transeant, videlicet u, & i, nimirùm in principio syllabæ positas sequẽte vocali: vt Iuno, peior, maior, Maia, &c. Hoc in dictionibus Græcis, & Hebraicis fieri debere affirmat Despauterius: nempè i literam in eisdẽ dictionibus semper esse vocalem. Quod sanè de Græcis rectè sentit, At de Hebraicis secus accidit, quàm ipse putet. Norunt enim Hebraicæ linguæ periti, apud eos i, frequentissimè consonantem esse, vt in his dictionibus Iacob, Ioseph, Iudas, Iesus, & sexcentis aliis: sunt enim dissyllabæ. In his quoque Ioãnes, Ioachim, &c. quę trisyllabæ sunt. Quã-

Duæ vocales in consonantes apud Latinos aliquando migrant.

I, apud Hebræos frequentissimè consonans.

quam interim negari non poteſt eſſe aliquando vocalem.

Error eorum qui in dictionibus Hebraicis i vocalem fecerunt.

Errorē hūc traxit author, & quos ipſe ſecutus eſt, à Græcis, qui Hebræa vocabula in ſuam linguam vertētes, coacti ſunt i, conſonantem, quoties occurrebat in i, vocalem conuertere: vt potè quorum lingua i, conſonantem non nouit. Proinde ex diſſyllabis illis Hebræorum dictionibus neceſſitate cōpulſi, fecerūt triſyllabas: & ex triſyllabis quadriſyllabas. Quod non animaduertentes Latini linguæ Hebraicæ ignari, eandē putauerūt eſſe vocalis i, apud Græcos & Hebræos rationem. Sed quoniā ipſi, i vocalem & conſonantem habent, certè in dictionibus illis Hebræos imitari debent.

Sed hactenus de figuris ſcanſionis. Nunc ad communes ac generales ſyllabariæ quantitatis regulas ordine recēſendas veniendum.

DVODECIM REGVLAE GENERALES *quantitatis ſyllabariæ. Prima de Poſitione.*

Dū poſtponúntur vocáli cōſona bina,
Aut duplex, longa eſt póſitu. Quòd ſi duo ſubſint
Fináli, raròpóſitu prodúcitur illa.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Dum conſona bina (quando duæ conſonantes) *Quand deux conſonantes.*

Aut duplex (litera ſup. aut quando aliqua duplicium literarum, vt ſunt x, z, aut i, inter duas vocales poſitum) *ou quand l'vne des trois lettres, x, z, ou i, mis entre deux voyeles, icelles trois lettres, appellees doubles, pource que chacune d'elles a la force & vertu de deux conſonantes.*

Poſtponūtur vocali (ſequuntur vocalē vel in eadem dictione, vel in diuerſis: nimirum vbi prima deſinit in conſonantē, & ſequens incipit à conſonante) *ſont miſes apres vne voyele, ou en vne meſme diction, ou quand l'vne ſe fine en vne conſonante, & l'autre commence a vne conſonante.*

Longa eſt poſitu (producitur poſitione) *eſt longue par ceſte reigle generale, appellee,* Poſitio.

Quòd ſi duo (elementa ſup. id eſt, duæ conſonantes) *que ſi deux conſonantes.*

Subſint finali (poſtponantur dictioni finitæ in vocalem) *ſont mis apres la diction terminee en vne voyele.*

Raròilla producitur poſitu (infrequētiùs poſitio in illa cenſebitur) *gueres ſouuent ladite voyele ne ſera longue par poſition.*

Positio est situs quidam literarum, vocalem præcedétem, alioqui breuem producens. Itaque vocalis omnis positione producitur. *Positio quid.*

Est autem triplex positio. Prima, cùm duæ consonantes sequuntur vocalem in eadem dictione: vt Doctus, arma, carmen: Non oportet tamen vtranque cõsonantem semper in eadẽ syllaba locari: sed vna potest in fine vnius dictionis, & altera statim in principio alterius sequentis poni. Verbi gratia, a in At, corripitur: sed si consonans in principio sequentis dictionis ponatur, producetur: vt apud Virgiliũ. At regina graui. Item, Ararim Parthus bibet. vbi *im* & *ùs*, positione protrahuntur. Nam si neutra consonans ad dictionem vocalis cuius quantitas inuestigatur, pertineat, positio non censetur: vt Horat. Ignoscẽt si quid peccauero stultus amici. vbi vltima dictionis Peccauero, breuis est, licet duæ sequantur consonantes s & t Quanquam produci aliquando reperiatur: vt Sil. Immane stridẽs agitur, crebróque coacta. vbi vltima dictionis Immane, positione producitur. Et Iuuenalis. Occulta spolia & plures de pace triumphos. Hîc ta, longa est positione consonantium sp, Sed id aut nunquam, aut parcissimé imitandum censeo. *Positio triplex.* *Declaratio illius, Quod si duo subjunt, &c.*

Secunda positio est, cùm geminata consonans, id est, bis posita, sequitur: vt Annus, vbi a producitur positione: nam geminata pro duabus habetur. Huc illud addendum, i & u, quando consonantes sunt consonantiũ etiam naturam habere, hoc est, cum alia consonante, positionem facere: vt in Inuidia primum i, longum est, quia sequuntur n, & u, cõsonantes. Similiter in Adiuuo a propter d, & i, consonantem producitur. Nec prætereundum est, quod s, nonnunquam euanescit, ita vt positionem non faciat: quinetiam cum sua vocali interimitur. Sed id priscum est, ideò nõ imitabimur. *Secunda positio.* *i, & u, consonantes, positionem faciunt.*

Tertia positio est, quãdo aliqua duplicium literarum, vocalem in eadem dictione sequitur. Sunt autem tres literæ duplices, x, z, & i, inter duas vocales positum: vt Maia, maior, meio, aio. Virgil. Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus aras. Idem, Gratatur reduces, & gaza lætus agresti. Idem. Atque iterum ad Troiam magnus mittatur Achilles. Idem, Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ. *Tertia positio.*

Sed in quibusdam compositis, i, inter duas vocales insertum, positionẽ non facit: vt Bijugus, trijugus, quadrijugus. Signanter verò dictum est in quibusdam: quia in Deiero, &

I, in quibusdam compositis positionem non facit.

Peiero, i, antecedentẽ vocalem producit: vt Iuuenalis. Exigis à quoquam ne peieret, & pudet vllis. Reiicio verò variat, vt infrà patebit.

Duplices in principio dictionis positæ, antecedentem vocalem non producunt.

Cõstitutæ autem in principio dictionis hæ tres literæ duplices post alteram dictionem in vocalem desinentem, non faciunt positionem, hoc est, non producunt vocalem breuẽ, in fine præcedentis dictionis positam. Lucanus, Talem fama canit tumidum super æquora Xerxem. Virgil. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus. Idem, Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

H, in scansione trifariam inuenta.

H, in carminum scansione prorsus intercidit, nec literæ rationem habet. Alicubi tamen cum alia consonante facere positionem videtur: vt apud Virgil. Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus. Et, Sustinet, ac natæ Turníque canit hymenæos. Alicubi etiam vocalis ante h, non eliditur. Idem, Posthabita coluisse Samo: hîc illius arma. Iuuenalis, Si fur displiceat Verri, homicida Miloni. Sed id parcè, atque in magno duntaxat opere imitandum.

V, vbi nec vocalis, nec consonans.

V, post, g, q, & s nec vocalis est, nec consonans: quia nec diphthongum cũ alia vocali, nec positionem cum alia consonãte facit: vt Lingua, aqua, suauis. Quod si u esset vocalis, Lingua vltimã haberet diphthongo longã: si consonans Aqua primã positione produceret, quum tamen vtrãque correptã legam⁹: vt Virgilius, Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Ouid. Obrutus insanis esset adulter aquis. De Suadeo, suauis, & cõsimilibus, suprà adducta sunt exẽpla: in quibus quidem a producitur, non tamen diphthõgo (quippè quæ nũquam à vocali incipit) sed Synæresi, vt dictũ est.

DE LIQVESCENTIA.

Regula secunda.

Cum muta líquidam scribens in sylla-
 ba câdem,
Ancípitem ponas vocâlem, quæ breuis
 esset,
Hanc tamen in prosa semper breuiâre
 iubêmus.

Sunt l, r, líquidæ: queis rarò iúngimus n, m.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.

Tu scribens liquidam cum muta in eadem syllaba (tu constituens syllabam, in qua fit vocalis natura breuis, quam immediatè sequantur muta & liquida) *toy constituant vne syllabe, en laquelle il y ait vne voyele qui soit naturellement brefue deuant vne mute & vne liquide.*

Ponas vocalem ancipitem (pone eandem vocalem indifferentem, vel longam, vel breuem in versu) *mets ladicte voyele indifferemment ou longue ou brefue en carme.*

Quæ breuis esset (quia quæ sine positione producitur syllaba, nulla liquescentia corripi potest) *laquelle voyele feroit autrement brefue, a cause que la syllabe qui est longue de nature & sans position, ne peult estre faicte brefue par liquescence.*

Tamen in prosa hanc iubemus semper breuiare, volumus in soluta oratione hanc syllabam in qua est liquescentia semper corripi, *nous voulons qu'icelle syllabe où il y a liquescence, soit tousiours brefue en prose, en quelque diction qu'elle soit trouuee*

Liquidæ sunt l, r, duæ sunt liquidæ, l, videlicet & r, *les lettres liquides sont au nombre de deux autres, a sçauoir,* l, *&* r.

Queis, pro quibus, iungimus n, m, *ausquelles nous adioustons ces deux autres lettres,* n, *&* m.

Rarò, infrequentiùs, *mais gueres souuent.*

Quando vocalem natura breuem sequuntur muta & liquida, eandem cum sequente vocali constituentes syllabam, ita tamen vt præcedens vocalis in eadem dictione ponatur, ipsa est anceps in versu, in prosa verò semper correpta: vt Tenebræ, media producta, & Tenebræ, media breui. *Syllaba anceps propter mutam & liquidam.*

Mutæ sunt nouem, b, c d, f, g, k, p, q, t Liquidæ duæ l, & r: & aliquando n, & m. Ouid. Et primo volucris similis mox vera volucris. Virgil Albaníque patres. Ouid. Tempus Atla veniet. Sic ibid. Id metuēs solidis pomaria clauserat Atlas. *Mutæ. Liquidæ.*

De n, & m rariora sunt exempla: vt Rythmos & Cygnus, quæ corripiuntur aliquando. Et Ignosco: vt apud Ouid. Debuit illius misereri & ignoscere nobis. Horat. Ignoscent si quid peccauero stultus amici.

Sunt qui dicant d liquescere in Smaragdus, propter illud Mart lib. 5. Sardonichas, smaragdos, adamantas, iaspidas vno. De litera s. suprà locuti sumus. *D, aliquando liquescit.*

Dictum est autem in finitione regulæ, Vocalē natura breuem: Quia quæ sine positione producitur syllaba, nulla liquescentia potest corripi: vt prima in Matrimonium, quæ naturâ producitur. Sic penultima in Simulachrum, quę per- *Producta syllaba, nulla liquescentia correpta.*

petuò à longum habet: est enim à similare, cuius a naturâ lõgum est.

Sic penultima in Aratrum natura producitur, quia fit à supino Aratum: tametsi nonnulli corripi velint, iuxta illud Sulpitij in Nestorem, Vis aratrum Nestor, non vis quo dignus aratrum: Esse arator qui vis, verus arator eris. Sic *Lauácrum* à *lauátum: Ambulácrum* ab *ambulátum. Inuolúcrum* ab *inuolútum: Volutábrum* à *volutátum.* De Candelabrum, Delubrum & Aratrum, non conuenit inter Grammaticos. Despauterius tamen inter producta recenset, sed liberum sit super hoc volentibus opinari.

Dictum est item in finitione regulæ, Eandem cum consequente &c. Quia alioqui liquescentia locum non haberet: vt Abnuo, obruo, &c.

DE DIPHTHONGIS.

Regula tertia.

Diphthóngum produc in Græcis, atque Latínis.
In Græcis semper: verùm subeúnte Latina
Vocáli, bréuio, véluti præit, atque praéustus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. 3e.

Produc diphthongum in Græcis & Latinis (nominibus sup.) *fay longue toute syllabe diphthonguee és dictions tant Grecques que Latines.*

In Græcis semper (etiam subeunte vocali) *tousiours és noms Grecs, mesme si apres la diphthongue il s'ensuyt vne voyele.*

Verùm breuio (eandem sup. diphthongum corripio in nominibus Latinis) *mais ie fais brefue ladicte diphthongue es noms Latins.*

Latina vocali subeunte (dum subsequitur eidem diphthongo vocalis Latina in cõpositione) *quand apres icelle diphthongue il vient en la mesme diction composee, vne voyele Latine.*

Veluti præit atque præustus, *comme il appert par ces deux dictiõs où la diphthongue præ est brefue contre sa nature.*

Omnis diphthongus naturaliter producitur, tam in Græcis, quàm in Latinis: vt Musæ, cœna, audio, euge. In Græcis etiam subeunte vocali: vt Aeacus, Aeagrus. Virg. Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet. Ouid. Eurus ad auroram, Nabathæáque regna recessit. *Diphthongus omnis longa est natura.*

In Latinis verò inuenitur etiam breuis in compositione, sequente vocali: vt Præesse, præire, præuro, præhendo, præacutus. Virg. Stipitibus duris agitur sudibúsve præustis. Ouid. Raptatúrque comis per vim noua nupta prehensis. Vbi diphthongus, Græca imitatione correpta est. *Diphthongus in Latinis dictionibus sequente vocali breuis.*

Aliquando etiam in diuersis dictionibus corripitur: vt Virgil. Insulæ Ionio in magno quas dira Celeno.

Diphthongi Diæresin aliquando patiuntur: vt Horat. Si rectè facies, hic murus aheneus esto. Sed hic aspiratio interponitur. Ouid. Naiadum cœtu tantùm non Orpheus Hebrum. Catul. Verberosa gaudet Venus loquela. Phaleucium est. Item, Aulaï, pictaï, de quibus supra in Diæresi.

Cautè verò discerni debent diphthongi à non diphthongis: neque enim vbicunque videri potest, statim diphthongus est. Nam in his omnibus, Phaëton. Danaë, Pasiphaë, nulla est diphthongus, sed illa trisyllaba sunt, hoc quadrisyllabum. Nec similiter in his, Menelaüs, Protesilaüs, Amphiaraüs, quia Græcè per o micron scribitur. *Diphthongi à non diphthongis caute discerni debent.*

Est autem Diphthongus, duarum vocalium vim suam retinentium in eadem syllaba complexio: dicta quidem à δὶς, id est, bis, & φθόγγος, sonus. Sunt sexque numero, æ, œ, au, eu, ei, yi: vt Sæpè, fœnum, aula, eurus, treis, harpyia. *Diphthongus quid.*

DE VOCALI ANTE VOCALEM *in Latinis dictionibus. Regula quarta.*

Vocâlis breuis ante áliam manet vsque Latínis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.
- Vocalis ante aliam (sup. vocalem) *vne voyele deuant vne autre.*
- Manet breuis, corripitur, *demeure briefue.*
- Vsque, semper, *tousiours.*
- Latinis, in dictionibus Latinis, *és dictions Latines.*

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus corripitur: vt, Marius, Maria, Lucius, Lucia.

QVINQVE EXCEPTIONES
à præcedenti regula.

Ni capit r, fio produc: & nómina quintæ,
E seruant longam, si præit i, ceu speciéi.
Anceps ïus erit pátrio: dic semper alîus,
Altérius bréuio tantùm. Commûne sit ohe.
Cáius, & Cai produc: confórmia iunge.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Prima except.
Produc fio (huius verbi fio, fac longam primam syllabam *fay longue la premiere syllabe de ce verbe*, fio, fis.
Ni capit r (nisi in his temporibus in quibus recipit r) *sinon és temps esquels il reçoit ceste lettre* r, *comme* fierem & fieri, *où il a la premiere syllabe brefue.*

Exce. 2.
Et nomina quintæ (declinationis sup.) *& les noms de la cinquiesme declinaison.*
Seruant e, longam (producunt e, literam) *ont ceste lettre*, e, *longue.*
Si præit i (si genitiuis & datiuis præcedat i, litera) *si aux genitifs & datifs singuliers, ceste lettre* i, *precede* e.
Ceu speciei, *comme il appert par le genitif ou datif de ce nom* species.

Exce. 3.
Ius erit anceps patrio (id est, genitiui pronominum secundæ declinationis, & nominum, quæ illorum formam sequuntur, variant i, ante us) *c'est à dire, les genitifs des pronoms de la seconde declinaison, & des noms qui ensuyuent leur forme, ont ceste lettre* i, *deuant* us, *tantost longue, tantost brefue, en carme: mais en prose, ils l'ont seulement longue.*
Dic semper alius (hoc est, Alius in genitiuo solùm producitur, ad differentiam nominatiui, in quo corripitur) *c'est à dire, que ce nom* Alius *est seullement long au genitif, pour mettre difference du nominatif, où il est au contraire tousiours bref.*
Breuio tantùm Alterius, genitiuus Alterius, solùm corripitur, *ce genitif, de ce nom* Alter, a i, *deuant* us, *seulement bref.*

Exceptio 4. Ohe sit commune (Ohe interiectio exclamantis & satiati, ponatur vtroque modo vel longa, vel breuis) *ceste interiection Ohe, par laquelle on s'exclame, ou on monstre signe qu'on est saoul de quelque chose, se trouue indifferente, tantost longue, tantost bresue.*

Exceptio 5. Produc Caius, & Cai: conformia iunge (hoc nomen Caius in nominatiuo, & Cai in vocatiuo, similésque vocatiui producunt vocalem ante vocalem, contra regulam generalem) *ce nom Caius, au nominatif, & Cai, au vocatif, & autres semblables vocatifs, ont contre la reigle generale, la voyele longue deuant la voyele.*

Exceptiones sunt quinque. Prima, Fio producitur, vbi abest r: vt Fiebā, fiā. Vbi verò adest r, corripitur: vt Fieri, fierē. Suffio, infio, corripiuntur, quia lōgè à Fio dissident. Defio, & Confio, producūtur, vbi r, abest: hinc Defioculus, id est, vnoculus, cui oculus desit. Martial. 12. Hinc Defioculus, & ininde lippus: vltima per licentiam cæsuræ producta. Phaleucium est. *Quinque exceptiones a praecedenti regula.* 1.

Secūda. Nomina quintæ declinationis producūt, e ante i, in genitiuis datiuisque, si præcedat i: vt Diei, aciei, progenici, speciei, faciei, &c. Sec⁹ corripiūt: vt Fidei, rei, &c. Ideò non imitaberis Lucretium producētem ei à pronomine Is. 2.

Tertia. Genitiui pronominum secūdæ declinationis quíque illorum formam sequuntur, variant i ante us: vt Illius, istius, ipsius: sic, Vnius, nullius, solius, &c. Virg. Vnius ob irā Prodimur, &c. Et, Vnius ob noxam, & furias, &c. In prosa autem tantùm producuntur. Alius verò in genitiuo tantùm producitur, ad differentiam nominatiui, in quo corripitur. Alterius solùm corripitur. 3. *Alius.* *Alterius.*

Quarta. Interiectiones quædā: vt Ohe, interiectio exclamantis & satiati, vtroque modo ponitur: vt apud Martialē, Ohe iā satis est, ohe libelle. Et Iuuenalis, Satur est cùm dicit Horatius ohe. Item Eheu, vt apud Virgil. Eheu, quid volui? Hèu quoque duarum syllabarum. Martial. lib. 8. Heu, quàm bene nūc Papyriane, Annei faceret manus Serui, &c. Sunt qui idem de Aha, & Vaha opinentur. 4. *Eheu.* *Hea.*

Quinta. Pompeï, Caï, Staï, Vulteï, similésque vocatiui producūtur. Sæpè tamen i manet consonans, aut per Synæresin profertur. His iunge genitiuos illos, qui Diæresin patiuntur, Aulaï, pictaï, nepaï. 5.

Diana etiam, primam indifferentē habet: vt Virgil. Exercet Diana choros. Ouid. Ira pharetratæ fertur satiata Dianę. *Diana:*

DE VOCALI ANTE VOCAlem in Græcis.

Régula Græcôrum multa, eſt quam proſa reclûdet.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Regula Græcorum (de vocali ſup. ante vocalem) *la reigle des noms Grecs touchant la voyele qui precede l'autre voyele.* Multa eſt (varia eſt & multiplex) *eſt variable: car aucuns l'ont longue, les autres brefue.* Quam proſa recludet (declarabit, aperiet) *laquelle reigle la proſe declarera ſuffiſamment.*

Quæ vocales ante vocales corripiantur. Græcorum quædam producunt vocalem ante vocalem: vt Aër, Iatria. Quædam corripiuntur: vt Sophia.

Itaque a ante a, e, & i, tam Latinum quàm y Græcum, corripitur: vt *Phrăătes, Phăeton, Phocăis.*

E corripitur ante e, & o: vt *Neměe, Chamæleŏn.* Niſi quæ per η, id eſt, i longum Græcè, vt diphthongum ſcribuntur. Ea enim naturâ produci debent.

Corripiuntur & i tam Latinum quàm Græcum y, item o, & u ante omnes vocales: vt *Niobus, Elĭas, Zacharias, Matthĭas,* & ſimilia propria nomina in ias. Itẽ appellatiua in ia per iota Græcũ: vt *Harmonia, Hieron. Dŭăbus, Iole, Iulus, Priameis, Oaxes, Stoi, Trŏes, Simŏis, Laocŏon, Panthŏus.* Niſi quæ habent η: id eſt, i longum, vel diphthongum ante vocalem. Ea enim naturâ produci debent: ſicut & multa nomina tertiæ declinationis terminata in ion, quæ regula contineri non poſſunt: nam multa etiam corripiunt. Proinde ab exemplis Græcorum quantitas petenda eſt.

Quæ vocales ante vocales producantur. Producuntur verò a ante o, & u: vt *Lāocoon, Lycāon, Nicolāus, Protesilāus.*

Item e ante a, i, & u: vt *Cytherēa, Calliopēa, Deiopēa, Dēiophobe, Spondēus, Alphēus.* Niſi ſcribantur Græcè per epſilon, id eſt, e breue. Quæ enim ſic ſcribuntur, ea naturaliter corripiuntur, ſicut & quæ habent o micron.

DE DERIVATIVIS.

Regula quinta.

Deriuâta patris ſeruâbit dictio normam

mam,

Cónſona ſi patris maneat: docet iſtud
arâtrum.

Multa tamen tolles, pòſt declarâta, vel
antè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Dictio deriuata (nomen deriuatum, & quod ab alio habet originem) *le nom deriué, & qui a ſa ſource & origine d'vn autre nom.*

Seruabit normam patris (ſequetur naturam originis ſiue thematis ſui) *ſuyura la nature & reigle de ſon origine, c'eſt a dire de ſon premier, & duquel il a ſa deriuation.*

Si conſona patris maneat (ſi conſonans primitiui maneat in deriuato: nam ea mutata, & quantitatem mutari contingit) *pourueu que la conſonante du primitif demeure au deriuatif: car elle changee, il aduient auſsi par meſme moyen que la quâtite du deriuatif ſe change.*

Docet iſtud aratrum (quod non poſitu tantùm, ſed natura ipſa producitur, vtpotè quod à ſupino aratum deriuatur, quod penultimam longam habet) *ce qu'enſeigne ce nom* Aratrum, *lequel a ſa penultime longue, non ſeulemēt par poſition, mais auſsi par nature, à cauſe qu'il deſcend de ce ſupin* Aratum, *qui a auſsi la penultime longue.*

Multa tamen tolles (excipies nihilominus plurima à regula) *toutefois tu en excepteras de la reigle plusieurs.*

Declarata pòſt vel antè (id eſt, quæ explicabuntur in proſa ſubſequente, vel quæ ſunt iam in præcedentibus patefacta) *qui te ſeront cy apres, ou ont deſia eſte cy deuant declarez.*

Deriuatum ſequitur naturā originis, ſiue thematis ſui: id eſt, ſyllaba tanta eſt in deriuatiuo, quanta fuit in ea primitiui parte, vnde immediatè deriuabatur, ſi cōſonans primitiui maneat in deriuato: vt, *Lēgi* præteriti priorem producit ergo etiam, *Legerā, legerim, legiſſem, legero, legiſſe*, quæ à legi formantur. *Lĕgo* autem priorem corripit: ergo etiam *Legebam, legam, legerem*, &c. *Deriuatū ſequitur originis ſuæ naturam.*

Item ſupinum *Arātum* producitur: ideò etiam quod ab illo fit *arātrum*, non poſitu tantùm, ſed naturâ ipſa, &c. Sic & *Dŏminus, dŏmina, dŏminor. Pŏtis, pŏtior, pŏteſtas, pŏtiri.* *Aratrum.*

Per hanc regulam nomina in Bilis & bundus, à ſupinis formata, penultimam ſupini imitantur: vt *Delētum, delēbilis.* *In bilis & bū- dus nomina.*

scitum, scibilis: cupitum, cupibilis: petitum petibilis: nōtum, nōtabilis: volūtum, volūbilis: solūtum solūbilis: sititum, sitibundus: quæ omnia producuntur. Contrà corripiuntur, *terrĭtum, terrĭbilis: morĭtum, morĭbundus, stătum stăbilis.*

Cōsonāte primitiui mutata, mutatur & in deriuatiuo quantitas contra primitiui naturam.

Dixi, si consonans primitiui remaneat: nam ea mutata, & quantitaté mutari contingit: vt in *Mōbilis, mōmentum, cāsus, fōmes, iūmentum, iucundus, prēlum, sēculum*, quæ primam producunt contra naturam primitiuorum, à *mŏveo, cădo, fŏueo, iŭuo, prĕmo sĕnex*: à quo, teste Varrone, fit *seculum*. Eandem producunt, *Bīnus, bīmus, nōnus, dēnus*, quam corripiunt primitiua, *bĭs, nŏuem dĕcem.*

Quædā mutata etiā primitiui consonante, eiusdem retinent quātitatem.

Quædam tamen mutata consonante, quantitatem retinent: vt *Inuolūcrum, simulācrum, ambulācrum, lauācrum*, ab *inuolūtum simulātum, ambulātum, lauātum*: quorum penultima longa est. Item, *Amābilis, volūbilis, vagābundus, delēbilis, errābundus, sitibundus*, antepenultima longa, ab *amātum, volūtum, vagātum, delētum, errātum sitītum.*

Quod dicimus de cōsonante, idem sentiendum est de vocali & positione: hoc est, posse mutari quantitatem, si non maneat vocalis ante vocalem, aut positio in deriuatiuo, quæ erant in primitiuo: aut contrà, si sint in deriuatiuo, non autem in primitiuo. Ob id, quæ sequuntur, primam producunt, licet à primitiuis breuibus formentur: Ibo ab eo, quibo à queo, numen à nuo, serium à seorsum, iunior à iuuenis. Item Offa, longum est positione, à quo tamen offella corripitur, sic Sigillum à signum, à tigno tigillum, à linga lingula, à mamma mammilla.

Frequentatiua à supinis primæ coniugationis in atum formata.

A supinis item primæ coniugationis in atum exeuntibus, Frequentatiua formantur, mutato a longo in i breue: vt ab *Imperātu, imperĭto: à minātu, minĭtor: à portātu portĭto: à clamātu, clamĭto, à rogātu, rogĭto.* Eandem enim corripiunt & Frequentatiua alia omnia in ito: vt *Lectĭto, quærĭto, dictĭto, agĭto, cogĭto, factĭto*, &c. Nisi quæ sunt à verbis quartæ coniugationis, illa enim producunt: vt *Dormīto, vagīto*, &c.

Meditatiua à quantitate primitiuorum degenerantia.

Degenerant & à quantitate primitiuorum Meditatiua, quia u ante rio corripiunt: vt *Esŭrio, mictŭrio, partŭrio*, &c. Quæ tamen producunt supina, ex quibus formantur, *Esū, mictū, partū.* Tria tamen leguntur producta, *Ligūrio, scatūrio, & cucūrio.*

DE COMPOSITIS.

Regula sexta.

Símplicis obséruat mensûram compositîuum,
Quamuis diphthóngus, vel vocális variétur.
Hanc legem spernunt dicus à dico, ínnubus atque
Prónubus, ambîtus, níhilum, cum semi sopîtus,
Péierat à iuro, cum déierat, ágnitus, & cog.
Connúbium váries: ab itum comítia dicas.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Compositiuum (dictio compositæ figuræ) *la diction composee.* Obseruat mensuram simplicis (sequitur sui simplicis quantitatem, & contra) *ensuyt la quantite & regle de son simple, & au contraire, le simple celle de son compose.* Quamuis diphthongus, vel vocalis varietur (etiam diphthongo vel vocali simplicis mutata) *quoy que le compose change & mue, ou la diphthongue, ou la voyele de son simple par sa composition.*

Except. prima.

Dicus à dico (id est nomina in dicus finita, composita à dico, cum aliis nouem hic expressis) *les noms terminez en* dicus, *composez auec ce verbe* dico, dicis, *ensemble les neuf autres noms ou verbes icy expliquez.* Hanc legem spernunt (ab hac regula demuntur) *sont exceptez de ceste regle.*

Exceptio 2.

Connubium varies (pro variabis, id est, commune facies, licet à nubo quod primam longam habet, componatur) *ce nom a la seconde indifferente, tantost longue, tantost briefue, iaçoit qu'il soit compose de* con, & nubo, nubis, *qui de nature a la premiere longue.*

Exce. 3. Ab itum comitia dicas (id est, hoc nomen Comitium antepenultimam producit, hoc est, illud i, ante t, cùm idem sit breue in coitum, & in simplici itum, *c'est a dire, combien que ce nom comitium soit composé de com, & eo, is, qui fait itum en son supin la premiere breve, si a il toutesfois l'antepenultime longue contre la reigle des dictions composées.*

Eadem compositi & simplicis quantitas. Compositum sequitur simplicis regulam, & contrà, etiam diphthongo aut vocali mutata. Vbique tamen sunt regulæ obseruandæ positionum, & vocalium ante vocales: vt *Lūdo, collūdo: læ do, illīdo: amicus, inimīcus: tābeo, intābeo, lūceo, relūceo. facio, reficio: occĭdo, à cado*, penultimā corripit, significátque perire: *occīdo*, autem à cædo, eādem producit, & significat interficere.

Per hanc regulam, præpositiones in compositione quantitatem priorem seruant: vt *Abeo, ădamo, sŭbeo, ēuoco, dēduco, āmoueo.*

Exceptiones. Hanc legem, &c. Ab hac regula demuntur, à Dico nomina in dicus: *Causidicus, maledicus, fatidicus.*

A Nūbo, Pronŭbus, Innŭbus. Connubium autem variatur.

Ambitus, tamen participium, ab Ambio ambis, producitur, *Ambĭtus* nomen semper corripitur, sicut & ambitio.

Nihilum fit à nil & *hilum*. quod producitur: *nihilum autem* corripitur. Persius, De nihilo, *nihil*, in nihilū nil posse reuerti.

Sōpio, primam producit: at *Semisŏpitus*, eandem corripit.

Agnitus, & cog. id est, *cognitus*, penultima correpta, fiunt à *nōtu*, quod eandem producit.

Comitium. Comitium, quod à simul itando dictum volunt, primam etiam producit, nempe com, licet eadem in Coëo breuietur: nam coëo erat comeo, id est, simul eo, sed fecit euphoniæ causa coëo. Præterea, *Comītium* antepenultimam producit, hoc est, illud i ante t, cùm idem sit breue in coitum, & in simplici itum.

Præpositiones eandem in compositione seruāt quantitatem, quam extra cōpositionem habebant. Per hanc regulam præpositiones in compositione quantitatem priorem seruant, nisi obstet positio, vt Adfero: aut alterius vocalis consequentia, vt Deamo. Hæ magna ex parte ex regulis generalibus cognoscuntur.

Producta octo. Producuntur autem monosyllabæ omnes, quæ non in cōsonantem desinunt, præter Re. Hæ sunt numero octo: A, vt in verbis, *āmando, āuerto*, E, vt *ēligo, ēmitto.* De, vt *depono, deficio.* Di, vt *diluo, diduco.* Præterquàm in *dirimo, & disertus*, de quibus paulò infrà agetur. Præ, vt præpono. Sed hęc etiā diphthongo sua nota est. Co, sequente consona, vt *Cōgo.* Et Re, in dictione Refert, pro vtile est. Itē quoties positione extendun-

A. E. De Di. Præ. Co. Re.

tur: vt in verbis rettuli, repperi, relligio, relliquiæ, & similibus. De Pro, & Se, paulò pòst fiet sermo. *Pro. Se.*

Corripiuntur verò quæ in consonantes desinunt. Hæ ferè sunt etiam octo Ab, vt *ăbeo*: ad, vt *ăduro*: in, vt *ĭneo*: ob, vt *ŏbeo*, *ŏmitto*: per vt *pĕreo*: sub, vt *sŭborno*: super, vt *supĕraddo*: inter, vt *intĕreo*. *O To correptæ Ab, Ad, In, Ob Per, Sub, Super, inter.*

Denique plurimæ syllabę ex analogia quoque temporum & casuum, & terminationum item deprehendi possunt, quã diligens puer ex Etymologia petet. Nam sigillatim omnia repetere, quæ ad hanc rem pertinent, supra modum & institutum præsentis operis foret.

DE SE, ET DI, IN COMPOSITIONE.

Se produc & di: præter dírimo, atque disértus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. Produc se, & di (longas effice in compositione has duas Latinas præpositiones inseparabiles) *fay longues en composition ces deux prepositions Latine inseparables, c'est a dire, qui iamau ne se mettent en l'oraison, si elles ne sont composees auec vne autre diction.*

Except. Præter dirimo, atque disertus (demptis his duabus dictionibus, quæ primam syllabam di corripiunt) *fors & exceptees ces deux dictions, qui ont la premiere syllabe brefue.*

Se, & Di, præpositiones Latinæ inseparabiles, producuntur vt *Sēgrego, dīduco*, &c.

Corripiuntur tamen, *Dĭrimo, dĭsertus*,

Sĕcuris etiam corripitur, quia non a præpositione fit, sed à Seco, as.

DE RE, IN COMPOSITIONE.

Est re, breue: at refert à res, prodúcere debes.

Réiicit, & réicit. Nam quæ iácio tibi format.

I, prius intérdum tollunt, vt corripiántur.

Addit vel demit, metri grauitâte, poëta.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. Est re, breue (re, præpositio inseparabilis, in compositione corripitur) *ceste preposition inseparable* re, *est brefue en composition.*

Exceptiones. At refert à res, producere debes (hoc est, refert verbum impersonale, à nomine res videlicet compositum, produci debet. Quando verò personale est, & à præpositione re cōponitur, corripitur) *ce verbe impersonnel* Refert, *a sçauoir, composé de ce nom* res, rei, *doit auoir la premiere syllabe longue: mais estant personnel, & composé de ceste preposition inseparable* re, *la doit auoir brefue.*

Reiicit, & reicit (id est, reiicio verbum, à re & iacio compositum producit primam syllabam positione, quia in eo verbo i, duplex litera efficitur: vbi autem corripitur, i, consonans abiicitur, vt patet in secundo reicit) *ce verbe* reiicio, *composé de* re, *&* iacio, *a la premiere syllabe longue par position, à cause que ceste lettre* i, *mise entre deux voyeles, est faicte double, c'est a dire, vault autant que deux consonantes: mais lors elle est faicte brefue, que le premier* i, *qui est consonante, est rejetté: comme il appert en ce second* reicit, *exprimé au texte, où* re, *en la scansion se trouue bref.*

Exceptio 2. Nam quæ iacio tibi format (quia verba à verbo iacio, composita) *car les verbes composez de* iacio.

Tollunt interdum prius i, vt corripiantur (abiiciunt aliquando in carmine licitè i, consonātem, vt corripi possint, quod in prosa sine barbarismo non fit) *reiettent aucunefois licitement en carme le premier* i, *a cause dequoy ont aussi la premiere brefue: ce qu'en prose ne se faict sans encourir le vice de barbarisme.*

Annotatio. Poëta addit vel demit, grauitate metri, *le Poete adiouste ou diminue a quelquefois pour la grauité de son carme: ce qui est vicieux en prose, fors qu'en quelques mots qui sont ja de long temps receuz par les Grammairiens.*

Refert impersonale. Re præpositio inseparabilis corripitur: vt *Rĕdeo & rĕditus* pro annuo prouentu. *Rĕnuo*, &c.

At refert, à res, &c. Refert à res compositum producitur, quando scilicet est impersonale: alioqui corripitur, nempè, quando non à nomine res, sed à præpositione re componitur, atque est verbum personale.

Reiicio. Reiicio à re & iacio, producitur positu, quia eo verbo, i.

duplex efficitur: vbi autem corripitur, i cõsonans abiicitur Quod etiam contingit in aliis cõpositis à iacio: vt *Adiicio*, vel *adicio*: *abiicio*, vel *abicio*: *subiicio*, vel *subicio*, &c. Ea abiectio, in prosa barbarismum facit in carmine, in his compositis à iacio, omnibus licet. *Composita à iacio.*

Poëtæ profectò plerunque metri gratia aliquid addunt, aut demunt. Id in prosa esset barbarismus, præterquàm fortè in paucis iam olim in prosa admissis. *Annotatio.*

DE PRO, IN COMPOSITIONE.

Est pro breue in Græcis: pro longum ritè Latínis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Pro, est breue in Græcis (pro, præpositio in compositione Græcorum nominũ semper corripitur) *ceste preposition* pro, *est tousiours brefue en composition des noms Grecs, ainsi comme toutes les autres prepositions esdicts noms, si elles ne sont longues, ou par diphthongue, ou por position.*

Pro longum ritè Latinis (est sup. in Latinis nominibus productam, quando videlicet naturam præpositionis Latinæ retinet: alioqui breuis esset, vt in hoc nomine Prometheus) *moyennant qu'elle retienne la nature de la preposition Latine: car autrement elle seroit brefue, comme en ce nom* Prometheus, *où la premiere est brefue.*

Pro, Græca præpositio semper corripitur: vt Propheta, prolepsis, prologus. At Latina, aliàs longa est, quando videlicet naturam præpositionis Latinæ retinet: vt *Prōficio*, *produco*, *propono*. Horat. Signatum præsente nota producere nomen. Aliàs breuis, vt quando habet significationem particulæ procul: vt *Prŏfugus*, *profundus*, *prophanus*, *proficiscor*, &c. de quibus paulò pòst dicetur. Propertius, Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. *Pro Græca. Pro Latina.*

Cæterùm quod de præpositione Græca Pro, dictũ est, hoc idem de aliis omnibus intelligendum est, nimirùm corripi, nisi quæ vel diphthongo vel positione producuntur. *Omnes præpositiones Græcæ corripiuntur.*

Corripitur ergo: Pro, vt *Prŏmetheus*. Pros, vt *prŏsopon*: En, vt *ĕnthymema*. Syn, vt *synanche*: Apo, vt *apŏcope*: Amphi, vt *amphibole*: Meta, vt *metăthesis*: Anti, vt *antĭtheton*: Para, vt *paradigma*: Hyper, vt *hypĕrbaton*: Ana, vt *analecta*.

Sic corripiuntur cōposita cum his particulis Græcis: Eri, vt *ĕrisicthon*: Pan, vt *Pănetius*: Dis, vt *dĭsexapothos*. Agan, vt *ăganippe*. Homon, vt *hŏmonæa*. Hecas, vt *hĕcate*: Poly, vt *Pŏlydorus*: Palin, vt *pălinodia*: Mega, vt *mĕgapente*.

PRO, CORREPTVM.

Corrípiunt prónepos, prófugus, prófugit, proficíscor,
Et prócio, peto significans: cui iunge procéllo,
Atque profâna, proféssa, profúnda, proféſta, profári.
Sunt contra patrē corrépta, profécto, protéruus.
Propîno vário, procúro, iungo profúndo.
Sic benè docte locas propéllo, propâgo Lucréti.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Pronepos profugus, &c (dictiones textui insertæ) *les dictions comprinses en ce texte.*

Corripiunt (primam sup. syllabam) *ont la premiere syllabe brefue.*

Profecto & proteruus, sunt correpta contra patrem (id est, corripiūtur contra regulam primitiuorum suorum, quorū debet esse eadem quantitas, quæ est deriuatorum, & contra) *ces deux dictions ont la premiere brefue, contre la reigle de leurs primitifs, desquels la quantité doit estre telle que celle de leurs deriuatifs, & au contraire.*

Vario, propino, procuro, & profundo (hæc tria verba variant primam apud probatos authores, idque potissimum apud Lucretium) *ces trois verbes ont la premiere indifferente enuers les autheurs approuuez, & principalement enuers Lucrece, qui la fait tantost longue, tantost brefue, comme de* propello. *&* propago.

Dictiones textui insertæ corripiunt Pro, inter quas, propino, procuro, profundo, propello, & propago verbum, variant: propello quidē & propago, apud Lucretiū potissimū. *Pro varians.*

Propago autem nomē, cum significatione mutat & quātitatē. Nam pro vite (quæ & propages dicitur) producitur: vt Flexos *prōpaginis* arcus. Pro posteritate autem siue progenie, corripitur: vt, Sit Romana potens, Itala virtute *prŏpago*. Sūt autem qui semper breuem esse dicant, nisi quòd carminis causa geminatur. *Propago nomen.*

Meminisse verò oportebit regulæ deriuatorum, quorum eadē est quantitas, quæ est primitiuorū: vt à Procello, procella: à pronepos, proneptis: à profugio, profugus. Itē participiorum ac nominum verbalium, aduerbiorúmque. *Deriuatiuorū regula.*

Cæterùm adnumeratur inter alia Procio. Ego verò primam ipsius semper produci existimauerim, ex quo fiat supinum Procitum, penultima etiam producta. At cùm prima verbi, & penultima supini corripiuntur, non iā procio, sed procieo per secundam coniugationem proferendum puto: ex quo oriuntur Proco, as, procus, procax, procacitas, procaciter, reciproco, reciprocus, reciprocatio. *Procio.* *Procieo.*

Discernenda quoque sunt, quæ à pro componuntur, ab his quæ à prope & procul: similiter & à simplicibus. In his enim quantitas mutatur.

DE I, ET O, IN COMPOSITIONE.

Pars si compónens fini prior i, vel o, donat,
Sit breue: cunctípotens & Timótheus, manifestant.
Quòd si non semper manet, i, prodúcito semper.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Si prior pars componens (si pars prior dictionis compositæ, siue Græca sit siue Latina) *si la premiere partie de la diction composée, ou qu'elle soit Grecque, ou Latine.*
Donat i, vel o, fini (terminatur in i, vel in o) *est terminé en i, ou en o.*

Regula general. Sit breue (illud i, vel o, scilicet: id est, prima pars istius compositionis corripiatur) *ceste premiere partie de composition, ainsi terminee en* i. *ou en* o, *soit brefue.*
Cunctipotens & Timotheus manifestant (hæc duo nomina istud apertè declarant, quorum prima pars compositionis breuis est) *ces deux noms icy exprimez declarent cecy apertement desquels la premiere partie de la composition, à sçauoir* ti, *&* mo. *est brefue.*

Exceptio. Quòd si non semper manet (id est, sed si partes compositionis non semper cohæreant, sed diuidantur, & separatim legantur) *mais s'il aduient que les parties ainsi composees ne s'entretiennent, mais soient dissepar ees, & se lisent à part l'vne de l'autre, & separément.*
Producito semper i, quia tunc non compositionis, sed propriam retinebunt quantitatem, & ideo i, semper producetur) *car lors icelles parties retiendront leur propre quantité, non celle de la composition, a raison dequoy* i, *sera tousiours long comme en ce mot* magni pendo, *où la derniere de* magni, *ainsi diuisee de* pendo, *est longue.*

Huius regulæ bina diuisio. Prima. Hæc regula duas habet partes, quarũ prior est: Dictiones cõpositæ, siue Latinæ, siue Græcæ, terminantes in i, primam partem compositionis breuiant: vt *Sesquipes, semiuir, vitisator, archigenes, antitheton sacrifico sacrificium, cunctipotens, omnipotens, domicœnium, armiger, identidem, ignifer, ensifer, magnificus, artifex, multiuolus, fatidicus, multiplico, octipes.* Et quæ componuntur à Bi & Tri: vt *Biceps, bidens, triceps, tricorpor, tricuspis, tridens, triuium, biuium, quadriuium, bifidus, trifidus, biforis, trifaticus, biiugus, quadriiugus, triformis.*

A Bi & Tri, composita.

Sed si partes compositionis diuidantur, & seorsum legantur, tunc non cõpositionis, sed propriam retinebunt quantitatem: vt Magni pendo, apud Horatium, Non magni pendis, quia cõtigit, at mihi curæ. Sic magni facio, & Si quidẽ.

Secunda pars regulæ. Posterior pars regulæ est: Dictiones Græcæ terminantes in o, primam partem compositionis breuiãt illud o: vt *Dorothea, Samothracia, Timotheus, Cymothoe, Leucothea, Prototomi, Zelotypus, Carpophoros, Demophoon, Philosophus, Astronomus.*

In Latinis autem, quædam producuntur: vt *Octoginta, october*: quædam corripiuntur: vt, *Controuersia.*

Intrò & Retrò variantur, vt extra compositionem.

EXCEPTIONES A REGVLA PRÆCEDENTE.

A quotus atque dies, rectè variâto. At ibidem,

Et tibîcen erit longum: cui iungis vbique.
Prótrahit Ausónius matricîdam grauitâte.
Lagôpus, geólopus, atque theóphila produc,
Cum Leucópetra, geómetra iúngitur aptè.
Quod médius facit atque dies, prodúcito semper.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Rectè variato (commune aptè facito) *tu pourras sans commettre faulte ne vice en la quantité, faire ou long ou bref.*

A quotus atque dies (nomen compositum sup. scilicet quotidianus) *le nom composé de* quotus *&* dies, *assauoir*, quotidianus, *duquel la seconde syllabe* ti, *est indifferente.*

At ibidem, & tibicen erit longum, cui iungis vbique (id est, sed hæ tres dictiones producunt i, secundo loco positum) *mais ces trois dictions prolongent le second* i, *de leur composition.*

Regula general. Ausonius protrahit matricidam grauitate (Ausonius poëta celeberrimus, in Monostichis Cæsarum, propter metri grauitatem, producit hoc nomen matricida) *le Poete celebre & renommé Ausone, fait longue ceste syllabe* ci, *en ce nom* matricida, *pour la grauité de son carme.*

Produc Lagopus, geolopus, Theophila, Leucopetra, & geometra (longam facito secũdam syllabam horum quinque nominum) *fay longue la seconde syllabe, qui est* o, *de ces cinq noms composez icy exprimez.*

Producito semper, *fay aussi tousiours longue la seconde syllabe de ce nom* Meridies.

Quod medius facit atque dies (quod componitur ex his nominibus medius & dies) *lequel est composé de ces deux noms* medius, *&* dies.

A Quotus & Dies, fit Quotidie, & hinc Quotidianus: & variari potest vtrunque, sicut & Siquidem & Vbicunque.

At *Ibidem, Tibicen, Vbique,* producunt i, scilicet secundo loco positum: tibicen quidem per synæresin: componitur enim à tibia, a mutato in i: sed ex duabus breuibus contra-

ctione facta in vnam longam. *Tubĭcen* autem corripitur, quia à tuba componitur.

Eadem ratione & *Bīgæ, trīgæ, quadrīgæ, aurīgæ,* quæ contrahuntur, pro Biagæ, triagæ, quadriagæ, auriagæ. Omnis autẽ contractio producitur.

Producuntur etiam *Scīlicet & īlicet*, quæ à Scire vel Ire, & Licet componuntur, per remotionem syllabæ re.

Matricida. Ausonius, metri grauitate producit Matricîda in Monostichis Cæsarum, cùm ait: Matricida Nero proprij vim pertulit ensis.

Lagōpus, auis leporino villo pedes habens: *Geolopus,* id est, terræ tumulus: *Theōphilus, Theōphila,* propria: *Leucōpetra*, loci nomen, & interpretatur Alba petra: *Geometra*, notæ significationis, producunt o.

Meridies. *Meridies*, quasi medius dies producitur semper. Sic & *Meridio, & meridior.* Sic *Pridie & postridie.* Sic *Meridianus, & pomeridianus pridem.* Sic *Biduum, triduum, quatriduum.*

Minotaurus Idem. His addi debet *Minotaurus*: & Idem masculini generis: nã neutri corripitur. Virgil. Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ. Et, Idẽ amor exitium est pecori, pecorísque magistro. Iuuenal. Si fecisset idẽ, caderet sub iudice morum.

Vigesimus. Producuntur & *Vigesimus, vicesimus, viceni, vicies, viginti, vigessis, triginta, trigesimus, tricesimus, tricies, triceni.*

Pedissequus. Producuntur & Pedissequus, pedissequas, sed geminato s. Alioqui corripiuntur.

De e, in fine primæ partis compositionis. E verò, in cõpositione prioris partis fine, variatur: vt Valedico, tepefacio, tepefio, humefacio, humefio, liquefacio, liquefio, patefacio, patefio, expergefacio, expergefio: & quęcunque sunt huiusmodi compositionis. Tamen excipiuntur Malefacio, benefacio, beneficus, & ne quicquam.

Quorum duo priora corripiuntur, posteriora verò producuntur. Quæ item ex duobus corruptis, aut ex corrupto & integro componuntur, corripiunt e, si prior pars in illud desinat: vt, Huiusmodi, eiusmodi.

Ve autem in compositionis priore parte, semper producitur: vt, Vegrandis, vecors, vesanus, veiouis.

DE PRAETERITIS DISSYLLABIS.
Regula septima.

Præteritîua tenent primam dissyllaba

longam.

Tolle bibit, ſcidit, & fidit, ac tulit, ortáque do, ſto.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. Præteritiua diſſyllaba (præterita duas tantùm habentia ſyllabas) *les preterits qui n'ont ſeulement que deux ſyllabes.* Tenent primam longam, *ont la premiere longue.*

Except. Tolle bibit, ſcidit, &c, (excipe ab hac regula hæc ſex præterita duarum ſyllabarum cum ſuis compoſitis, quæ primam habent correptam) *excepte ces ſix preterits de deux ſyllabes auec leurs compoſez, qui ont la premiere breſue, comme de* do, das, de*di, de* ſto, ſtas, ſteti.

Præterita diſſyllaba habent priores longas : vt *Līqui, fūgi, legi, feci, veni, cudi, ſui, &c.*

Tolluntur ſex, *Bibi, ſcidi, fidi, tuli, dedi, ſteti*, cum compoſitis, *addidi, attuli, aſtiti, ebibi, reſcidi, diffidi*, quæ breuiant. Virgilius 9. Æneid. Liquefacto tempora plumbo Diffidit, & multa porrectum extendit arena. *Sex præterita à regula excepta.*

Si plura correpta fortè inueniantur, ne imiteris : quia aut mendum eſt, aut licentia non imitanda.

Excipiuntur item, quæ duabus vocalibus veniunt : ſiue propria neutra, vt Rui, plui, lui, &c. ſiue per ſyncopen, vt Ii, pro iui: iuï, pro iuui, apud Catull. Non ita me diui, vera gemunt, iuĕrint. Sic Petiï, pro petiui, &c. *Secunda exceptio.*

DE GEMINATIS PRAETERITIS,

Regula octaua.

Corrípiunt bina geminántia, ceu cecidérunt.

Tolle cecidérunt à cædo : à pedo, pepédi.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. Geminantia (præterita ſupple, ſuum principium reduplicantia) *les preterits qui doublent leur premiere ſyllabe.* Corripiunt bina (hoc eſt primam & ſecundam ſyllabam, niſi poſitio impediat) *ont la premiere & ſeconde ſyllabe breſue, ſi la poſition n'empeſche la ſeconde.* Ceu cecĭderunt, *comme il appert par ce preterit, qui vient de* cado, cadis.

Except. Tolle ceciderunt à cædo, *tu excepteras ce preterit qui vient de* cædo, cædis, *escrit par vne diphthongue, comme* pepedi à pedo, *qui tous deux ont la seconde longue.*

Præterita geminantia. Præterita geminantia principium, primam & secundam syllabam corripiunt, nisi positio impediat: vt, *Tĕtĭgi, pĕpĕri, pĕpŭli, tŭtŭdi.*

Exceptio. At *Spŏpondi, & fĕfelli, tŏtundi, pĕpendi, tĕtendi*, & si qua sunt similia, primam tantùm corripiunt, quia secunda positione afficitur.

Cecidi. In Cecidi verò à cædo, & Pepedi à pedo, prima tantùm corripitur. At in Cecidi à cado, vtraque corripitur, iuxta regulam, Composita thematum quantitatem seruãt: vt Ouid.
Contudit ingenium patientia longa malorum.

DE SVPINIS DISSYLLABIS.

Regula nona.

Cuncta supina tenent primam dissyllaba longam,
Præter nata sero, cíeo, lino, sto, sino, sisto.
Do, ruo, cũ queo, eo, reor. At statûrus, atum dat.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Cuncta supina dissyllaba (duas tantùm possidentia syllabas) *tous supins de deux syllabes seulement.* Tenent primam longam (producunt priorem syllabam) *ont la premiere syllabe longue.*

Except. Præter nata sero, cieo, lino, &c. (præter ea quæ ab his vndecim verbis oriuntur) *fors & excepte ceux qui sortent de ces onze verbes icy exprimez, qui ont la premiere brefue.* At atum, id est, supinum statum à sto, dat staturus (hoc est, staturus participium futuri temporis, contra primitiui naturam, primam producit) *ce participe du futur temps* staturus *contre la nature du supin, duquel il descend & est formé, a la premiere syllabe longue.*

Supina dissyllaba producũt priorem syllabam: vt *Lūsum cusum, fusum, cretum, visum,* &c.

Composita simplicium quan- Eandem autem retinent quantitatem in compositione: vt *Polūtum, elutum, dilutum,* à lutum, *elusum, delusum, illusum,* à

lusum: Persius satyra 3. *Dilutas* queritur geminet quòd fistula guttas. *sitatem retinent.*

Eximunt à regula, *Sătum*, à sero: *cĭtum*, à cieo: *lĭtum*, à lino: *stătum*, à sto & sisto: *sĭtum*, à sino, hinc *sĭtus*: vt, Hic situs Phaëton, currus auriga paterni. Sic *Dătum*, à do: *rutum*, à ruo: *quĭtum*, à queo. *ĭtum*, ab eo: *rătum*, à reor. *Exceptio.*

Staturus autẽ cõtra primitiui naturam, primam producit. *Staturus.*

Excipiuntur & à Nosco composita, Agnitum & cognitum, de quibus suprà actum est.

DE SVPINIS IN TVM EX *preteritis in ui, Regula decima.*

Præ tum vocâlem de ui, réliquis dabo longam.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Dabo reliquis (supinis non dictis) *ie donneray aux autres supins non mentionnez.*

Vocalem longam præ tum (productam vocalem ante tum) *la voyele longue deuant ceste syllabe* tum, *comme en ces supins,* expeditum, petitum, spectatum, &c.

De ui (supple formatam) *formee du preterit termine en* ui, *par vne seule syllabe.*

Omne supinum non dictum, mutans ui syllabam in tum, producit vocalem ante tum: *Expeditum, petītum spectatum*, &c.

His addenda supina polysyllaba in utum, siue simplicia, siue composita sint, quæ omnia producuntur: vt *Argutum, indutum, tributum, complutum, solutum, volutum, statutum, sequutum, loquutum, obtutum.* *Supina polysyllaba in utū.*

Excipe composita à rutum: vt *Dirutum*. Ouid. Diruta sunt aliis, vni mihi Pergama restant. *Exceptio.*

Producunt & *obitum*, ab obliuiscor: *iratum*, ab irascor: omniúmque deponentium ac communium formata ab inusitatis præteritis in ui: vt à potior, *potitum*, quia formatur ab inusitato potiui. Sic *blanditum* & *largitum*, ab inusitatis largiui & blandiui. *Sic recordatum, patrocinatum*, à recordaui, & patrocinaui. Sed *fuĭtum*, breuiatur, & *tuĭtum*. At non imitaberis eos, qui antepenultimam in Perituius corripiunt. *Supina verborum deponentium & communium formata ab inusitatis preteritis, producuntur.*

DE VERBORVM CREMENTIS. *Regula vndecima.*

Crementum verbi est, vbi exceditur secunda persona nu- *Crementum verbi quid.*

meri singularis, præsentis temporis indicatiui modi, actiuæ vocis. Quæ si defuerit, qualis foret, fingenda est: vt Amamus crescit, quia excedit hanc personam Amas. Oscularis crescit quia si secunda persona actiuæ vocis foret, ipsa esset Osculas.

Vocalis in primo cremento, quæ. Vocalis in primo cremento, est quæ erat secundæ personæ, præsentis temporis, indicatiui modi, vltima. Reliquæ in secundo cremento esse dicuntur.

A, IN CREMENTIS VERBORVM.

A crescens produc: nisi creménto Dare primo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Produca crescens (fac a literam longam in omni cremento verborum) *fais a long en tout crement des verbes.*

Exceptio. Nisi Dare (præter infinitiuũ istum à do, das, cum suis primæ coniugationis compositis) *fors cest infinitif* dare, *auec ses composez de la premiere coniugaison, qui l'ont brefue.*
In primo cremento, *au premier crement.*

A, igitur in omni cremento producitur: vt, *Amāmus, legebāmus.*

Exceptio. Excipiuntur in primo cremento Do, das, *dăre*, cum suis primæ coniugationis compositis: vt, *Venundăbam, pessundăbam, circundăbam*, &c.

Ouid. Cùm dare non possem munera, verba dabam.

In secundo verò cremento producitur: vt, *Dabātur, dabāmus, dederāmus*, &c.

E, IN CREMENTIS VERBORVM.

Ni subit r, produc e, semper: quum subit r, do.

Cum sócio ternæ breue præsens: prótrahe rêris.

Semper e corrípitur præ rem, rim, ro: beris adde.

In

In réliquis produc, quamuis stéterunt Maro dicat.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Produc e, semper (id est, in vtroque cremento) *fais e, long en l'vn & l'autre crement.*

Exceptio 1. { Nisi subit r, (nisi postponatur) *sinon qu'vne r, s'ensuyue.* Quum subit r (cum r, sequitur literam e) *quand r, vient apres e.* Do præsens (sup. tempus) ternæ coniugationis) cum socio (id est, præterito imperfecto subiunctiui modi) breue (correptum) *je donne bref tout temps present de la troisiesme coniugaison, auec son compagnon, qui est le preterit imparfait du subiunctif.*

Exceptio 2. { Protrahe reris (id est, re ante ris vel re, in omni coniugatione) *fay longue ceste syllabe re, deuant ris, ou re, en toute coniugaison.*

Exceptio 3. { Semper e, corripitur præ rem, rim, ro. e, *est tousiours bref deuant ces trois terminaisons, qui sont le preterit imparfait, le preterit parfait, & le futur du coniunctif.* Beris adde (adiunge iis has duas terminationes, beris, vel bere, quæ sunt futuri temporis verborum primæ vel secundæ coniugationis) *adiouste aux precedentes ces deux terminaisons* beris & bere, *qui sont au futur temps des verbes de la premiere ou seconde coniugaison.* Produc in reliquis (temporibus sup. e, vt in tertia persona plu. numeri præteriti perfecti temporis, omnium verborum, & in futuro tertiæ coniugationis, vocis passiuæ, &c.) *aux autres temps, comme en la tierce personne du plurier nombre du preterit parfait de tous verbes, & au futur de la troisiesme coniugaison pour la voix passiue, fais e, long.* Quamuis steterunt Maro dicat (licet Virgilius licenter correptum protulerit steterunt in hoc tamen non imitãdus) *combien que Virgile ayt fait bresue ceste tierce personne du preterit parfait de l'indicatif, qui de nature est longue: en quoy il ne doit estre suyuy ne imité de tous poetes.*

E, in vtroque cremento producitur: vt *Flēbam, amēmus, amarēmus, docēmus, legēbam*: nisi postponatur r. Nam tunc corripitur omne præsens tertiæ coniugationis: vt *Lĕgor, legĕris, legĕre, legĕremus, legĕrem.* Cum socio, id est, præterito imperfecto subiunctiui modi. E.

Re, ante re, vel ris, producitur in omni coniugatione: vt *Amarēris*, vel *amarēre: docereris*, vel *docerere: legereris*, vel *legerere: audireris*, vel *audirere.* Re.

E, ante rem, rim, ro, semper corripitur: vt *Legĕrem, legĕrim, legĕro.* Sic *Amauĕram*, &c. E, ante rem, rim, ro.

Beris, vel bere, corripitur: vt *Amabĕris, amabĕre.* Beris vel bere.

Cætera producuntur: vt *Stetērunt, legērunt.* Sic futurũ tertiæ

coniugationis, *Legeris*, vel *legere* : *abuteris*, vel *abutere* : qualia Virgilius & plures licenter corripuêre, quos nos non imitabimur.

In crementis tamẽ primis verborum, Sum, Fero, & Volo, e ſemper corripitur, niſi obſtet poſitio: vt *Erã, ero, feram, velim.*

I, O, ET V, IN CREMENTIS VERBORVM.

I, produc primo cremento, dúmmodò quartæ
Eſt verbum. Debet ſemper producier iui.
Córripe prætéritis imus úndique: vénimus edit.
In ſubiunctíuo rimus, ritíſque licénter
Inuénies. Nolîto, velîto, velîmus, & itis,
Et ſimus, ſitis produc. Erit u breue, non o.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Produc i, primo cremento, dummodò verbum eſt quartæ, (facito i, longum ſemper in primo cremento verborum quartæ coniugationis) *fay longue ceſte lettre i, au premier crement des verbes de la quatrieſme coniugaiſon.*

Iui debet ſemper produci (id eſt, præteritum in iui, exiens, debet vbique producere i ante ui, & in omnibus temporibus ab eodem præterito formatis) *tout preterit terminé en* iui, *doit touſiours faire* i *long deuant* ui, *& en tous les temps formez d'iceluy.*

Except.

Corripe vndique imus præteritis (breuia in omni præterito literam i, ante mus) *fay breſue ceſte lettre* i, *en tout preterit, de quel que coniugaiſon que ſoit le verbe, deuant ceſte ſyllabe* mus.

Venimus edit, *comme il appert par ce mot* venimus, *ou* i, *deuant* mus, *eſt bref.*

Inuenies in ſubiunctiuo rimus, ritiſque licenter (id eſt, i, literam aliquando productam reperies ante mus, per licentiam poeticam apud probos authores : quod notandum

potius quàm imitandum censuerim) *tu trouueras à quelque fois ri, deuant mus, longue, par vne licence poetique: ce que i'estime digne d'estre noté plustost, qu'imité.*

Produc nolito, velito, velimus, & itis, id est, velitis, &c. *Fay longue la penultime des verbes icy exprimez.*

Reg. ge. Erit, u, breue, non o (u, corripitur in cremento, & o, producetur) V, *sera bref au crement ou il se trouuera, en quelque coniugaison que ce soit: & o, sera long.*

I, in primo cremento verbi quartæ coniugationis semper producitur: vt *Audīmus, audītis, audīre, audīrem*, &c. *Ibā, ibo*, &c. *I.*

Item in verbis Sum, Nolo, & Volo, cum compositis: vt *Sītis, nolito, velimus, velitis, possimus*, &c.

Item præteritum in iui producit vbique i, ante ui: vt, *Petiui, petiueram.* *Iui.*

Imus in omni præterito corripitur: vt *Vidimus, audiuimus*: nisi in substantiui præterito, in quo *rimus*, & *ritis*, licenter producuntur, &c.

O, in cremento producitur: vt *Amatōte*. V verò corripitur: vt *Volumus, possumus, quæsumus*. Cætera nota sunt. *O.* *V.*

DE NOMINVM CREMENTIS,

Regula duodecima.

Crementum nominis, pronominis, & participij, est excessus obliqui in syllaba vel syllabis supra nominatiuũ eiusdẽ numeri: vt Puer, pueri: qui, quorũ: amantes, amantium, &c. *Crementum nominis quid.*

Incremento autem plurali, a, e, & o, producuntur: vt *Hārum, rērum, hōrum.* *a, e, o.*

I, & u, corripiuntur: vt *Artibus, Artubus.* *i, u.*

Prima declinatio, in singulari non crescit, nisi pro æ dicatur aï, de quo suprà satis dictum est. *Prima & quarta declinatio non crescit.*

Nec quarta, nisi in datiuo, vbi est vocalis ante vocalem, vt dictum est. Ergo à secunda auspicabimur.

CREMENTVM SECVNDÆ

declinationis.

Quæ séquitur primam, tantùm prodûcit Ibéri.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. Quæ sequitur primam (id est, secunda declinatio nominum) *la seconde declinaison des noms.*

Producit tantũ Iberi (solũ penultimã genitiui huius nominis Iberi, cũ suo composito Celtiberi) *fait longue la penultime du genitif de ce nom Iber, seulement, & de son composé* Celtiber.

Vnicum produ ctũ in secunda declinatione.

In secunda declinatione vnicum producit penultimam genitiui, Iber, *Ibēri*: & eius compositum Celtiber, *Celtibēri*.

TERTIÆ CREMENTVM, A, & O.

Dic atis: onis ab o fer: inis breue, prótrahis enis.

On si vertis in o, mensus sit qui fuit antè.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Dic atis (corripe penultimam genitiui crescentis nominum tertiæ declinationis terminatorum in a) *fay bresue la penultime du genitif croissant des noms de la tierce declinaison, terminez en a, comme* Thema, thematis.

Fer (id est, dic) onis ab o, *dy que les noms terminez en o, ayans le genitif croissant en* onis, *ont* o, *long, deuant* nis, *comme* Cato, Catonis.

Inis breue, *Ceux qui ont* i, *deuant* nis, *en leurs obliques, l'ont bref, comme* Virgo virginis.

Protrahis enis, *Ceux qui ont* e, *deuant* nis, *l'ont long, comme* Anio, anienis.

Si vertis on in o (si Græca nomina terminata in on, amittant n, in nominatiuo (*si les nõs Grecs terminez en* on, *delaissent ceste lettre* n, *en leur nominatif, comme.* Agamemnon. Agamemno.

Mensus sit qui fuit antè (habeant eandem quantitatem quam prius habebant, quum in on desinerent) *ayent la mesme quãtite qu'ils auoient parauant estans terminez en* on.

A.

A corripitur: vt Poëma, *poëmatis*.

O, onis, onis, inis. On.

Ab o, producuntur onis & enis: vt Cato, *Catōnis*: Anio *Aniēnis*. Inis autem ab o, corripitur: vt Virgo, *virgĭnis*, &c.

On si vertis in o, &c. Si Græca in on amittant n, seruant in obliquis quantitatem, quam habuerant: vt Agamemno, *Agamemnōnis*: Briton, *Bretōnis*. Sic Brito, *Britōnis*: Saxo, *Saxŏnis*, Macedo, *Macedŏnis*, & cætera, quæ corripiuntur.

C.

Dices halêcis: nec spernes Melchisedécis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.

Dices halecis, &c. (id est, dabis his duobus nominibus penultimam genitiui longam) *tu bailleras à ces deux noms icy exprimez la penultime syllabe de leur genitif longue.*

Halec, *halēcis*, Melchisedec, *Melchisēdecis*, producunt pen.

D.

Dauid Dauîdis dices. Bógudis Bogud optat.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg.ge. Dices Dauid, Dauidis (tu produces penultimam huius genitiui Dauidis) *tu feras longue la penultime syllabe de ce genitif* Dauidis.

Bogud optat Bogudis. *Ce nom veult auoir la penultime de son genitif brefue.*

Producitur etiam *Dauīdis*. Bogud, *Bogŭdis*, corripitur. *Dauid. Bogud.*

L.

Mascúleum dat alis: neutrum formâtur ab alis.

Elis, cum Solis produc: réliquis breuiâtis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Masculeum dat alis (nomen masculini generis desinens in al, habet penultimam genitiui correptam, vt hic Hannibal, Hannibalis) *le nom du masculin genre termine en al, fait la penultime de son genitif brefue.*

Neutrum formatur ab alis (sed neutri generis nomen exiens in al, producit genitiui penultimam, vt capital, capitalis) *mais le nom neutre terminé en* al, *fait longue la penultime de son genitif.*

Regula general. Produc elis cum Solis (id est, in el desinentia nomina, producunt genitiui penultimam, cum hoc genitiuo Solis, vt Gabriel, Gabrielis) *les noms qui se finent en* el *au nominatif, sont longue la penultime de leur genitif, auec cest autre genitif* Solis, *venant de* Sol.

Reliquis breuiatis (cæteris genitiuis à nominibus in el, proficiscentibus correptis) *en faisant la penultime brefue des autres genitifs des noms terminez en* el.

Al, alis, masculini generis, corripit penultimam: vt Sal *salis*, Hannibal, *Hannibălis*, &c. *Al masculina.*

Neutra producuntur: vt Capital, *capitālis*, &c. Sic Michaël, *Michaēlis*, *Danĕlis*, &c. Et Sol, *sōlis*, Reliqua corripiuntur. *Al, neutra. Et, Sol.*

N.

On nimis incértum est. En inis dat, Cætera produc.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

On nimis incertum est (tanta est varietas & incertitudo genitiuorum nominum desinentium in on, vt non possit de iis dari certa regula. Nam multa sunt quæ producuntur, & multa quæ corripiuntur) *l'incertitude & varieté des genitifs des noms terminez en* on, *est si grande, qu'on n'en peult donner certaine regle. Car d'entre eux il y en a plusieurs qui ont la penultime longue, & les autres brefue.*

Regula general.

En dat inis (nomen in en, corripit genitiui sui penultimam vt nomen, nominis) *le nom terminé en* en, *fait brefue la penultime syllabe de son genitif.*

Cætera produc (reliqua vel in an, vel in on, vel in in desinẽtia, producunt genitiui penultimam, vt Pæan Pæanis, Damon damonis, Delphin delphinis, *tous les autres en* n, *terminez font longue la penultime de leur genitif.*

On productum. De On, nequeo dare certam regulam: nam multa producuntur: vt Babylon, *Babylōnis*, Cytheron, *Cytherōnis:* Simeon, *Simeōnis*, &c. Multa corripiuntur: vt Canon, *Canŏnis*, Dęmon, *Dæmŏnis*, Mammon, *mammŏnis.*

On correptum. En inis, corripitur: vt Nomen, *nomĭnis*, Cætera producuntur: vt Pæan, *Pæānis, Damonis, Delphinis.*

R.

Aris prodûco neutris. Nectar, iubar aufer.

Prótrahe nar, naris, furis, veris, recimêris.

Byzer, Ser, & Iber: in ter Græcum, æthere dempto.

Oris, ab or, produc. Cum neutris córripe Græca.

Arbóris, & mémoris bréuies, indictáque cuncta.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge.

Produc to aris neutris (fac longam genitiui penultimam nominum neutri generis nominatiuorum terminantium in ar) *les noms du neutre genre terminez en* ar *à leur nominatif, fōt longue la penultime du genitif,* aris, *comme* Torcular, torcularis.

Exceptio.
Nectar, iubar, aufer, (tolle ab hac regula hæc duo nomina neutri generis, quæ penultimam genitiui corripiunt) *excepte de ceste reigle ces deux noms du neutre genre, qui ont la penultime de leur genitif brefue.*
Protrahe, nar, naris, &c. (fac penultimam genitiui longam septem nominum in textu contentorum) *fay longue la penultime syllabe du genitif des sept noms contenus en ce texte.*

Regula general.
In ter Græcum (protrahe sup. nomen Græcum in ter desinẽs) *fay aussi longue la penultime syllabe du genitif des noms Grecs terminez en* ter.

Exceptio.
Æthere dempto (excepto hoc nomine æther, quod penultimam genitiui breuem habet) *excepte ce nom,* Æther, *qui a la penultime de son genitif brefue.*

Regula general.
Produc oris ab ore, *les genitifs en* oris *venans des noms terminez en* or, *en leur nominatif, ont la penultime longue.*

Exceptio 1.
Corripe Græca cum neutris (sed quæ Græca sunt, corripiuntur cum neutris) *mais les noms Grecs, & les Latins du neutre genre, ont la penultime brefue.*

Exceptio 2.
Breuies arboris & memoris (breuiabis penultimam genitiui horum duorum nominum) *tu breuieras la penultime du genitif de ces deux noms icy exprimez.*
Indictáque cuncta (& reliqua alia non dicta) *& tous les autres desquels il n'a point encore esté parlé, comme* mulieris, gutturis, &c. *qui ont la penultime brefue.*

Aris ab ar neutri generis, producitur: vt Laquear, *laqueāris*: Torcular, *torculāris*, &c. Tolluntur *Nectăris*, *Iubăris*, & quædam propria, vt Hamilcar, *Hamilcăris*. *Ar, neutrum.*

Protrahe nar, &c. Producuntur quæ sequuntur in litera, Nar, *nāris*, fluuij nomen. Fur, *fūris*. Ver, *veris*. Recimer, *Recimeris*, viri proprium. Byzer, *Byzeris* populus. Ser, *Seris*, populus à Sera vrbe, apud quā sunt lanigeræ arbores, vnde serica vestimenta conficiuntur. Iber, *Iberis*: Hispanus. *Exceptio.*

In ter Græcum, &c. Græca in ter, producunt penultimam genitiui: vt Crater, *crateris*: character, *characteris*. Excipitur Æther, *ætheris*. *In ter Græca.*

Oris ab or, produc, &c. Produc oris ab or: vt Amor, *amōris*, &c. Sed neutra corripe: vt Marmor, *marmŏris*, &c. Et Græca vt Castor, *Castŏris*: Hector, *Hectŏris* cum *memŏris*, à memor, *&* *arbŏris*, ab arbor: & cum omnibus non dictis: vt *Mulieris, gutturis, martyris*, &c. *Or.* *Non dicta.*

A S.

Atis, ab as, produc. Ab anas, ánatis, breuiáto.

Cætera corrípies, nisi vasis: dico vadis, vas.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Producat is, ab as (longam facito penultimam genitiui nominum terminatorum in as) *fay longue la penultime du genitif des noms terminez en* as.

Regula general. Breuiato anatis ab anas (excipe à regula hoc nomen Anas, quod anatis facit in genitiuo, penultima breui) *tu excepteras de la reigle de ce nom* Anas, *qui fait brefue la penultime de son genitif.*
Cætera corripies (vt Græca mittentia genitiuum in adis) *tu feras aussi par mesme moyen la penultime du genitif brefue de tous les autres noms terminez en* as, *comme des Grecs qui font leur genitif en* adis.

Subexceptio. Nisi vasis (hoc nomine vas, excepto, quum in genitiuo habet vasis, quia tunc habet primam longam) *fors & excepte ce nom* vas, *faisant* vasis, *la premiere longue à son genitif.*
Dico vadis, vas (cùm verò habet vadis, in genitiuo primam corripit) *mais quand il fait* vadis, *à son genitif, il a la premiere brefue.*

As. As, atis, producitur: vt Pietas, *pietātis*: æquitas, *æquitātis*: bonitas, *bonitātis*, &c.

Exceptio. Demuntur Anas, *anătis*, auis: Mas, *măris*: Vas, *vădis*. Et Græca mittentia genitiuum in adis: vt Pallas, *Pallădis*: Lampas, *lampădis*, &c.

E S.

Es bréuiat: nisi cum lócuples, mercésque, quiésque:
Sic hæres. Græcum iungo, quod præbuit etis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Es breuiat (penultimam sup. genitiui) *le nom terminé en* es, *a brefue la penultime syllabe de son genitif.*

Except. Nisi cum locuples, &c. (exceptis his quatuor nominibus, quæ habent penultimam genitiui productam) *ces quatre noms icy exceptez, qui ont la penultime de leur genitif longue.*
Iungo Græcum quod præbuit etis (quibus iunguntur & nomina Græca etis in genitiuo habentia) *ausquels sont ioincts les noms Grecs, qui font leur genitif en* etis: *car ils ont la penultime longue.*

Es breuiat penultimã genitiui: vt Miles, *militis*: Interpres, *interpretis*: Ceres, *Cereris*, &c. *Es:*

Producũtur verò Locuples, *locupletis*: merces, *mercedis*: quies, *quietis*: hæres, *hæredis*: tapes, *tapetis*: lebes, *lebetis*, &c. *Exceptio.*

I S.

Is bréuiat. Tollo glis, gliris, quódque dat itis.
Et Psophis, Crenis, Nesis: Græcum quod in n fit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Is breuiat (penultimam sup. genitiui) *le nom terminé en* is, *a brefue la penultime de son genitif.*

Exceptio.
Tollo glis, gliris, quódque dat itis (excipio hoc nomen glis, quod in genitiuo habet gliris, penultima producta, & quæ habent itis) *excepte ce nom* glis, *qui en son genitif a* gliris, *la penultime longue: & ceux qui ont* itis, *au genitif, auec trois autres au texte exprimez.*

Græcum quod in n, fit (& nomina Græca quæ in nominatiuo duas obtinent desinentias, is, & in: qualia sunt Salamis, vel Salamin, genitiuo Salaminis, penultima longa) *& les noms Grecs qui ont deux terminaisons en leur nominatif,* is, *&* in, *comme sont* Salamis, *&* Salamin, *qui a au genitif* Salaminis, *la penultime longue.*

In is corripiunt penultimam genitiui: vt *Lapidis, Isidis, cineris*, &c. *Is.*

Sed producunt Glis, *gliris*, & quæ habent itis: vt Dis, *ditis*: Sic Samnis, *samnitis*: Quiris, *quiritis*. Lis, *litis*. Et Psophis, *Psophidis*, nomen vrbis: Crenis, *Crenidis*, Nymphæ nomen: Nesis, *Nesidis*, insula adiacens Campaniæ. *Exceptio:*

Adde Græca in is, quæ per n etiam finiuntur: vt Salamis, *Salaminis*: Trachis, *Trachinis*, &c.

O S.

Prótrahit os. Tria corrípiũt, bos, compos, & impos.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Protrahit os (nomen in os desinens producit genitiui penultimam) *le nom terminé en* os, *a longue la penultime de son genitif.*

Exceptio. Tria corripiunt (habēt correptam genitiui penultimam) *trois ont la penultime des obliques brefue, qui sont* bos, bouis, compos, compotis, impos, impotis.

Os. Os, in obliquis penultimam producit: vt Rhinoceros, *Rhinocerotis*: Custos, *Custodis*: Flos, *floris*: Tros, *Trois*: Minos, *Minois*: Heros, *herois*.

Exceptio. Tria, Bos, *bouis*: Cōpos, *compŏtis*, Impos, *impŏtis*, corripiunt.

V S.

Vs bréuiat. Tollas præ dis, ris, tis, quod habêbit
V: præter pécudis, Liguríſque: intércutis addo.
At mélius, meliôris habet: confórmia iunge.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Vs breuiat (nomen in us corripit genitiui penultimam) *le nom terminé en* us, *a brefue la penultime de son genitif.*

Exceptio. Tollas præ dis, ris, tis, quod habebit u (id est, nomen autem quod post u, habet vnam harum trium terminationum, dis, ris, vel tis, id est, quod vel in udis, vel in uris, vel in utis genitiuum definit, excipitur à regula) *le nom qui a son genitif, ou en* udis, *ou en* uris, *ou en* utis, *est excepté de ceste reigle.*

Subexce. Præter pecudis, liguris, intercutis (præter hos tres genitiuos qui corripiunt penultimam) *excepté ces trois genitifs, qui ont la penultime brefue.*

Regula general. At melius melioris habet, &c. (id est, penultima huius comparatiui melioris à nominatiuo melius deriuati, cum reliquis eiusdem gradus comparationis producitur) *la penultime de ce comparatif* melioris, *deriué de ce nominatif* melius, *auec celle de tous les autres comparatifs, est longue.*

Exceptio. Vs, penultimam genitiui corripit: vt Co[illegible]is, *Velĕris*, *Tripŏdis*, *Oedipŏdis*, &c.

Producunt quæ habent utis, udis, aut uris: vt *Virtūtis*, *Subscūdis*, *Iūris*. Sic Incus, *incūdis*.

Corripiuntur *Pecudis*, *Liguris*, à Ligus & intercus, *intercutis*.

Comparatiua producuntur: vt, *Meliōris, peiōris, doctiōris*, &c.

BS, PS, MS.

Cónſona cùm præit s, pátrij penúltima curta eſt.
Hinc Cyclops, ſeps, gryphs, conops, cercops remouêto.
Atque Europs, hydrops. Fuge Cyclôpis, atque Dolôpis.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. Cùm conſona præit s (cùm nomen in s, deſinit præcedente conſonante, vt ſunt hæ, bs, ms, & ps) *quand vn nom eſt termine en s, & qu'vne conſonante comme* b, m, & p, *la precede*. Patrij penultima curta eſt (habet genitiui penultimam correptam) *la penultime de ſon genitif eſt brefue.*

Excep. Hinc remoueto Cyclops, ſeps, &c. ab hac regula excipies hæc ſeptem nomina, quorum genitiui penultima producitur *tu excepteras de ceſte regle les ſept noms icy exprimez, deſquels la penultime du genitif eſt longue.*

Annotatio. Fuge Cyclopis atque Dolopis (id eſt, caue ne cum Sulpitio dicas penultimam huius genitiui Cyclopis correptam eſſe, quæ ſemper producitur: aut huius nominis Dolopis productam, quæ ſemper corripitur (*donne toy bien garde que tu ne faces auec Sulpitius, brefue la penultime de ce genitif* Cyclopis, *qui eſt touſiours longue, ou de ce nom* Dolopis, *longue, laquelle eſt touſiours brefue.*

Nomen in s, præcedente conſonante, vt bs, ms, ps, penultimam genitiui corripit: vt Lælaps, *lælapis*, nomen canis.

Producuntur Seps, *ſēpis*, pro ſerpente. Gryphs, *gryphis*, animal. Conops, *conōpis*, id eſt, culex. Europs, *Eurōpis*, proprium regis. Hydrops, *hydrōpis*, aqua intercus. *Bs.*

Fuge Cyclops, &c. *Cyclōpis*, producitur tantùm, contra Sulpitium. *Dolŏpis*, verò corripitur. Cyclops, gigas vnoculus. *Exceptio. Cyclops. Dolops.*

X.

Præ gis vocâlē bréuio. Prodúcito lex, rex,

Ex icis abbréuiat, vibex niſi. Cǽtera produc,
Præter abax, ſímilax, Atrax, cum drópace, Candax.
Fax, & Athax, Pharnáxque, panáxque, ſtoráxque, Coláxque,
Pix, & onyx, illix, hiſtrix, cum máſtice, varix,
Coxéndix, & Erix, forníxque, calíxque, Cilíxque.
Dic filicem, ſálicem, láricem, matricémque, niuémque,
Cappádocem, célocem, cum prǽcoce. Iúngitur iſtis
Dux, trux, nux, crux atque volux. Variâbo Syphâcem,
Et Bebricen: raró nomen prodúcimus iſtud.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. Breuio vocalem, præ gis, *c'eſt à dire les noms termine(z) en* x, *qui font leur genitif en* gis, *ont la voyele qui precede ceſte ſyllabe* gis, *brefue.*

Excep. Producito Lex, Rex, *excepté ces deux qui ont longue la penultime de leur genitif.*

Reg. ge. Ex icis breuiat (poeta sup.) niſi vibex (nomina in ex deſinentia quæ faciunt genitiuum in icis, corripiunt penultimam, excepto nomine vibex, quod producit) *les noms termine(z) en* ex, *qui font leur genitif en* icis, *ont la penultime brefue, excepte ce nom* vibex, *qui l'a longue, & fait* vibicis.

Except. { Cætera produc(quæ in ex desinentia genitiuum non faciunt in icis) *les autres terminez en ex, qui ne sont pas leur genitif en icis, fay la penultime d'iceluy genitif longue.*

Subexc. { Præter Abax similax, &c. *fort & excepte ces trente-cinq noms exprimez en ce texte.*
Variabo Syphacem & Bebricem, *sinon que ces deux-cy ont la penultime indifferente, tantost longue, tantost bresue.* Bebricis *toutefois se trouue l'auoir plustost bresue que longue.*

Vocalis ante g, corripitur: vt Remex, *remĭgis*: Grex, *grĕgis*: Phryx, *phrygis*, &c. Sed producuntur Lex, *lēgis*: rex, *rēgis*. X. *Correpta.*

Corripe item itis, ab ex: vt Vertex, *vertĭcis*, &c. Vnum producitur, Vibex, *vibīcis*.

Cætera producuntur in obliquis: vt Mirmex, *mirmēcis*: halex, *halēcis*: pax, *pācis*, &c. *Producta.*

Quæ sequuntur in textu, breuiantur: Abax, *abăcis*, mensula numeratorum. Similax, *similăcis*, species hederæ. Atrax, *Atrăcis*, fluuius. Dropax, *dropăcis*, vnguenti genus. Candax, *Candăcis*, insula, vulgo dicta Candia. Fax, *făcis*, Athax, *Athăcis*, fluuius, Pharnax, *Pharnacis*, viri proprium. Panax, *panacis*, herba. Storax, *storacis*, genus aromatis. Colax, *Colacis*, parasiti nomẽ. Pix, *pĭcis*. Onyx, *onycis*, vnguis & lapillus pretiosus. Illyx, *illĭcis*, id est, fraudulentus. Histrix, *histrĭcis*, herinaceus. Mastix, *mastĭcis*, resina lentisci arboris. Mastix, *mastĭgis*, vel mastigos, flagellum. Hinc mastigia, id est, verbero, verberonis. Varix, *varĭcis*, plus æquo intumescens vena. Coxendix, *coxendĭcis*, coxa. Erix, *Erĭcis*, vrbis, montísque nomen. Fornix, *fornicis*, arcus lapideus. Calix, *calicis*, notum. Cilix, *Cilicis*, populus. Filix, *filicis*, herba. Salix, *salicis*. Larix, *laricis*, arbor. Natrix, *natricis*, serpens. Nix, *niuis*. Cappadox, *Cappadŏcis*, quispiam in Cappadocia natus, Præcox, *præcŏcis*, præmaturus. Dux, *dŭcis*, Trux, *trŭcis*, crudelis. Nux, *nŭcis*. Crux, *crŭcis*. Volux, *volŭcis*, Syphax, *Syphacis*, proprium viri, variatur: & Bebrix, *Bebricis*, populus, rarò producitur.

DE PRIMIS SYLLABIS
Regulæ generales.

A, prodúcunt in primis dissýllaba Lánas.

E, semper longat Nestu, & dissýllaba Dele.

I, tardant Dilinus: ſic diſſyllaba Miri.
O, ſemper Bogmos trahit, & diſſyllaba cum D.
V, quoque Cud, Fug, Mnuruus, ſic diſſyllaba per T.
Cætera prolóngant prorſus, variántque poëtæ.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. de a, in primis.

Diſſyllaba (dictiones duarum ſyllabarum) *les dictions qui conſiſtent de deux ſyllabes.* Producunt a (ante ſup.) Lamnas in primis (ſyllabis, hoc eſt, ante l, m, n, s.) *ont a long ès premieres ſyllabes, deuant* Lamnas, *c'eſt à dire, deuant ces quatre conſonantes,* l, m, n, s.

Regula general. de e, in primis.

E ſemper longat Neſtu (E, vbique in diſſyllabis ſup. & polyſyllabis producitur, ante Neſtu, id eſt, ante n, s, t, & u, conſonans) *ès noms ou de deux, ou de pluſieurs ſyllabes. e, eſt touſiours long, deuant* Neſtu, *c'eſt a dire, deuant ces quatres lettres* n, s, t, *&* u *quand elle eſt conſonante.*
Et diſſyllaba Dele (hoc eſt, & ante d, & l, in diſſyllabis) *& deuant* Dele, *c'eſt à dire, deuant ces deux lettres,* d, *&* l, *es dictions de deux ſyllabes.*

Reg. ge. de i, in primis.

I, tardant Dilinus (in omnibus ferè ſiue diſſyllabis, ſiue polyſyllabis dictionibus i, producitur ante Dilinus, hoc eſt, ante d, l, n, s, & u, conſonans) *en toutes dictions, ou qu'elles ſoient de deux ſyllabes, ou de pluſieurs, i eſt long deuant* Dilinus, *c'eſt à dire, deuant,* d, l, n, s, *&* u, *conſonante.*
Sic diſſyllaba Miri (& in diſſyllabis Miri, id eſt, ante m, & r) *& deuant* m, *&* r, *és dictions de deux ſyllabes.*

Reg. ge. de o, in primis.

O, ſemper Bogmos trahit (ante Bogmos, hoc eſt, ante, b, g, m, s, in omnibus dictionibus, ſiue diſſyllabis, ſiue polyſyllabis, o, ſemper producitur, *en toutes dictions conſiſtans ou de deux ſyllabes, ou de pluſieurs,* o, *eſt touſiours long deuant* Bogmos, *c'eſt à dire, deuant* b, g, m, *&* s.
Et diſſyllaba cum d, & in diſſyllabis ante d, *& en celles de deux ſyllabes deuant* d.

Reg. ge. de u, in primis.

V, quoque Cud, Fug, Mnuruus, producitur etiam V, in diſſyllabis & polyſyllabis ante Cud, Fug, Mnuruus, hoc eſt, ante, c, d, f, g, m, n, r, s, & u, conſonans, V, *eſt long auſſi ès dictions qui conſiſtent de deux, ou de pluſieurs ſyllabes, deuant les lettres icy exprimees.*
Sic diſſyllaba per t, & in diſſyllabis ante literam t, *& en celles de deux ſyllabes deuant la lettre de* t.

Annot. Poëtæ prolongant prorſus, variántque cætera (id eſt, Poëtæ vel omninò producunt, vel ancipitem faciunt reliquorum nominum & verborum quæ his regulis non comprehendũtur, penultimam) *les poetes font longue du tout entieremẽt, ou incertaine la penultime ſyllabe de tous autres noms & verbes qui ſoubs ces reigles ne ſont point comprins.*

A diſſyllabum producitur ante Lamnas, hoc eſt, ante l, m, n, s: vt *Balo, halo, as, hamus, fáma, manes, ſanus, naſus.* Producunt & a, ante c, quæ habent b, vel p, ante illud a: vt *Brachium, placeo placo.* Et ante g, quæ incipiũt per f, aut p: vt *Fagus, flagitiũ, pagina pagus, flagito, flagro.* Et ante r, adiectiua in rus: vt *Carus, clarus, rarus, varus, gnarus*: vnde Ignarus. Et ante u cõſonantẽ, duplici cõſona præcedẽte: vt Claua, clauis, clauus, clauiger, flaueo, flauus, flaui⁹, flauini⁹, flaueſco. In cæteris corripitur. *A, in primis ſyllabis productum.* *A, correptum.*

E, producitur ante Dele diſſyllabũ, hoc eſt, ante d, & l, in diſſyllabis. Et ſemper, id eſt, in diſſyllabis & polyſyllabis ante Neſtu, hoc eſt, ante n, s, t, & u cõſonãs: vt *Hædus, pedo,* vnde *oppedo, velũ, velo, as, tenus, renes, reſina, veſanus, meta, metior, iris: leuir, leuita.* Producitur quoque e ante b, præcedẽtib⁹ duabus conſonantibus: vt Creber, a, um. Et ante m, tum in incipiẽtibus ab ipſo e, etiã aſpirato: vt *Eminus, hemina, hemicyclos:* tũ in his quæ tertiæ declinationis creſcũt genitiuo: vt Nemo, thema, femur. Et ante r, tum in diſſyllabis incipientib⁹ à p: vt *Pera, pero, as, pero, onis,* hinc *peronatus*: tũ in incipientibus à ſyllaba ve: vt Verus, ra, rũ, vero, verona. In cæteris omnibus corripitur e. Similiter & ante n, in incipientibus per b, g, s, t, & u conſonans: vt *Bene, genus, ſenex, teneo, venio, Venus*: & ante t, in incipientibus per pe, & ve: vt Peto, veto. *E, in primis ſyllabis productum.* *E, correptum.*

I, producitur ante Dilinus, id eſt, ante d, l, n, s, & u conſonans in omnib⁹, ſiue diſſyllabis, ſiue polyſyllabis: & in diſſyllabis Miri, id eſt, ante m, & r: vt *Idus, rideo, miles, pileus, finis, vinum, riſus, Chryſos, viuo, riuus, limen, limus, miror, ira.* Producitur & ante t, in his quæ habent m, r, & u conſonãs ante illud i: vt Mitis, ritus, vita. In cæteris omnibus i corripitur. Similiter & ante d, ſi u cõſonans præcedat: vt Vidimus, video, vitulus. Et ante l, ſi s, vel i, præcedat: vt *Sileo, tilia, ſtilus.* Et ante n, ſi præcedat c, vel m, vel s, purè, hoc eſt, ſine alia conſonante: vt *Cinis, Niniue. ſine, ſino, is.* *I, in primis ſyllabis productũ.* *I, correptum.*

O, producitur ante Bogmos, hoc eſt, ante b, g, m, s, in omnib⁹ ſiue diſſyllabis, ſiue polyſyllabis, & in diſſyllabis ante d: vt *Gobius, nobis, cogo, ogyges*: hinc ogygius, a, um: *pomum, proſa, Moſes, ode, nodus.* Et ante c, in incipiẽtib⁹ à ph, vt *Phoco, pho-* *O, in primis ſyllabis productum.*

cus, phocylides, phocedes. Et ante n, in incipientibus à c, d, vel p: vt *Conor, dono, pono.* Et ante p, ſed præcedente c: vt *Copia, copulo, ſcopa.* Et ante r, ſed altero r, vel l, præcedēte: vt *Gloria, florus, Clorora, prora.* Et ante t, duabus conſonis præcedentibus: vt *Clotho, Clothus, Clothæ, Plotius.* In cæteris omnibus corripitur.

O, correptum.

Similiter & ante b, ſed præcedente muta cum liquida: vt *Probus, probum, globus.*

V, in primis ſyllabis productum.

V, producitur ante cud, fug, & mnuruus, hoc eſt, ante c, d, f, g, m, n, r, s, & v, cōſonans. Item ante t, diſſyllabum: vt *Lucanus, duco, cudo, rudus, bufo, rufus, lugeo, mugio, human⁹, humor, cunæ, funis, curia, curio, muſica, puſio, vna, vuidus, muto, vtor.* E, ante b, in incipientibus per b, vel n: vt *Bubo, nubo.* Et ante l, in incipientibus ab f, vel g, vel m: vt *Fuligo, gulivcæ, mulus, mula.* Et ante p, in incipientibus ab n, vel p, vel r, vt *Nuper, pupus, pupa, pupulus, pupula, pupillus, pupilla, ſcrupulum, ſcrupus, ſcrupens, ſcrupeſus, ſcrupuloſus.*

V, correptum.

In cæteris omnibus u corripitur. Similiter & ante c, in quibus alterum c, præcedit, vel n, vel r: vt: *Cuculus, nucleus, trucido.* Et ante g, in incipientibus per f, vel i, vel p: vt *Fugo, iugum, pugil.* Et ante m, in incipientibus per c, vel n, vel t: vt *Cumulus, numiſma, tumeo.* Et ante u, ſi cōſonans præcedat: vt *Iuuo, pluuia.* Hactenus de primis ſyllabis.

DE MEDIIS, REGVLÆ GENERALES.

A tardat g, vel u, médiis: ſed cætera currant.
E, c, d, tardant l, m, n, t, vel u mihi ſola.
I, niſi ſit ſuper u, vel q, poſcit breuiári.
O, médio tardant s, t: ſed cætera curtant.
V, curtant b, vel f, l, p, ceu conſónitans v,
Dum ſubeunt médiis: cætera longa dabis.

Exci-

Excipiénda suæ ponúntur in órdine normæ.

Nunc satis est primam significásse viam.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

A, tardat, g, vel u, mediis (in mediis syllabis a producitur ante g, & u, consonans) *és syllabes du milieu de la diction, c'est à dire qui ne sont premieres ne dernieres,* a, *est long deuant* g, *&* u, *consonante.*

Sed cætera curtant (in cæteris omnibus mediis syllabis corripitur) *mais toutes les autres syllabes medianes,* a, *est bref.*

Regula general. de e, in mediis.

E, c, d, tardant, l, m, n, t, vel u (id est, e, producitur ante has septem consonantes) e, *est long aux syllabes du mitan de la diction deuant ces sept consonantes en ce texte exprimees.*

Sola (quia in cæteris omnibus corripitur) *il dit seules, à cause qu'en toutes autres,* e, *est tousiours bref.*

Regula general. de i, in mediis.

I, poscit breuiari, nisi sit super u, vel q (in omnibus mediis, i, corripitur, nisi ante q, & u) *en toutes syllabes du milieu des dictions,* i, *veult tousiours estre bref, fors que deuant ces deux consonantes,* q, *&* u.

Regula general. de o, in mediis.

O, medio tardant, s, t, sed cætera curtant (o, in omnibus mediis corripitur, præterquam ante n, s, t,) *ceste voyele* o, *est brefue en toutes syllabes du milieu, fors que deuant ces trois lettres icy exprimees.*

Regula general. de u, in mediis.

V, curtant b, vel f, l, p, consonitans u, dum subeunt mediis) cùm literæ in hoc textu expressæ postponuntur u, consonanti in mediis syllabis, idem u, corripitur) *quand* u, *consonante est trouuee és syllabes du mitan deuant ces cinq lettres icy exprimees, elle est brefue.*

Cætera longa dabis (in reliquis producitur) *mais elle est longue en toutes autres dictions.*

Annot.

Excipienda ponuntur in ordine suæ normæ (id est, qui plures exceptiones nosse volet, quærat in ordine regularum, quæ in codice Despauteriano maiore continentur, vbi omnia fusissimè explicantur) *qui desirera sçauoir plusieurs autres exceptions, qu'il les cherche au gros liure de Despautere en l'ordre des reigles y contenues, où elles sont abondamment expliquees.*

Nunc satis est primam significasse viam (hoc in loceo sat est vel quoquomodo viam indicasse) *il suffit en ce lieu l'auoir tellement quellement monstre le chemin comme il y conuient proceder.*

A producitur ante g, & u: vt *Virago, octauus*. Et in substan-

A in medium syllabis productum. tiuis antè bulum & brum, vt *Venabulum candelabrum, volutabrum.* In adiectiuis ante bundus & bilis: vt *Lætabundus, amabilis.* Et ante culus, la, lum: ceus, cea, ceum: cius, cia, ciū: cus, ca, cum. vt *Vernaculus, nouacula, herbaceus, mustaceum, gallinacius, garlaicus, cameracum*, Et ante dus: vt *Feradus Encheladus.* Et ante l, in deriuatiuis in alis & ale: vt *Animalis, aqualis, thorale.* Et ante m, in finitis in men & mentum: vt *Iunamen, dictamen firmamentum, nugamentum* Et in barbaris in amus: vt *Adamus, Roboamus* Et ante n, in deriuatis in anus: vt *Phasianus, bolanus, garganus* Et in finitis in anius, ania, anium: anis vel ane: aneus, anea, aneum. vt *Lusitanius, Aquitanius, meuania, lucania, inanis & inane, extraneus, suffraganeus*, Et in habentibus vocalem ante ipsum a: vt *Ciceronianus, Virgilianus.* Et ante r, in finitis in aris, are arius, aria, arium: vt *Molaris, popularis, altare, calcare, aquaria stataria.* Et ante t, in finitis in atius, atia, atium: aticus, atica, aticum: ator, atrix, atus, ata, atum: atim, ates: vt *Ferinatius, vinatius, flegmaticus, viaticum, aleator senator, tunicatus, prætextatus affatim, vicatim sinistratim, achates, theutates, primates, Penates:* præter composita à strates, bates & crates, quæ corripiuntur: vt *Callistrates, Schœnobates, Socrates, Hippocrates, Sarmates.* Denique vt in ablatiuis, ita & in aduerbiis hinc deductis a producitur: vt *Vtraque, Vndequaque.*

A, correptum. In cæteris omnibus corripitur. Corripiunt & ante g, Græca cōposita ab *agoge, agora, ager, allage, agria*, Item nomina secundæ declinationis quæ in gus exeunt: vt *Pædagogus, synagoga. Pythagoras, Anaxagoras, onager, Meleager, vel meleagrus, hyppallage stratallage, chiragra, podagra, lucagus pamphagus, pelagus.*

E, in mediis syllabis productum. E producitur ante c, d, l, m, n, t, u: vt *Imbecillus, verecundus, Diomedes, candela, famelicus, elemosyna, eremus, Antenor, Galenus, facetus, boletus, parasceue, lōgæuus.* Imò in omnibus quæ Græcè per η scribuntur: vt Paraclitus, siue paracletus. Et in substātiuis in eriū: vt Dicteriū. Et in numeralibus ante simus: vt Vicesimus:

E, correptum. In cæteris omnibus corripitur. Et ante l in cōpositis à telos. vt *Aristoteles, Praxiteles.* Et deductis à scelos: vt *Monoscelis, periscelis.* Et ante n. in compositis à genos: vt *Origenes, Protogenes.* Et deductis à sthenos: vt *Demosthenes, Polysthenes.* Et deriuatis à xenos: vt *Polixenus, Polixena.* Et in denominatiuis in etas: vt *Pietas, varietas.* Et in cōpositis à metrū: vt *Monometrum, dimetrum.* Et in deriuatis ab aretos: vt *Panæretus.* Et ex theton, vt *Assyntheton, allæotheta.* Quatuor itē substantiua in eriū corripiuntur, *Glycerium, magisteriu, ministeriū, asterium*

I, producitur ante q, & v, vt *Antiquus, obliquus saliua, conniueo, deriuo.* Et in verbalibus ante bilis, & bundus, à supinis penultimam producentibus: vt à Scitum, *scibilis,* à cupitum, *cupibilis,* à petitum, *petibilis,* à notum, *notabilis,* à sititum, *sitibilis,* à lenitum, *lenibilis, & lenibundus,* à sentitum *sensibilis,* ab auditum, *audibilis.* Et ante culum à verbis quartæ vt *Redimiculum.* Et ante cus in barbaris vt *Henricus, Childericus, Ludouicus.* Nã Græca & Latina ad correpta pertinent. Et ante do, in compositis à cædo, vt *Matricida fratricida,* &c. Et ante do, in denominatiuis, quorum genitiuus est in inis, ut *Cupido, libido.* Nam quæ habent onis, corripiũtur. Et ante des in patronymicis, à nominibus in eus, vt *Thesides,* à Theseus, *Promethides,* à prometheus. Nam quæ non fiunt ab eus, corripiuntur. Et ante go, vt *Caligo origo.* Et in neutris tantùm ante le vt *Cubile, sedile.* Et in adiectiuis ante lis ab aliis nominibus, vt *Senilis, virilis, exilis,* paucis & verbalibus exceptis. Et ante m in compositis à time, vt *Theatimus, polytimus.* Et in verbalibus in men, vel mentum, à verbis quartæ coniugationis, vt *Lenimen, pauimentum.* Nam quæ à verbis aliarum coniugationum sunt, non huc pertinent. Et in compositis à cline, vt *Architriclinus, triclinium.* Et in terminatis in inus, ina inum, vt *Clandestinus, mediastinus, vespertinus, matutinus.* cæteris quæ rei materiam aut tempus significant exceptis. Et in finitis in a, vel in e, vt *Sagina, rapina, nerine, eiatine.* aliquibus exceptis quæ apud probos authores passim reperiuntur. Et ante tus in deriuatis à nominibus, vt *Auritus, maritus.* Et ante ta, tis, tes tos, tim, vt *Moabita, Leuita, Samaritis, Sunamitis, Leuites, Gadites, cerytos, ieythos, pueritim, viritim.* Et ante tius in verbalibus vt *Ficititius, sc riptius.* Nam quæ à nomine fiunt, non huc pertinent. In cæteris omnibus corripitur: vt ante bilis à supinis, penultimam corripientibus vt à territum, *terribilis.* Et ante cus in Latinis & Græcis, vt *Dominicus, Persicus, rusticus.* Et ante do, si genitiuus est onis, vt *Myrmido, onis.* Et ante des in Patronymicis, modò non fiant à nominibus in eus: vt *Simonides,* à Simon. *Hyrtacides* ab Hyrtacus. Et ante lis in deriuatis à verbis vel participiis, vt *Solubilis flexilis* & in atilis; vt *Volatilis, aquatilis.* Et ante m n vel mentum, à verbis quæ non sunt quartę coniugationis vt *Tegmen, tegimentum, regimen, regimentum.* Et ante nus, in his quæ tempus aut materiam significant: vt *Fraxinus, crastinus.* Et ante q, in compositis ab aliis vel quis: vt *Aliquis.*

I, in mediis syllabis produc. ū.

I, correptum.

O, in mediis syllabis productū.

Ó, producitur ante n, ſ, & t: vt *Annona caupona, formoſus, formidoloſus* (vt deriuatiua omnia in oſus) *idiota. repotia.* Et ante cinium cum deriuatis: vt *Latrocinium, latrocinor, patrocinium, patrocinor, tyrocinium, lenonicium*. Et in barbaris in ocus, vt *Ioėocus, Guinocus*. Nam Græca corripiuntur. Et in neutris quæ habent m, ante ipſum o: vt *Amomum, ichnomum, axioma,* paucis exceptis. Et ante rus, ra, rum: rius, ria, rium: vt *Sonorus conſiſtorium, prætorius, ſenatorius*. Et generatim in omnibus Gręcis, quę habent o mega.

O, correptum.

In cæteris corripitur. Et in Græcis, quæ habent o micron.

V, in mediis syllabis productū.

V, producitur ante c, g, m, n, r, s, t: vt *Sambucus, manduco, lanugo, argumentum, legumen, acumen, lacunar, penuria, ſcriptura, cæſura, meduſa, præputium, argutus, confuto, refuto.* Et ante lis & lium, in deriuatis: vt *Tribulis, edulis, furfulium, partulium, edulium.* Et in omnibus, quæ habent Græcè *Diphthongum* ϐ. In cæteris corripitur. Et ante mentum, à deductis a verbis ſecundæ coniugationis: vt *Documentum, monumentum*. Et ante rio cum deriuatiuis: vt *Eſurio, luxurio, eſuries, luxuria, eſuritio.*

Y, correptum.

Qui plures exceptiones volet, quærat in codice Deſpauteriano maiore, vbi omnia fuſiſſimè explicantur. Hic enim ſatis eſt vel quoquomodo viam indicaſſe.

DE VLTIMIS, REGVLÆ.

a terminale.

A, declinâtum bréuia: ſed prótrahe ſextum,
Et quintum, cuius rectus prodúcitur: & mna.
Prodúcunt noſtri quædam muliébria Græca
In recto, vt Tégea. Sine teſte nihil volo tale.
Non declinâtum produc: ita, cum quia demptis,

Et puta, non verbo. Ginta mélius loco longum.

Póstea, & vltra leges, cum contra, curta licénter.

Eia breue est Flacco.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula genera. de a, in vltimis. Breuia a, declinatum (corripe in vltimis syllabis a, declinatum per casus sup. vtpotè in nominibus, pronominibus, & participiis: non autem per tempora, vt sunt verba) *fay, a bref es dictions declinables par cas, asçauoir es noms, pronoms, & participes: non pas en celles qui se declinent par temps & personnes, comme sont les verbes.*

Except. Sed protrahe sextum & quintum, cuius rectus producitur (tolle ab hac regula ablatiuos, cum vocatiuis primæ declinationis à nominibus finitis in as, & in es) *excepte de ceste regle les ablatifs, auec les vocatifs des noms de la premiere declinaison, venans des noms terminez en* as, *& en* es.

Et mna (hoc nomen monosyllabum, quod in omnibus casibus producit vltimam) *auec ce nom* Mna, *qui n'a qu'vne syllabe, lequel en tous ses cas a sa penultime longue.*

Annotatio. Producunt nostri quædam muliebria Græca in recto (Latini producunt aliquando quosdam nominatiuos Græcos in a desinentes fœminini generis, ad Græcorum imitationem, vt Tegea (*les Latins font longs a quelque fois certains nominatifs Grecs terminez en* a, *du genre feminin, a l'imitation des Grecs, comme de ce nom* Teges.

Nihil volo tale sine teste (nihil tamen tale produci voluerim, sine proborum poetarum authoritate: & id quidem adhuc rarissimè, eò quod possint etiam huiusmodi nomina in e, terminari, vt Tegea vel Tegee) *toutesfois ie ne voudrois pas faire longue la derniere de tels noms, sans authorité & preallable tesmoignage des Poetes bien receus & approuuez de tous: & cela encore fort rarement, pource qu'iceux noms peuuent estre aussi terminez en* e.

Reg. ge. Non declinatum produc (fac longum a, in omnibus dictionibus quæ per casum non declinantur) *fay longue ceste lettre* a, *es dernieres syllabes de toutes dictions non declinees par cas.*

Except. Demptis ita cum quia, & puta non verbo (exceptis his particulis ita, & quia, & puta, cùm non verbum, sed aduerbium est) *excepte ces trois particules* ita, *&* quia, & puta, *estans aduerbes.*

Annot. Ginta melius loco longum (id est, cùm nomina, numeralia in ginta terminata, plerunque varient apud classicos poetas, rectius tamē producēda quàm corripienda censuerim) *veu que les nōs, par lesquels on conte, terminez en* ginta, *se trou-*

uent, souuent indifferens quant à leur derniere syllabe enuers ces plus excellens Poetes: i'aimerois mieux toutefois les dire longs, que brefs.

Leges postea, & vltra, cum contra, licenter curta, *tu liras à quelqu'un fois par une licence Poetique la derniere de ces particules brefue, laquelle neantmoins est longue par la regle dessus dicte*, Non declinatum produc.

Annot. Eia breue est Flacco (apud Valerium Flaccum Eia corripitur) *Valere Flacce fait brefue la derniere de* Eia.

Vltima syllaba tribus modis noscitur. Vltima cuiuscunque dictionis trifariam noscitur. Primò, positu: vt post ast est, amant. Secundò, diphthongo: vt Heu, musæ. Terriò, regula. vt A declinatum corripitur: vt Musa, Anna, nominatiui & vocatiui casus. Loquimur autem de declinatis per casus, vt puta nominibus pronominibus, & participiis non per tempora, vt sunt verba.

Prima exce. Sed protrahe, &c. Ab hac regula tolluntur ablatiui, quia producuntur: vt *Musa, mea, lecta* Et vocat ui primæ declinationis à nominibus terminatis in as, & in es: vt Aeneas, ô Aenea: Anchises, ô Anchisa.

Mna. Mna monosyllabum, in omnibus casibus producitur.

Secunda excep. Producunt nostri &c. A in nominatiuo Græco fœminini generis à nostris corripitur, licet illi producant: veluti Scylla Medea, Lerna, &c. Quosdam tamen nominatiuos nostri produxerunt ad imitationem Græcorum: sic tamen vt aliqua cæsurarum locum habeat. Ideò nihil tale producemus sine authoritate, idque faciemus rarissimè, quia poterunt etiam in e terminari: vt Tegea, vel Tegee, &c.

Tertia. Non declinatum, &c. A, in nominibus per casum non declinatis producitur: vt Clama, frustra præterea, supra, &c. Corripiuntur autem Ita, quia, & puta aduerbium.

Quarta. Numeralia in Ginta fortassis variant, sed rectiùs producuntur: vt Triginta quadraginta &c.

Quinta. Producunt quoque Præterea interea postea, contra, vltra, quæ interdum corripiuntur

Eia. Alleluia. Eia Valerius Flaccus corripit, vt Alleluia, Sidonius.

E, IN VLTIMIS.

E, breuiat, Primæ produc & nómina quintæ,

Cum natis: ades plurália cuncta secúndæ.

Iunge doce, & sócias, Monosyllaba lõga repôno,

Inclinatíuas præter. Malè, cum benè dempto,

Omnia prodúces aduérbia, si qua secúnda

Præstíterit, summíque gradus aduérbia quæuis.

Sunt fermè atque ferè prodúcta, quibus dabis ohe.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. E, breuia (corripe vltimam syllabam nominum & verborum desinentium in e) *fay briefue la derniere syllabe des noms & verbes terminez en e.*

Annot. Produc nomina primæ & quintæ (declinationis sup. in quocunque casu reperiatur e) *fay lõgue la lettre finale e, és nom. de la premiere & quinte declinaison, en quelque cas qu'elle se trouue.*

Cum natis (vnà cum eorundem nominum cõpositis) *ensemble auec les composez d'iceux noms, comme* inquies & requies, *qui ont e long en l'ablatif, &* hodie, pridie, &c. *qui sont composez de* hoc *&* die, *de* pridem *&* die.

Addes pluralia cuncta secundæ (declinationis sup.) *tu y adiousteras tous noms pluriers de la seconde declinaison.*

Iunge doce & socias (id est, secundam personam vocis actiuæ singularis numeri præsentis tẽporis, secundæ coniugationis, imperatiui modi) *adiouste pareillement ce verbe* doce, *&* *ses compagnons, c'est à dire, la seconde personne de la voix actiue, du singulier nombre, du temps present de la seconde coniugaison de l'imperatif meuf, qui a tousiours la finale longue.*

Regula general. Monosyllaba longa repono (producuntur dictiones vnius syllabæ; *les dictions qui n'ont qu'vne syllabe, ont e long.*

Exceptio. Præter inclinatiuas (hoc est, demptis coniunctionibus encliticis, tam in compositione, quam extra compositionem & & syllabicis adiectionibus) *excepté les dictions dictes inclinatiues ou enclitiques, tant en composition que hors composition, & les dictions syllabiques.*

Regula general. Produces omnia aduerbia, si qua secunda præstiterit (longam facies vltimam omnium aduerbiorum desinẽtium, in e, ab adiectiuis secundæ declinationis deductorũ, siue cõparentur, siue non) *tu feras longue la derniere syllabe de tous les aduerbes terminez en e, qui viennent des adiectifs de la seconde declinaison, ou qu'ils reçoiuent comparaison, ou non.*

Exceptio. Male cum benè dempto (exceptis his duobus aduerbiis, quæ vltimam corripiunt) *ces deux aduerbes exceptez, qui ont la derniere brefue.*

Regula general. Sũmique grad⁹ aduerbia quæuis (habéntque omnia aduerbia superlatiui gradus, vndecunque fiant, vltimam productam) *tous aduerbes aussi du degre superlatif, de quelque part qu'ils puissent auoir leur deductiõ & source, ont la derniere lõgue.* Sunt fermè, &c *ces deux aduerbes* fermè & ferè, *auec ceste interiection* Ohe, *ont pareillement leur derniere syllabe longue.*

E, correptum. E, corripitur: vt *Docere, Ganymede. Hercule, Achille, Domine*: & similes vocatiui secũdæ, & ablatiui tertiæ declinationis.

E, productum. Primæ, &c E in prima & quinta declinatione, in quocunque casu reperitur producitur: vt, *Parasceue, Anchise*, &c. Et in his *Hodie pridie postridie, quotidie, quare* Et in pluralibus in e: vt *Tempe, Cete*. Et in omni secunda persona vocis actiuæ singularis numeri, præsentis temporis, secundæ coniugationis, imperatiui modi vt *Doce, mone*. Et in monosyllabis: vt *Me, te, se, de*. Hinc demuntur coniunctiones encliticæ, *Que, ne, ve*, tam in compositione, quàm extra compositionem. Et sylla-

Exceptio. bicæ adiectiones vt *Hunsce, tute suapte*. Et tria aduerbia, *Bene male & mage* pro magis.

Cætera aduerbia in e, ab adiectiuis secundæ declinationis siue comparentur, siue nõ, producuntur: vt *Pie, egregie, æque, doctè.*

Item aduerbia superlatiui gradus, vndecunque fiant, producuntur. vt *Maximè, minime, fortissime*, &c.

I, FINALE.

I longum pono. Vocitántem cóntraho ternæ:

Sæpéque Græcôrum ternum: Minóidi testis.

Sed niſi, ſiue quaſi, mihi, ſibi, vbi, variâbis,
Et tibi: iunge cui. Tantùm breue moly locâtur.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Pono i, longum (producitur i, in vltimis) *i, eſt long en toutes dernieres ſyllabes.*

Except. { Contraho vocitantem ternæ, & ſæpè ternum Græcorum (ſed omnem vocatiuum nominũ tertiæ declinationis, datiuũ quoque Græcum eiuſdẽ corripio) *mais la derniere ſyllabe du vocatif des noms de la tierce declinaiſon, & du datif des noms Grecs de la meſme declinaiſon, eſt bref.*

Appendix. { Sed variabis niſi, ſiue quaſi, &c. (ſed ancipité facies octo iſtorum vltimam, præter niſi & quaſi, quæ rectiùs corripitur quàm producitur) *tu feras indifferent, brefue, ou longue, la derniere de ces huict exprimez en ce texte, excepté de ces deux premieres,* niſi, *&* quaſi, *qui l'ont pluſtoſt brefue que longue.*
Moly tantùm breue locatur, *ce nom d'herbe a ſa derniere ſeulement brefue.*

I, producitur: vt *Domini, homini, amaui, docui,* &c.

Corripitur verò cunctus tertiæ declinationis vocatiuus: vt *Alexi, Amarylli, Phylli.* &c. Datiuus quoque tertiæ Græcus corripi inuenitur: vt *Palladi, Minoidi,* &c. *I, productum. I, correptum.*

Sed niſi, &c. Variabis in litera poſita, inter quæ Niſi, & Quaſi, rectiùs corripiuntur. Cui, ſæpius eſt monoſyllabum. *Variantia.*
Moly, tantùm breue, herbæ nomen. *Moly.*

O IN FINE.

O commúne datur. Produc monoſýllaba, iungens
Cum terno ſextũ, atque aduérbia nómine nata.
At variâbo citò, cum ſédulo, mútuò, crebrò,
Seróque, Sit curtum modò ſolùm. Sed

breuiari.
Ergó pro cauſa nõ vult. Prodûco quaterno
In caſu nomẽ, fit cuius in us genitîuus.
O patrij. produc, variáque gerundia verba.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. O, commune datur[vltima dictionũ in o, deſinẽtiũ, indifferẽs eſt] *la derniere ſyllabe des dictions terminees en o, eſt indifferẽte, c'eſt a dire, brefue ou lõgue, ſelon qu'il plaiſt au poete de la faire.*

Exce. Produc Monoſyllaba[vnius ſyllabæ dictiones tantùm producuntur) *la derniere des dictions qui n'ont qu'vne ſyllabe, eſt ſeulement longue.*
Iungens ſextũ cũ terno, atque aduerbia nomine nata) adiungens his monoſyllabis datiuos & ablatiuos nominũ ſecũdæ declinationis, & quæ ab iiſdẽ caſibus fiũt aduerbia, quæ producũt vltimam) *en adiouſtãt auſdicts monoſyllabes les datifs & ablatifs des noms de la ſeconde declinaiſon, & les aduerbes qui procedent d'iceux cas, qui ont la derniere ſyllabe longue.*

Appen. At variabo citò cum ſedulo, &c. (diuersè efferam hæc quinque aduerbia) *mais ie feray tantoſt brefue, tantoſt longue la derniere des cinq aduerbes en ce texte expimez.*

Exce. Sit curta modò ſolùm (hoc aduerbiũ modò, pro ſolùm, corripiatur) *ceſt aduerbe* modò *prins pour* ſolùm, *c'eſt a dire ſeulement a la derniere brefue.*
Sed breuiari ergo pro cauſa non vult (ergo pro cauſa producitur) *ceſte particule vallant autant que* cauſa, *c'eſt a dire, à cauſe, a la derniere longue.*

Regula general. Produco in caſu quaterno nomen, cuius genitiuus fit in us (id eſt, nomina Græca in o, faciẽtia genitiuũ in us, producunt vltimã ſyllabã nominatiui, datiui, accuſatiui, & ablatiui, vt Dido, Didus, &c.) *les noms Grecs terminez en o, faiſans le genitif en us, ont longue la derniere ſyllabe de leurs nominatif, datif, accuſatif, & ablatif.*
O patrij produc (genitiuus finitus in o, tantùm producitur) *les noms Grecs terminez en o, au nominatif, & qui ſont le genitif en o, ont touſiours ceſt o, long.*

Append. Variáque gerundia verba (fac gerundia in do terminata indifferentia) *fay indiffente la derniere ſyllabe des gerondifs terminez en do.*

In o, variant. In o deſinentia, indifferentia ſunt: vt Leo. Virgo, Cato, lego, dico. Apollo, &c.

Producta. Producuntur tantùm monoſyllaba: vt *Sto, do, pro*, &c.

Producuntur tantùm datiui & ablatiui: vt *Domino, lupo*, Sic & quę ab iisdem casibus fiunt aduerbia, *Ideò, adeò, tantò, quantò, meritò falsò*, &c.

Variantur autem Citò, sedulò mutuò, crebrò, serò. *Variantia.*

Modo, aduerbium, pro solùm corripitur.

Ergo, pro causa, producitur.

Producuntur etiam Græca, in o, facientia genitiuum in us, in nominatiuo, datiuo accusatiuo, & ablatiuo: vt *Dido, Clotho, Aego, Clio, Sappho*, &c. *Græca producentia.*

Genitiuus in o, producitur tantùm: vt Apollos, Apollo: Androgeos, Androgeo &c.

Gerundia indifferentia sunt: vt Tibullus, Aufer & ipse meum pariter medicando dolorem. Et, Pluribus hic eger moritur vigilando, sed illum. *Gerundia indifferentia.*

V, ET B.

V semper produc, B cóntrahe: bárbara deme.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. { Produc semper u. (u, in fine cuiuscunque syllabæ semper producitur) u, *est tousiours long a la fin de toutes syllabes.*
Contrahe u. *les noms terminez en u, ont la derniere bresue.*

Exceptio. { Deme barbara (excipe à regula nomina in u, exeuntia, quæ nec Græca nec Latina sunt) *excepte de la regle les noms terminez en u, qui ne sont ne Grecs ne Latins.*

V. semper producitur: vt *Iesu, cornu, genu* &c B, corripitur: vt *Ab, ob, sub*, &c Demuntur barbara in b, quia producuntur: vt *Iob, Aminadab, Iacob, Raab*. *V. productum B. correptum.*

C, IN VLTIMIS.

C, produc: præter nec, donec. Sed variâbis
Hic bene pronômen: fac verbum iúngimus isti.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Produc c (in c, desinentia longam habent vltimam) *les noms finiz en c, ont la derniere longue.*

Except. Præter nec, & donec (exceptis his duabus particulis, quæ breuiantur) *excepte ces deux particules, qui ont la derniere brefue.*
Sed benè variabis pronomen hic (hic cùm pronomen est, variatur, sed cùm aduerbiũ est, producitur) *ceste particule hic, estant pronom, est tantost longue, tantost brefue : mais quand elle est aduerbe, elle est seulement longue.*

Annotatio. Iungimus istis verbum fac (fac, secunda persona præsentis temporis imperatiui modi, a verbo facio, facis, producitur more dictionum desinentium in c,) fac *estant la seconde personne du temps present de l'indicatif meuf, du verbe* facio, *est longue ainsi que les autres dictions terminees en c.*

C, productum. Exceptio, His. In, C, longa sunt: vt *Dic, duc, sic,* &c. Breuia sunt, *nec, donec,* & *lac.*

Hic, pronomen, indifferens est: aduerbium producitur: & Fac, verbum.

D, ET T.

D, breue ponâtur, ceu T, nisi syncopa fiat.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. D, ceu T, breue ponatur (in d, & t, desinentia nomina, vltimam correptam habent) *les noms terminez en l'vne de ces lettres, ont la derniere brefue.*

Except. Nisi, syncopa fiat (nisi aliquando per syncopam producant) *s'il n'aduient qu'ils l'ayét aquelquefois brefue par vne Syncope.*

D, & T. correpta. D, & T, corripiuntur: vt *Ad, Apud, Bogud. Caput, amat, docet, legit, dicit.* Nisi aliquando per syncopen producantur: vt Fumat, pro fumauit: obit, pro obiuit, &c.

L.

L, breue sit. Cum sol, sal, nil, tollúntur Hebræa.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. L, breue sit (nomina in l. finientia, habeant vltimam breuem) *les noms finis en l, ayent la derniere syllabe brefue.*

Except. Hebræa tolluntur, cum Sol, sal, & nil (sed Hebræa excipiuntur, cum his tribus, quæ vltimam productam habent) *mais les noms Hebraiques auec ces trois icy exprimez en sont exceptez, pour auoir leur derniere longue.*

L, correptum. In l, desinentia, breuia sunt: vt Annibal, Hiempsal, mel, fel, Producuntur Sol, nil, & sal.

Hebræa quoque producuntur: vt Michaël, Raphaël, Ismaël, &c. *Exceptio.*

M.

M, breue est: vt Circum, quod in compositis, cùm integrũ manet, ante vocalem corripitur Ouid. 5. Metam. Circumeut vnum Phinæus, & mille secuti Phinæa, *M, breue.*

N.

N produc. Demas an, in, & prolem, tamen, atque
Fórsitan, & forsan, viden. Huic confórmia iunges.
Quod dat inis, curtùm est, velut on quod tértia nescit.
Corrípitur quartus, quando breuis última recti est.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. ge. N produc (fac longam vltimam nominum Latinorum in n, desinentium) *fay longue la derniere syllabe des noms Latins terminez en* n, *auec plusieurs autres Grecs comme* Titan, Pæan, &c.

Except. 1. Demas an, in, & prolem (excipe ab hac regula has duas particulas an & in, cum prole, id est, cum compositis: vt dein, exin, & quatuor in textu positis, tamen, forsitan, &c.) *tu excepteras de ceste regle ces deux particules* an, *&* in, *auec les composez de la derniere, & quatre dictions comprinses au texte.*
Iunges conformia huic (scilicet viden, id est, huic exceptioni adiunges quæcunque terminantur in n, per apocopen) *tu adiousteras a ceste exception toutes autres dictions semblables a* viden, *c'est à dire celles qui se terminent en* n, *par vne apocope, ou reiection de lettre a la fin d'vne diction.*

Exce. 2. Quod dat inis, curtum est (id est, nomina in en, quæ mittunt genitiuum in inis, corripiunt etiam vltimam nominatiui, vt pecten, &c. (*les noms terminez en* en, *qui font leur genitif en* inis, *ont la derniere de leur nominatif brefue, comme ce* τό pecten.
Velut on quod tertiá nescit (quemadmodum accusatiuus nominum in on desinentium, quæ per secundam declinationem flectuntur, & quæ Latinè vertuntur in um: nam omnia in on tertiæ declinationis, vltimam producunt) *comme aussi l'accusatif des noms terminez en* on, *declinez par la secon-*

de declinaison, & que les Latins tournẽt en um: *car tous les autres de la tierce declinaison, qui se finent en* on, *ont la derniere longue.*

Excep. 3. Corripitur quartus, quando breuis vltima recti est (id est, accusatiuus, cuius nominatiui vltima breuis est, corripitur etiam) *l'accusatif a la derniere brefue, duquel le nominatif l'a außi brefue.*

N. productum. In N desinentia producentur: vt *Ren, splen, lien, quin, sin, etiam, non*: Et Græca pleraque: vt *Titan, Pæan, Siren, Trœzen, Hymen, Salamin, Delphin, Pandion, Actæon* & similia.

Demptis accusatiuis in on & in, qui Latinè vertuntur in um: vt *Ilion, Pedion, Procrin, Thetin*, &c.

Producuntur & omnia nomina tertiæ in on: vt *Agamemnon.*

Tolluntur à regula an, in cum prole, id est cum compositis, Dein, exin, subin, proin tamen, attamen, forsan, forsitan, viden & quæcunque per apocopen n, habent: vt Mén', pro méne: ten', pro téne: egón', pro egóne, &c.

Exceptio. Quod dat, &c. Corripiuntur & nomina in en, habẽtia inis in genitiuo: vt *Pecten pectinis, crimen, lumen, numen, flamen*, &c. Et in on secundæ declinationis. vt *Colon.*

Corripitur similiter accusatiuus, cuius nominatiui vltima corripitur, id est, qui in a us eus, & is desinit: vt *Aeginan*, ab Aegina: *Menelaon* à Menelaüs. *Orphéon*, ab Orpheus: *Ibin*, ab Ibis: *Alexin*, ab Alexis.

Accusatiui à longis nominatiuis producuntur tantùm: vt *Aenean, Anchisen.*

R.

R, bréuies. Produc cuius dat pátrius eris.

Addito Iber, aër, æther. Sit Céltiber anceps,

Vt cor, non longum mélius. Prodúcito tantùm

Cur, far, lar, fur, nar, par: vix prolẽ breuiâbo.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. R, breuies (nominum in r, desinentium vltimam corripies) *(tu feras brefue la derniere syllabe des noms terminez en r, quelque voyele precedente qu'ils puissent auoir.*

Except. 1 Produc cuius dat patrius eris (excipies inde nomina Græca in er desinentia, tertiæ declinationis, in genitiuo eris habētia, penultima lōga, quæ producuntur cum trib⁹ in textu expressis) *tu excepteras de ceste regle les nōs Grecs terminez en* er, *de la tierce declinaison, qui en leur genitif ont* eris, *la penultime longue, lesquels ont aussi la derniere longue du nominatif, auec trois au texte exprimez,* Iber, aet, & æther,

Exceptio. 2 Sit Celtiber anceps, vt cor (hæc duo variant vltimam, Celtiber & cor: quod nihilominus postremum, frequētius correptum, quàm productum reperies) *(ces deux noms icy exprimez ont la derniere variable car tantost elle se trouue longue, tantost brefue és œuures des bons autheurs, sinon que* cor, *qu'on trouue plus souuent & mieux estre bref, que long.*

Exceptio. 3. Producito tantùm Cur, far, lar, &c. (hæc sex monosyllaba producuntur) *ces six monosyllabes sont longs contre la regle generale.*

Annot. Vix prolē breuiabo (id est, cōposita à par, quæ sunt Compar & Impar, licet à quibusdam breuiari reperiantur, id tamen omninò recte non fit) *iaçoit que les composez de* par, *qui sont* compas *&* impar, *soient trouuez auoir la derniere brefue en quelques autheurs, cela toutesfois ne s'obserue pas bien du tout, & l'ont plustost longue que brefue.*

R, in fine corripitur, quacunque vocali præcedente: vt *Cæsar, carcer, ver, leuir, mulier, pater, mater, vultur,* &c. *R, correptum.*

Græca in er, tertiæ declinationis, habentia eris penultima longa in genitiuo, producūtur: vt *Crater, character, clyster, aër æther, stater,* & similia: quibus *ver* & *Iber* adduntur. Celtiber tamen variatur, & Cor: quod tamen melius corripitur. *R, productū.*

Producuntur tantùm Cur, far, lar, fur, nar, & par, cum cōpositis, Compar & impar. Quæ tamē non omninò rectè breuiantur quandoque.

A S.

As produc. Sed adis quæ dant, pátrio breuiántur.

Et ternæ quarto. Vates bonus Hélias, inquit.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general { As produc (fac longam vltimam eorum nominum quæ in as desinũt,) *as longue la derniere syllabe des noms terminez en* as.

Exceptio 1. { Sed quæ dant patrio adis, breuiãtur (verùm omnia tertiæ declinationis nomina, quorum genitiuus in adis vel in ados desinit breuem habent vltimã) *mais tous les noms de la tierce declinaison, qui ont leur genitif en* adis, *ou en* ados, *ont la derniere brefue.*

Exceptio 2. { Et ternæ quarto (cum accusatiuo plurali eiusdem declinationis in es & in as, desinente) *auec l'accusatif plurier en la mesme troisiesme declinaison, qui se termine en* es, *ou en* as, *qui est tousiours bref.*

Exceptio 3. { Vates bonus, Helias inquit (Mantuanus Christianus poëta corripit vltimam huius nominis Helias) *le poete Chrestien Mantuan, fait brefue la derniere de ce nom* Helias.

As, longa. In as longa sunt: vt *Bonitas, maiestas, ætas, foras,* &c.

As, correpta. Corripiuntur tamen omnia nomina tertiæ, quorum genitiuus in adis, vel in ados desinit: vt *Arcas*, *Pallas*, *Cyclas*, *Pleias*. Ouid. Quatuor Autumnos *Pleias* orta facit.

Corripiuntur & accusatiui plurales eiusdẽ declinationis, qui in es & in as desinunt: vt *Troadas*, *Arcadas*, *Rhetoras*, *Dæmonas*, *gigantas*, *pyxidas*. Baptista Mantuanus corripuit *Helias*.

E S.

Pónitur es longum. Plurália córripe Græca,
Quæ crescunt, velut es de sum: penes, ínquies adde
Cum neutris: & si pátrio est penúltima curta
Ternæ. Tolle Ceres, áries, páries, ábies, pes.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. { Es ponitur longum (nomina in es desinentia, habent vltimã longam) *es noms terminez en es, ont la derniere longue.*

Corripe

Exceptio 1. Corripe Græca pluralia quæ crescunt (omnia autem Græca, numeri pluralis, tertiæ declinationis, in singulari crescentia corripiunt vltimam) *mais les noms Grecs du plurier nombre, de la tierce declinaison, qui au singulier ont plus de syllabes en leurs obliques, qu'en leur nominatif, ont la derniere brefue.*

Exceptio 2. Velut es, de sum (quemadmodum secunda persona, præsentis indicatiui modi, huius verbi Sum: nam quæ à verbo Edo fit producitur) *& semblablement la seconde personne du present temps de l'indicatif meuf, du verbe* Sum, *est brefue: car venant du verbe* Edo, *elle est longue.*

Exc. 3. Adde penes, inquies, cum neutris (adiunge huic exceptioni has duas particulas, penes & inquies, cum nominibus Græcis quæ neutra sunt in singulari) *adiouste à ceste exception ces deux particules,* penes & inquies, *auec les noms Grecs, qui sont neutres au singulier.*

Exceptio 4. Et si patrio ternæ est curta penultima (& nomina in es tertiæ declinationis, quæ corripiunt penultimam genitiui) *& les noms en es, de la troisiesme declinaison, qui ont la penultime du genitif brefue.*

Subexceptio. Tolle ceres, & aries, &c. (excipe hæc quinque nomina, quæ licet penultimã genitiui habeãt breuem, producũt tamen cõtra præcedentẽ regulam, vltimã nominatiui) *excepte ces cinq nõs en ce texte exprimez, lesquels cõbien qu'ils facent brefue la penultime du genitif, si est-ce qu'ils ont la derniere de leur nominatif longue, au contraire de la reigle precedente.*

In es pleraque lõga sunt: vt *Anchises, Dares, fides, dies, fames, &c.* *Es, productũ.*

Corripiuntur autem omnia Græca pluralis numeri, tertiæ declinationis, crescentia in singulari: veluti Dæmones, Vascones, Britones, Pęanes, delphines, crateres, Castores, gigantes, pyxides, & quamplurima alia. Corripitur & es, à Sũ (ab Edo producitur) & Penes præpositio, & Inquies nomẽ: Horat. Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquẽdi. *Es, correptum.* 1. 2.

Græca quoque in singulari neutra: vt Hippomanes, cacoethes, & similia. Iuuenal. Tenet insanabile multos Scribendi cacoethes, & ægro in corde senescit. 3.

Corripiuntur & nomina tertiæ in es penultimam genitiui corripientia: vt potè quæ itis, etis, aut idis penultima breui obtinent: vt Miles, teres, deses, hospes, sospes, &c. 4.

Producuntur solùm Ceres, aries, paries, abies, pes: quibus iungunt & locuples, & quæ indè fiunt.

I S.

Is bréuio, verùm plurále protraho casus,

Iſque quod in pátrio mutâtur in itis, & inis,

Aut entis. Thetys vário. Glis, vis quoque nomen,

Cum verbo longum eſt, véluti perſôna ſecúnda (pônit.

Prótrahit is, quóties itis plurâle re-

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Is breuio (nomina in is, habent vltimam breuem) *les noms terminez en is, ont la derniere brefue.*

Exceptio 1. Verùm protraho plurales caſus (datiui & ablatiui plurales excipiuntur, quia vltimam productam habent) *les datifs & ablatifs pluriers, ſont exceptez de ceſte reigle, par ce qu'ils ont la derniere longue.*

Exceptio 2. Iſque quod in patrio mutatur in itis, & inis, aut entis (& nomina in is finita tertiæ declinationis, quæ faciũt genitiuũ creſcentẽ in itis, vel inis, vel entis, penultima longa) *& les nõs terminez en is, de la tierce declinaiſon, qui ont plus de ſyllabes en leurs obliques, qu'en leur nominatif, & font le genitif par l'vne des trois terminaiſons icy exprimez, la penultime longue.*

Exceptio 3. Thetys vario (hoc nomen habet vltimã ancipitẽ, licet correptã potius quàm productã apud probos authores reperiatur habere) *ce nom* Thetys, *a la derniere tãtoſt longue, tãtoſt brefue, cõbien qu'on la trouue pluſtoſt brefue que longue, es bons autheurs, comme de pluſieurs autres noms Grecs eſcrits auec vn ypſilon.*

Exceptio 4. Vis quoque nomen cũ verbo, lõgum eſt (id eſt, hæc particula vis, ſiue ſit nomen, ſiue ſit ſecunda perſona indicatiui modi huius verbi Volo, ſemper producitur) *ceſte particule* vis, *ou qu'elle ſoit nom, ou qu'elle ſoit la ſeconde perſonne de l'indicatif meuf, de ce verbe* volo, *elle eſt touſiours longue, auec ce nõ* Glis.

Exceptio 5. Veluti ſecunda perſona protrahit is, &c. (id eſt, ſecundæ etiam perſonæ ſingulares producuntur, quando plurales habent itis, penultima longa) *les ſecondes perſonnes du ſingulier nombre ont pareillement la derniere ſyllabe longue, quand celles du plurier ont* itis, *la penultime longue. Item les verbes de la ſeconde perſonne du temps preſent, de la quatrieſme conjugaiſon, ou du meuf conionctif, comme* audis, & poſſis, ab audio, & poſſim.

Is breue. Is breue eſt: vt Ignis, piſcis, legis, diſcis.

Is longum. Excipiuntur datiui & ablatiui plurales: Queis, pro quibus: Dominis, bonis, nobis, vobis, &c. Item, Treis, omneis.

1. Producuntur etiam nomina in is tertiæ declinationis, quæ penultima longa, faciunt genitiuum crescentem in itis, vel inis, vel entis, vel iris: vt *Lis, Dis, Samnis, Salamis, Simois, Pirois, Glis*. Et Vis, siue nomen, siue verbum sit, cum suis: vt Sis, pro si vis: *quamuis, vteruis*, &c.

Thetys. Thetys variatur, quamuis corripiatur potiùs quàm producatur, sicut & pleraque Græca in y per ypsilon: vt Chelys, Capys, &c.

2. Producuntur etiam secundæ personæ singulares, quando plurales habent itis penultima longa: vt *Velis, nescis*. Item, 3. verba secundæ personæ præsentis, quartæ coniugationis, aut coniunctiui modi, vt Audis, possis.

Coniunctiua futuri temporis ancipitia. Coniunctiua futura, aliâs corripiuntur, aliâs producũtur. Iuuenal. Si dixeris, æstuo, sudat. Hor. Dixeris egregiè, &c. Idem, Miscueris elixa simul, &c. Ouid. Da mihi te placidũ, dederis in carmina vires. Inde & longæ fiunt secundæ personæ plurales: vt Dederitis, penultima longa.

O S.

Os produc. Pátrius breuis est, & compos, & impos,
Ósque ossis præbens. Rectos breuiato secúndæ
Os recti produc, quóties tibi pátrius o (dat.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Reg. general. Os produc (nomen in os desinens habet vltimam productam) *le nom termine en* os, *a la derniere syllabe longue.*

Exceptio 1. Patrius breuis est, & compos, & impos, &c. (genitiuus nominum tertiæ declinationis, cum duobus aliis nominibus hîc expressis, & os faciente ossis in genitiuo, vltimam corripiunt) *le genitif des noms de la tierce declinaison auec ces deux autres noms* Compos *&* Impos, *&* Os *faisant* Ossis, *au genitif, ont la derniere brefue.*

Excep. 2 Rectos breuiato secundæ (omne etiam nomen in os secũdæ declinationis vltimam breuiat) *tout nom aussi de la seconde declinaison terminé en* os, *a la derniere brefue.*

Append. Os recti produc, quoties tibi patrius o dat, (fac etiam longam vltimam nominatiui eorum nominum, quæ per tertiam declinationem Atticam, faciunt genitiuum in o) *fay longue semblablement la derniere du nominatif des noms, qui par la tierce declinaison Attique, font leur genitif en* o.

Os productum. Os producitur vt *Bos, ros, dos, os oris, flos, nepos, &c.* Ouid. Os homini sublime dedit, cœlúmque tueri.

Exceptio. Os tamen faciés ossis breuiatur. Et genitiui tertiæ declinationis, vt *Pallados, Thetydos, Tydeos, &c.*

Item, Compos & Impos.

Et omne nomen in os secundæ declinationis, vt *Samos, synodos, melos, Tenedos, chaos.*

Producuntur & nomina, quæ per tertiam declinationem Atticam, faciunt genitiuum in o: vt *Athos, Androgeos, &c.*

V S.

Vs corrépta datur. Monosyllaba cum genitíuis
Ternæ vel quartæ produc, numeríque secúndi,
In quárta primum, quartum, quintúmque: & in vris,
Dúmque vtis pátrius, vel in vdis, & vntis, odísve,
Aut quintus fit in u, longus tum rectus habêtur.
Ergo prodúces venerábile nomẽ Iesus.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general. Vs correpta datur (nomen in us finitum corripit vltimam) *le nom qui se termine en us, a la derniere briefue.*

Excep. 1. Produc monosyllaba cum genitiuis ternæ vel quartæ, numeríque secundi, &c. (vnius syllabæ nomina, & genitiui tertiæ declinationis, quorum nominatiuus in o desinit, genitiui quoque quartæ singularis numeri, & in plurali eiusdẽ declinationis nominatiui, accusatiui, & vocatiui, vltimam habent productam) *les noms terminez en us, qui n'ont qu'vne syllabe, comme* rus, pus, *&* thus: *& les genitifs de la troisiesme declinaison, desquels le nominatif se fine en o: les genitifs semblablement de la quarte du singulier nombre, & au plurier de la mesme declinaison, les nominatifs, accusatifs, & vocatifs, ont la derniere syllabe longue.*

Excep. 2. Et in vris, dúmque vtis patrius, &c. nomina etiam in us, terminata, in nominatiuo singulari, quorũ genitiuus desinit, in vnam harum quatuor terminationũ, videlicet, vris, vtis vdis, vel vntis, vltimã eiusdem nominatiui producũt) *les nõs aussi termine en us, au nominatif singulier, desquels le genitif se fine en vne de ces quatre terminaisons, à sçauoir,* vris, vtis, vdis *ou* vntis, *ont la derniere d'iceluy leur nominatif longue.*

Excep. 3. Aut quintus fit in u (aut nominatiuus eorum nominum, quorum vocatiuus fit in u) *& le nominatif des noms, desquels le vocatif se termine en* u, *comme* Panthus ô Panthu.

Exce. 4. Ergo produces venerabile nomen Iesus (longam quoque vltimam huius adorandi nominis Iesus facies, quia more Græcorum nominum per ε, diphthongon scribitur, quæ ideò producuntur) *tu feras aussi longue la derniere syllabe de ce venerable nom* Iesus, *à cause qu'à la façon des noms Grecs il s'escrit par vne diphthongue, a raison dequoy ils ont aussi la derniere longue, comme pour exemple ces deux cy* Melamphus, Sciophus.

Vs corripitur, vt *Tempus, pecus, Venus, legimus*, &c. *Vs, correptum.*

Producuntur verò monosyllaba, vt *Rus, thus, ius, pus, plus.* *Vs productum.* Iuuenal. Plus aloës quàm mellis habet.

Et genitiui tertiæ declinationis, vt *Clius, Clothus, Didus*, &c.

Et genitiui quartæ, & in plurali eiusdem declinationis nominatiui, accusatiui & vocatiui: vt *Visus, manus sensus*, &c.

Et in vris, &c. Producitur vs in nominatiuo singulari, vbi genitiuus terminatur in vris, vel vtis, vel vdis: vt *Tellus, salus, virtus, palus*. Breue tamen fecit Horatius Palus: vt, Regis opus, sterilísque diu palus, aptáque remis.

Producuntur etiam ea, quorum genitiuus desinit in vntis: vt *Cerasus, cerasuntis: Opus*, &c.

Græca quoque à πȣς producuntur: vt *Sciopus, Melampus.*

Produc quoque, vbi vocatiuus in u desinit: vt Panthus, quia vocatiuus est Panthu.

Sic, quia per ȣ diphthongon scribitur, doctissimi produci testantur adorandum Domini & Dei nostri nomen Iesus. Atque hactenus de syllabis.

DE DECEM VITIIS IN *carmine vitandis.*

Bárbara nulla ínerit vox, aut incóngrua metro.

Nulla redundâbit, nulla integritâte carêbit.

Nil transponêtur: nil confûndet malè
 sensum.
Nec rápies longam: nec prodúces bre-
 uiándam.
Nec post vocâlem, nec post m, versu in
 eôdem,
Pártibus à váriis vocâlis ritè sequêtur,
Sýllaba ni péreat præcédens vt modò
 dixi.
Nec succussántes, nec pones molle cre-
 pántes:
Nec paucis númeris tibi multa licêre
 putâbis:
Nec tibi propónes nisi summos quos-
 que imitándos.

ORDO CONSTRVCTIONIS.

Regula general.

Nulla vox barbara aut incongrua inerit (id est, in contexendis carminibus summè cauebis, ne quid barbari aut incongrui admisceas) *quand tu voudras faire & composer carmes, il faudra sur toutes choses, que tu prennes garde de n'y entremesler rien de barbare, ou incongru.*

Nulla redundabit, &c. nihil ingeras quod redundet (aut sensum non expleat, aut frustra repetatur, aut ne quid deficiat) *il n'y fault rien mettre qui soit superabundant, ou qui ne parface le sens, ou soit sans besoing repete, ou qu'il y ait quelque chose qui defaille, que le sens & le carme n'ayt son integrité.*

Nil transponetur, &c. (ne quid inuenustè è loco mutetur in alium, aut sensum confundat) *que rien ne soit transpose inordonnement, ou que le sens soit confondu.*

Nec rapies longam, nec produces breuiandam (non violabis syllabarum quantitatem, producendo eam quæ breuis est, aut corripiendo eam quæ produci debet: *tu ne violeras point la quantité des syllabes, en faisant longue celle qui est*

brefue, ou en faisant brefue celle qui est longue.

Nec post vocalem, nec post m, &c. (nec pones in eodem versu dictionem quæ à vocali incipiat, nec post vocalem, nec post nomẽ finitum in m, nisi fiat Ellipsis aut, Synalœpha) *ny ne mettras en vn mesme carme vne diction qui commence à vne voyele, apres vne voyele, ny apres vn nom terminé en* m, *s'il ne se fait en la concurrence de deux voyeles vne elision de la premiere, ou de la voyele auec ladicte lettre* m, *és noms terminez en* m, *comme il a esté dit és reigles generales des Quantitez.*

Nec pones succussantes, aut molle crepantes (id est, non locabis in versu quem edere volueris, literas aut syllabas, aut pedes, qui successu quodam affectione seu mollitie nimia ferantur) *tu ne mettras point au carme que tu veux faire, lettres, ou syllabes, ou pieds qui marchent par secousse, ou auec vne par trop grande affection ou mollesse.*

Nec putabis tibi multa licere in paucis numeris (tu vitabis in paruo opere magnam licentiam) *tu euiteras en petit œuure vne par trop grand licence.*

Nec propones tibi, &c. (cauebis denique alicuius imitari poëmata, nisi ille probatus fuerit author) *tu te donneras finalement garde d'imiter les carmes de quelque poete, s'il n'est receu & bien appreuué d'vn chacun.*

Monemur vulgata decem vitia in carminibus contexendis vitare. *Decem vitia in carmine vitanda.*

Primò, ne barbarum aut incongruum quicquam admisceamus. 1.

Secundò, ne quid redũdans, aut deficiens sit: vt qui Quoque, aut alias particulas, propter metrum duntaxat ingerũt. Qui pedum nimis, aut non satis ponunt: Qui sensum non explent, aut frustrà repetunt. 2.

Tertiò, ne quid malè transponatur. 3.

Quartò, ne sensus confundatur. 4.

Quintò, syllabarum quantitas non violabitur. 5.

Sextò, nec post vocalẽ, nec post m, ponetur in eodẽ versu dictio incepta à vocali, nisi fiat Ellipsis, aut Synalœpha. 6.

Septimò, non ponemus succussantes literas, syllabas, aut pedes: vt, O Tite, tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. 7.

Octauò, ne quid sit affectatè nimis, turgidè aut molliter sonans. 8.

Nonò, vitabitur in paruo poëmate magna licentia. 9.

Decimò, cauebimus, ne non probati authoris carmina imitemur. 10.

Finis quarti libri, qui est de Prosodia.



IOANNIS DESPAVTERII NINIVITÆ, DE FIGVRIS LIBER.

Figuræ definitio.

ARte nouâta áliqua dicéndi forma figûra est.
Sunt eius spécies, Metaplásmus, Schema, Tropúsque:
Quas manifestátis vítiis, referábimus amplè.

Figura quid. Figura, est arte aliqua nouata forma dicendi. Figurarum notitia est poëtis, oratoribúsque necessaria.

Figuræ species sunt tres.	Metaplasmus. Schema. Tropus.

Cæterùm fuerit operæpretium vitiorum naturam antè manifestare, vt ea à figuris separare sciamus.

DE VITIIS FIGVRAE.

Vitia orationis generalia sunt tria.	Barbarum. Obscurum. Inordinatum.
Barbaræ orationis species, sunt duæ.	Barbarismus, & Solœcismus.

Eiusmodi vitia, vt potè in primis vitanda, declarabuntur in hunc modum.

Barbarismus.

Bárbarus est, quisquis scribéndo, siue loquéndo,
Verbum corrúmpit: peregrînum est Bárbara lexis.

Barbarismus est vnius dictionis corruptio, scribendo aut loquendo commissa: vt Tolleto cum duobus ll. Barbara lexis, est dictio peregrina: vt Guerra, bladũ, stuffa, fardellus, charreria &c. Barbarismus dicitur à barbarus, id est, dissonãs: quia à vera Latinitate dissonat & dissidet. Barbarismus in prosa nomen suum retinet, apud poëtas Metaplasmus & Pathos nuncupatur. Ideò licet ex poëtis depromantur barbarismi exempla, ne credas ipsos loquutos esse barbarè, siue (vt veteres sæpiùs dicebãt) rusticè: sed intelligas barbarismum fore, si quis ita loqueretur in prosa. Idem censendum est de Solœcismo, cui Schemati apud Poëtas nomen est.

Solœcismus.

Esto Solœcísmus, vitiôsa orátio quæuis.

Solœcismus est impar & inconueniens compositura partium orationis: vt, Acuta gladius. Saluete reuerende magister. Veteres solœcum dixerunt potiùs: à quo Solœcisso, solœcissas, id est, incongruè loquor.

OBSCVRAE IGNOBILISQVE ORATIONIS SPECIES.

Obscuræ ignobilisque orationis species sunt octo.

- Acyrologia.
- Pleonasmos.
- Perissologia.
- Amphibologia.
- Tautologia.
- Macrologia.
- Ecthlipsis cum Aposiopesi.
- Aenigma.

Acyrologia.

Imprópriè ſumptum verbum dicâtur Acýron.

Acyrologia eſt impropria dictionis vſurpatio: vt Spero, pro timeo: Accede ad hunc ignem, id eſt, ad hanc meretricē. Acyrologia interpretatur Impropria loquutio, ab ἄκυρος, id eſt, improprius, & λογία, id eſt, loquutio.

Pleonaſmus.

Omne ſuperuácuum Pleonáſmos ritè vocâtur.

Pleonaſmos, eſt adiectio ſuperuacua ad plenam ſignificationem: vt, Sic ore loquuta eſt. Vidi his oculis. Et interpretatur Superabundantia, à πλεονάζω, id eſt, plus quàm oportet facio, aut dico.

Periſſologia.

Eſto Periſſólogus tibi ſermo ſupérfluus omnis.

Periſſologia eſt adiectio verborum ſuperflua, ſine vlla vi rerum: vt, Ibant quà poterant, quà non poterant, non ibant. Viuat Rex, & nō moriatur. Trāsfertur autem Periſſologia, Superflua loquutio, à περισσός, id eſt, ſuperfluus: & eſt penè eadem quæ Pleonaſmos.

Amphibologia.

Amphíbolon dúbius Románis ſermo ferêtur.

Amphibologia, eſt vitio compoſitionis ambiguè poſita ſententia: vt, Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. Fit ab ἀμφίβολος, id eſt, dubius.

Tautologia.

Tautólogos verbis váriis rem ſignat eándem.

Tautologia, eſt diuerſorum verborum aut orationū eandem rem ſignificantium inculcatio: vt, Ipſe egomet venio.

Exultans redeo, gaudeo, gaudénſve reuertor. Tautologia dicitur à ταυτότης, id eſt, identitas, & λογία, loquutio: eſt enim eadem loquutio.

Macrologia.

Macrólogos ſermo nímium prolíxus habêtur.

Macrologia eſt longa ſententia, res non neceſſarias comprehendens. Virgil. Poſtera iam ſummo ſpargebat lumine terras Orta dies, quum primùm ſe alto gurgite tollunt Solis equi, lucémque elatis naribus efflant. Satis fuerat dixiſſe, Orta dies. Macrologia traducitur Longus ſermo ſine neceſſitate, à μακρὸς, id eſt, longus.

Eclipſis, Apoſiopeſis.

Eclipſis verbum: Reticéntia verba ſubáudit.

Eclipſis vnicum verbum, i. dictionem, ſubaudit. Reticentia verò, i. Apoſiopeſis, plures dictiones ſupprimit. Eclipſis id eſt defectus ſeu defectio. Apoſiopeſis, Latinè dicitur reticentia.

Aenigma.

Eſt Ænígma grauis nímium tibi ſermo ſolútu.

Ænigma, eſt obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudinem rerum: vt, Mater me genuit eadem mox gignitur ex me. Significatur enim aquam in niuem conuerti, & ex eadem rurſus effluere. Aenigma dicitur ab αἰνίττομαι, id eſt, obſcurè loquor.

INORDINATAE ORATIONIS ſpecies.

Inordinatæ orationis ſpecies ſunt quinque.
- Tapinoſis.
- Aeſchrologia.
- Cacophaton.
- Cacozelia.
- Cacoſyntheton.

Tapinosis.

Magna Tapinôsis ténui sermône reclûdit.

Tupinosis, est humilitas magnæ rei, non id agente sententia quod demonstrat: vt apud Virgil. Dulichias vexasse rates: pro atrocissimè raptasse, ac laniasse. Tapinosis, à ταπεινὸς, id est, humilis.

Aeschrologia.

Æschrólogos nobis obscoéna orátio fertur.

Aeschrologia, est vitio compositionis inuerecunda oratio, aut compositio verborum obscœnæ significationis: quale est futuo, cunnus, &c. Aut obscœna pronunciatio, ab αἰσχρὸς, i. turpitudo.

Cacophaton.

Est Caco ritè phaton, quicquid sonat haud benè nobis.

Cacophaton, aut Cacephaton, est obscœna pronunciatio vel in compositione, vel in vno verbo: vt, Arrige aures Pãphile. κακὸν, id est, malum: φατὸν, dictum: hoc est, malè sonans dictum.

Cacozelia.

Esto Cacózelon praua affectátio nobis.

Cacozelia, est per affectationem decoris corrupta sententia, cùm eo ipso dedecoretur oratio, quo illam voluit author ornare: vt Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo, &c. Cacozelon, id est, mala affectatio.

Cacosyntheton.

Haud benè compósitum Cacosýntheton esto Latínis.

Cacosyntheton, est vitiosa dictionum compositio, vel in-

decens scriptura: vt, Terga fatigamus hasta. Cacosyntheton transfertur Male compositum.

DE METAPLASMO.

Díctio transformâta Poétæ, sit Metaplásmus.

Metaplasmus, est transformatio quædam recti solutíque sermonis in alteram speciem metri, ornatus necessitatísve causa: vt Cælicolûm, induperator, dicier, à μέτà, id est, trans, & πλάσμα, id est, figmentum.

Metaplasmi species sunt quatuordecim.

- Prosthesis.
- Epenthesis.
- Paragoge.
- Aphæresis.
- Syncope.
- Apocope.
- Ectasis.
- Systole.
- Diæresis.
- Synæresis.
- Synalœphe.
- Ecthlipsis.
- Antithesis.
- Metathesis.

Prosthesis.

Adiice princípio quicquam, sic Prósthesin edes.

Prosthesis est appositio quędam ad principium dictionis, literæ vel syllabæ: vt Gnate, pro nate: retulit, pro tulit: astat, pro stat. Dicitur à πρὸς, id est, ad, & θέσις, positio, hoc est, appositio.

Epenthesis.

Adiice quid médio, sic fiet Epénthesis aptè.

Epenthesis, est appositio quædam ad mediam dictionem literæ vel syllabæ: vt Relliquias, gemino ll, pro reliquias,

alituum, pro alitum. Epenthesis dicitur ab ἐπὶ, & ἐν, quæ cõiuncta significant inter, & θέσις, positio, vt sit interpositio. Eandem significationem habet Perenthesis.

Paragoge.

Adiice quid fini, pulchram fácies Paragôgen.

Paragoge, est appositio quædam ad finem dictionis: vt Potestur, pro potest: à παρὰ, id est, ad, & ἀγωγὴ, id est, ductio hoc est, adductio.

Aphæresis.

Aufert quid cápiti vates, vt Aphǽresin edat.

Aphæresis, est ablatio de principio dictionis literæ vel syllabę contraria Prosthesi: vt, Pone metum, pro depone: ab ἀφαιρέω, id est, aufero.

Syncopa.

E medio quicquam tollas, ita Sýncopa fiet.

Syncopa, est ablatio de media dictione, literæ vel syllabæ contraria Epenthesi: vt Audacter, pro audaciter: à σὺν id est. con, & κόπτω, incido. Est enim concisio quædam, vt Dixti, pro dixisti: Commorat, pro commouerat, &c.

Apocope.

De fine demens nostris haud vérsibus apta est.

Apocope, est ablatio de fine dictionis, literæ, vel syllabæ, contraria Paragogæ: vt Achilli, pro Achillis, ex ἀπὸ, id est, ab, & κόπτω, scindo.

Ectasis.

Ectasis exténdit tibi iure puer breuiándam.

Ectasis, est extensio syllabæ contra naturã verbi: vt Naufraga, media lõga, quæ breuis est & Italia, prima producta.

quæ naturâ alioqui corripitur. Dicitur ab ἐκτείνω, id eſt, produco. Eadem Diaſtole vocatur.

Syſtole.

Producénda foret, quam Sýſtola córripit ipſa.

Syſtole, eſt correptio ſyllabæ contra naturam verbi facta, contraria Ectaſi: vt Aquoſus Orion, pro Orion, producta: à συστέλλω, id eſt, corripio.

Diæreſis.

Sýllaba per binas diuîſa, Diǽreſis eſto.

Diæreſis, eſt diuiſio vnius ſyllabæ in duas: vt Aulaï, pro aulæ: à διαιρέω, id eſt, diuido.

Synæreſis.

Sýllaba de binis eſt facta, Synǽreſis vna.

Synæreſis, eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in vnã, contraria Diæreſi: vt Phæton, diſſyllabum, pro triſyll. à σὺν id eſt, con, & αἵρεσις, diuiſio, quaſi diuiſorum coniunctio.

Ellipſis & Synalœpha.

M, necat Ellípſis, ſeu vocâlem Synalœpha.

Ellipſis, vel Ecthlipſis, eſt m, literæ cum ſua vocali ante vocalem eliſio. Synalœpha, eſt vocalis ante vocalem interemptio in diuerſis dictionibus: vt, O curuæ in terras animæ & cœleſtium inanes. Ellipſis dicitur ab ἐκ & λείπω, id eſt, deficio, & interpretatur Eliſio. Synalœpha autem dicitur, coniunctio, à συναλείφω, id eſt, coniungo.

Antitheſis.

Antítheſis fiet tibi, líttera ſi variêtur.

Antitheſis, eſt literæ pro litera poſitio: vt Olli, pro illi: ab ἀντί, id eſt, pro, & θέσις poſitio, quaſi alius pro alio poſitio.

Metatheſis.

Eſt Meta nempè theſis, ſi tranſpónas eleméntum.

Metathesis, est literarum in alium locum transformatio, nulla litera è dictione sublata: vt, Euandre, Tymbre, pro Euander, Tymber: à μετὰ, id est, trans, & θέσις, positio, quasi transpositio.

Prothesεon parallaga.

Præpositûra quidem mutâta, Parállaga fiet.

Prothesεon parallaga, aut parallage, est præpositionum mutatio, cùm altera pro altera ponitur: vt, Cur de te tantùm licuit pro In te. Prothesεon parallage, transfertur Præpositionum mutatio: à πρὸ, id est, præ & antè, & θέσις, positio.

DE SCHEMATE.

Schémata dant spécies tibi Léxeos & Dianœas.

Schema, est quicquid à simplici atque in promptu posito dicendi modo, vel poëticè, vel oratoriè mutatur.

Schematis species sunt duæ,
- Dianœas, Id est, Mentis, vel sensus, vel sententiarũ habitus.
- Lexeos, Id est, Dictionis, verborũ, sermonis, orationum.

Schema dicitur cultus, figura, habitus.
Dianœa, id est, sententia.
Lexis, dictio.

Schematis autem Lexeos species multæ sunt: videlicet,
- Prolepsis.
- Zeugma.
- Hypozeuxis.
- Syllepsis.
- Asyntheton, seu Dialyton.
- Polysyntheton.
- Anadiplosis.
- Anaphora.
- Epanalepsis.
- Epizeuxis.
- Paranomasia.
- Schesisonomaton.

Paromœon.
Homœoteleuton.
Homœoptoton.
Polyptoton.
Hyrmos.
Climax.

Prolepsis.

Per partes totum, aut réferat pòst facta Prolépsis.

Prolepsis, est præsumptio rerum ordine sequutarum, vel cùm numerus antè verbo redditur, quàm personæ definiantur: vt, Interea reges, ingenti mole Latinus Quadriiugo vehitur curru, &c. Bigis it Turnꝰ in albis. Hinc pater Aeneas, Romanæ stirpis origo, Et iuxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ, Procedũt castris, &c. Et dicitur Prolepsis, à πρὸ, id est, ante, & λῆψις, sumptio.

Zeugma.

Verbo vno plures sensus per Zeugma reclũdo.

Zeugma, est vnius verbi conclusio, diuersis clausulis aptè cõiuncta: vt, Aduersatur libidini castitas, auaritiæ liberalitas, mediocritati luxuria, modestię superbia, strenuitati acedia. Zeugma interpretatur Adiũctio, a ζευγνύω, id est, iungo.

Hypozeuxis.

Iungit Hypozéuxis sua rebus verba quibúsque.

Hypozeuxis, est figura Zeugmati contraria, vbi suũ cuique clausulæ redditur verbum. Virgil. Regem adit, & regi memorat, noménque, genúsque. Quídve petat, quídve ipse ferat, &c. ab ὑπὸ, id est, sub, & ζεῦξις, coniunctio.

Syllepsis.

Verbo vno vária est Syllépsis cláusula nexa.

Syllepsis, est diuersarum clausularum per vnum verbum conglutinata conceptio: veluti, Hic illius arma, Hic currus

fuit: à συν, id est, cum, & λῆψις, captio, vel conceptio.

Asyntheton.

Cópula supprímitur, quò fiat Asýntheton aptè.

Asyntheton, est oratio sine coniunctionibus necessariò subauditis: vt, Dum ætas, metus, magister prohibebant: à priuatiua particula, α, & συν, id est, cum, & θετὸν, id est, positum, quasi incompositum.

Polysyntheton.

Cópula multiplicâta facit Polysýntheton vsque.

Polysyntheton, est oratio multis nexa coniunctionibus. Virgil. Athamásque, Thoásque, Pelidésque Neoptolemus, primúsque Machaon: à πολὺ, id est, multum, & σύνθετον, id est, compositum, quasi multipliciter compositum.

Anadiplosis.

Finem princípio répetens, Anadíplosin edes.

Anadiplosis est finis vnius versus in principio alteri' carminis repetitio: vt, Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens, &c. ab ἀνὰ. i. re, & διπλωσις, duplicatio.

Anaphora.

Princípium fit idem nonúnquam vérsibus aptè.

Anaphora, est relatio verbi eiusdem, aut similis per principia complurium versuũ: vt, Nate meæ vires, mea magna potentia solus, Nate patris summi, &c. ab ἀνὰ, id est, re, & φορὰ, latio.

Epanalepsis.

Princípio & fini reperîtur versus eôdem.

Epanalepsis, est, cùm eadem dictio & principium versus & clausulam tenet: vt, Multa super Priamo rogitans, super

Hectore multa. Et interpretatur reacceptatio siue replicatio ab ἐπὶ, & ἀνὰ, quæ coniuncta significāt re, & λῆψις, acceptio.

Epizeuxis.

Díctio format Epizéuxim cum vi gemināta.

Epizeuxis, est eiusdem dictionis sine medio geminatio cum impetu pronunciationis: vt, Meme adsum, qui feci: in me conuertite ferrum, O Rutuli, &c. Interpretatur Coniunctio, aut combinatio.

Paronomasia.

In símili verbo ludit quandôque poëta.

Paronomasia, est veluti quædā denominatio, vel quoties aliud nomen efficitur de alio: vt, Næ isthæc incœptio est amentium, nō amātiū: à παρὰ, i. iuxta, & ὀνομασία, nominatio.

Schesisonomaton.

Móbile cuique suum fixo connéctitur aptè.

Schesisonomaton, est cùm singulis nominibus epitheta connectuntur: vt, Marsa manus, Peligna cohors, festina virûm vis. Componitur ex nominatiuo, σχέσις, i. habitus, & genitiuo ὀνομάτων, id est, nominum, quasi habitus, vel habitudo nominum.

Paromœon.

Princípiis éadem est Parômœon líttera multis.

Paromœon, est quando ab eisdem literis diuersæ dictiones sumunt initium: vt, Machina multa minax minatur maxima muris. Paromœon, id est, simile: παρὰ, i. iuxta, & ὅμοιος, id est, similis.

Homœoteleuton.

Verbôrum símilis sit finis Homœoteleuton.

Homœoteleuton, est quum simili modo plurimæ dictiones finiuntur: vt Bella horrida, bella: ab ὅμοιος, i. similis, & τελευτὸν i. finitum.

Homœoptoton.

Casus Homœóptoton erit símilis tibi multus.

Homœoptoton, est oratio vno símilíque casu compacta & excurrens in eosdem & similes casus. Ennius. Mœrentes, flentes, lachrymantes, ac miserantes: ab, ὅμοιος, id est, similis & πτῶσις, casus.

Polyptoton.

Bella Polýptoton, várij sit cláusula casus:

Polyptoton, est oratio casuum varietate distincta, aut clausula varios casus retinens: vt, Littora littoribus contraria, fluctibus vndas: & dicitur à πολὺς. i. multus, & πτῶσις, casus.

Hyrmos.

Sermônis séries prælónga vocábitur Hyrmos.

Hyrmos, est series aut constructio orationis continuę, tenorem suum in multos versus protendens. Virg. Principiò cælum ac terras, campósque liquentes, Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra, &c. Et dicitur Hyrmos, quasi syrmos, id est, tractus, à σύρω, id est, traho.

Climax.

E verbo in verbum Climax it pulchra figúra.

Climax est de verbo in verbum gradatio, quæ dicta repetit, & prius quam ad aliud descendat, in prioribus resistit: vt. Aphricano virtutem industria, virtus gloriam gloria æmulos comparauit, Interpretatur Scala vel grandatio.

DE TROPIS.

Tropus.

Vertit ad imprópriũ Tropus ómnia ſignificâtum.

Tropus, eſt verbi vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio: vt Vulpes pro aſtuto, Bacchus pro vino. Dicitur τροπὴ, id eſt, verſio vel mutatio.

Tropi ſpecies ſunt tredecim.

- Metaphora.
- Catachreſis.
- Metalepſis.
- Metonymia.
- Antonomaſia.
- Epitheton.
- Synecdoche.
- Onomatopœia.
- Periphraſis.
- Hyperbaton, cuius ſpecies ſunt quinque.
  - Hyſteron proteron.
  - Anaſtrophe.
  - Parentheſis.
  - Syncheſis.
  - Tmeſis.
- Hyperbole.
- Allegoria cuius ſpecies ſunt ſex.
  - Ironia.
  - Antiphraſis.
  - Charientiſmos.
  - Parœmia.
  - Sarcaſmos.
  - Aſteiſmos.
- Homœoſis, cuius ſpecie ſunt tres.
  - Icon.
  - Parabola.
  - Paradigma.

Metaphora.

Propter rem ſimilem pro verbis verba repônes.

Metaphora, eſt rerum verborũmque per ſimilitudinem tranſlatio: vt, Rident prata: à μεταφέρειν. i. transferre.

Catachreſis.

Eſto Catachrêſis bona vocis abúſio nobis.

Catachresis, est vsurpatio nominis alieni: vt, Parricidam, matris quoque, aut fratris interfectorem dicimus: à κατὰ, id est, contra, & χρῆσις, i. vsus, quasi contra vsum.

Metalepsis.

At Metalépsis, erit transsúmptio facta gradâtim.

Metalepsis, est transumptio gradatim facta, quum dictio aliud à sua propria significatione ex his quæ præcesserunt, denotat: vt, post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas: pro, Inde post aliquot annos: à μετὰ, i. trans, & λῆψις, sumptio, vel acceptio.

Metonymia.

Dico Metonymîam, Bacchum bibo, Vina corónant.

Metonymia, est nominis transmutatio, quoties pro inuentore inuentum, pro continente contentum, pro efficiente effectum, pro possesso possessorem, aut contra, capimus. Metonymia transfertur, Nominis transmutatio: à μετὰ, i. trans, & ὄνομα, id est, nomen.

Antonomasia.

Appellatîuum própriј vice sæpè locâtur.

Antonomasia, est vocabulum, quod sine nomine positum proprio eius loco fungitur, vt, Magnanimus Anchisiades, pro Ænea. Saturnia, pro Iunone. Transfertur Pronominatio, aut pronomen: ab ἀντὶ, i. pro, & ὄνομα, id est, nomen.

Epitheton.

Exórnat carmen fixo bene móbile quadrans.

Epitheton, est appositum nomini adiectiuum, perpetuam fermè naturam rei indicans: vt, Alma Ceres, Pulchra Venus, Tristia bella: ab ἐπὶ, id est, ad, & θετὸν, positum, quasi appositum.

Synecdoche.

Pro naui puppis, contráve, Synécdoche habêtur.

Synecdoche, est figura, cùm à parte totum intelligitur, aut contrà, numerúsve pro numero sumitur: vt, Da requiem puppi, veniet cùm frigidus annus: pro naui, & hyeme. Interpretatur Comprehensio.

Onomatopœia.

Sæpè sonus causam fingéndi nómina præstat.

Onomatopœia, est dictionis ex sono confictio: vt Mugio, hinnio, pipio: ab ὄνομα, id est, nomen, & ποιία, fictio: inde est nominis fictio.

Periphrasis.

Rem circumlóquitur, fit quando Períphrasis apta.

Periphrasis, est circumlocutio quædã, quum id quod vno aut paucioribus verbis dici potest, pluribꝰ explicatur. Virg. Et iam prima nouo spargebat lumine terras, Tithoni croceum linquens aurora cubile. i. Dies oriebatur. Dicitur à περὶ i. circum, & φράσις, locutio, vt sit circumlocutio.

Hyperbaton.

Valde turbâtus vocum sit Hypérbaton ordo.

Hyperbaton, est transcensio quædam, verborum ordinẽ perturbãs. Virg. Aen. 12. Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt
Solis auis speciem: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,
Et iuxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris.

Hyperbaton, Verbi transgressio interpretatur, ab ὑπὲρ

βαίνω, id est, transcendo. Cuius species sunt quinque, Hysterologia siue Hysteron proteron, Anastrophe, Parenthesis, Synchesis, Tmesis.

Hysteron proteron.

Hýsteron est próteron, postpônas si antè locánda.

Hysteron proteron, est sententiæ cum verbis ordo mutatus. Virgil. Et torrere parant flãmis, & frangere saxo. Priùs enim frangunt saxo, quàm torrent, ὕστερον, id est, vltimum vel postremum, πρότερον, id est, prius. Hysterologia, Præpostera loquutio.

Anastrophe.

Ordo inuérsus erit tibi Anástropha præpositúræ.

Anastrophe, est verborum tantùm ordo præposterus: vt, Italiam cotra: Maria omnia circum. Anastrophe dicitur Reuersio, vel inuersio. ab ἀναστρέφω.

Parenthesis.

Interiecta Parénthesis est senténtia quæuis.

Parenthesis, est interposita formatio diuersæ sententiæ: vt, Aeneas (neque enim patrius consistere mentem Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten. Interpretatur autem Interpositio.

Synchesis.

Sýnchesis est prorsum vocũ aut confúsio sensus.

Synchesis, est hyperbaton obscurum, & omni parte confusum: vt, Treis Notus abreptas in saxa latentia torquent. Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus aras. Synchesis, id est, Confusio, à συν, id est, cum, & χύσις, fusio.

Tmesis.

Quoquã interpósito per Tmesin vér-

bula ſcindo.

Tmeſis, eſt vnius compoſiti vel ſimplicis ſectio, vna dictione vel pluribus interiectis: veluti, Eſt Boreæ regio ſeptem ſubiecta trioni. Tmeſis, diſſyllaba dictio, eſt idem ſignificans quod ſectio, à τέμνω, id eſt, incido. Eadem vocatur Diacope, id eſt, Interciſio.

Hyperbole.

Excéſſus fídei maniféſtus Hypérbola fertur.

Hyperbole, eſt oratio excedens fidem, augendi vel minuendi cauſa: augendi, vt, Niue candidior: minuendi, vt, Vix oſſibus hærent: ab ὑπὲρ, id eſt, ſuper, & βολὴ, vel βόλος, id eſt, iactus.

Allegoria.

Dic Allegorîam, ſenſu ſi verba repúgnent.

Allegoria eſt tropus, quo aliud ſignificatur, aliud dicitur, & ita verba ſenſu, id eſt, ſenſui repugnant. Virgil. Sed nos immenſum ſpatio cõfecimus æquor: Et iam tempus equûm fumantia ſoluere colla: id eſt, quæ tractanda fuerãt, affatim explicuimus. Dicitur ab ἄλλο, & ἀγορεύειν, id eſt, ab aliud dicendo.

Ironia.

Illúdens rectè ſermo Ironîa ferêtur.

Ironia, eſt diſſimulatio aut illuſio, qua contraria oſtenduntur ſenſui, quàm verba præ ſe ferunt: vt, Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis, Túque, puérque tuus, &c. Et dicitur ab εἰρωνεύομαι, quod eſt diſſimulo, & cauillatoriè decipio.

Antiphraſis.

Antíphraſis verbum ſit per contrária dictum.

Antiphraſis, eſt vni⁹ verbi ironia: vt, Bellũ, quòd minimè bellũ ſit: & Lucus, quòd minimè luceat. Antiphraſis, eſt per contrarium locutio: ab ἀντὶ, id eſt, cõtra, & φράσις, locutio.

Charientismos.

At Charientísmos tibi móllict áspera dictu.

Charientismos, est tropus, quo dura dictu gratiùs proferuntur: vt si interroganti. Num me quæsiuit quispiã: respõderis, Bona fortuna, id est, nemo. Charientismos, id est, gratificatio & vrbanitas.

Parœmia.

Sermo procul notus festîua Parœmia fertur.

Parœmia, est accommodatum rebus & temporibus prouerbium: vt, Lupus est in fabula: id est, Adest is, cuius præsentia loqui vetamur: à παρὰ, id est, iuxta, & οἴμη, id est, cantus vel cantilena, quasi iuxta omnium cantilenam.

Sarcasmos.

Hósticus irrísus nobis Sarcásmos habêtur.

Sarcasmos, est plena odio, atque hostilis derisio: vt Pyrrhus ad Priamum, Referes ergo hæc, & nuncius ibis Pelidæ genitori: illi mea tristia facta, Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

Asteismos.

Simplícitas, Asteísmos erit, si rústica desit.

Asteïsmos, est tropus multiplex, numerosæque virtutis. Nam est quicquid rustica simplicitate caret, & faceta satis vrbanitate exprimitur: vt apud Virgil. in Buco. Qui Bauiũ non odit, amet tua carmina Mæui, Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Dicitur ab ἀστεῖος, id est, vrbanus.

Homœosis.

Nota parum demónstrat Homœôsis magè notis.

Homœosis, est minus notæ rei per similitudinem eius

quæ magis nota eſt, demonſtratio : ab ὅμοιος, id eſt, ſimilis, quòd ſit ſimilitudo.

Icon.

Eſt Icon, quóties formæ bene cónfero formam.

Icon, eſt peſonarum inter ſe, vel eorum quæ perſonis accidunt, comparatio : vt, Os humeríſque Deo ſimilis. Icon, iconos, imago, vel ſimilitudo dicitur.

Parabola.

Iure diſértus erit, quiſquis rem cómparat aptè.

Parabola, eſt rerum genere diſſimilium comparatio : vt, Qualis mugitus, fugit cùm ſaucius aram Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim. Parabola dicitur Adiectio, à παρὰ, id eſt, iuxta, & βολὴ, iactus: βάλλω, iacio : vt ſit adiecta cuique rei comparatio.

Paradigma.

Exémplum facti vel dicti ſit Paradígma.

Paradigma, eſt exempli hortantis, vel dehortantis enarratio. Hortantis : vt, Antenor potuit mediis elapſus Achiuis, Illyricos penetrare ſinus, &c. Dehortantis : vt, At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor, Ledæámque Helenam Troianas vexit ad vrbes, &c. Paradigma, eſt exemplũ, à παραδεικνύω, id eſt, exẽplifico: à παρὰ, id eſt, iuxta, & δεῖγμα, id eſt, ſignum.

MISCELLANEA RELIQVARVM
figurarum declaratio.

Multa figurârum deſcríptio nómina ſumit.

Figurarum deſcriptiones variis in rebus varia ſortiuntur nomina, vt.

	Deſcriptio temporis dicitur,	Chronographia.
	Deſcriptio loci,	Topographia.

Descriptio natalis. } Genethliacon.

Descriptio pugnæ. } Monomachia, id est, duorũ singulare certamen.

Descriptio pugnæ naualis. } Naumachia.

Reliquarum figurarum species sunt septemdecim, præter eas quæ in Syntaxi continentur.

- Epimone.
- Anthypophora.
- Parasiopesis.
- Prosopopœia.
- Epanodos.
- Paradiastole.
- Hendiadys.
- Hyppallage.
- Liptote.
- Antitheton.
- Erotema.
- Epexegesis.
- Emphasis.
- Parelcon.
- Euphonia.
- Apostrophe.
- Allœotheta.

Epimone.

Inuénies versum repetîtum sæpè decénter.

Epimone, est eiusdem versus frequens repetitio: vt in Ludicro Virgil. Incipe Mænalios mecum mea tibia versus. &c. Interpretatur Perseuerãtia, & insistentia: ab ἐπιμόνως, id est, constanter.

Anthypophora.

Respondêre solent scriptóres obiiciéndis.

Anthypophora, est ad obiicienda responsio: vt, Sum pius, heu doleo: nã mihi sæpè nocet. Posset quæri, Cur doles te

pium esse? huic tacitæ quæstioni sic occurritur, Nam mihi sæpe nocet. Anthypophora est solutio. Hypophora námque obiectio dicitur: ab ἀντὶ, id est, contra, & ἀποφορὰ quasi contra obiectionem.

Quas tibi declârat Syntâxis, hoc repetêmus.

De appositione, Euocatione, Conceptione, Prolepsi, Zeugmate, Antiptosi, Synthesi, & Synecdoche, &c. quæ in Syntaxi dicta sunt, haud operæpretium fuerit hîc repetere: itaque illis supersedendum censeo.

Parasiopesis.

Rem nimis vt notam férimus nos sæpè tacêre.

Parasiopesis, est quum aliquid nos reticere dicimus, vtpotè omnibus notum aut cùm suspicionem excitare maiorem reticendo possumus: quale est illud, In præsentia iudices iniussu populi quæ improbissimè gesserit, reticebo. Dicitur à παρὰ, id est, apud, ad, præter, & σιωπὴ, id est, silentium.

Prosopopœia.

Fíngere persônam res est percrêbra poetæ.

Prosopopœia, est personæ fictio, quoties inanimatum ad animatum loquitur, aut contrà, animatum ad inanimatum: vt Ouid. Parue, nec inuideo, sine me liber ibis in vrbem. Et apud eundem in Metamor. vbi terra loquitur. Dicitur à πρόσωπον, id est. persona, & ποιέω, id est facio, vel fingo.

Epanodos.

Laudâtur verbi repetítio facta decénter.

Epanodos, est cum decore dictionis repetitio, siue regressio: plerunque cum negatione, & interdum sine ea: vt, Principatus bonus est, & non bonus autem, qui in tyrannidem conuertitur. Fit ex ἐπὶ, & ἀνὰ, quæ coniuncta iterum vel retrò, significant, & ὁδὸς, via quasi in priorem viam regressio.

Paradiastole.

Virtûtum vítiis intérdum nómina dantur.

Paradiastole, est cùm rem nostram dilatamus per interpretationes: vt cùm Astutum, sapientem vocamus: prodigum, liberalem: temerarium, fortem. Componitur à παρὰ, id est, iuxta, διαστολὴ, id est, dilatatio.

Hendiadys.

Hendíadyn fácies, soluens in móbile fixum.

Hendiadys, figura est, quùm resoluitur substantiuum in adiectiuum: vt, Chalybem frænósque momordit, pro Chalybeos frænos: ab ἓν, id est, vnum, & διὰ, id est, per, & δύο, id est duo, quando vnum per duo dicitur.

Hyppallage.

Quando pati quod agit fero, contráve, Hypállage habêtur.

Hypallage, est figura, quum verba per aduersum intelliguntur, quum quod patimur, agere dicimur, aut contrà: vt, Trade rati ventos, pro Trade ratem vẽtis: ex ὑπὸ, id est, sub, & ἀλλαγὴ, id est, mutatio.

Liptote.

Líptote erit, quóties plus significans, minus aio.

Liptote, figura est, qua minus dicimus, quã significamus: vt, Haud parum doctus, id est, multùm: à λείπομαι, id est, deficio.

Antitheton.

Antítheton fiet, quóties contrária nectes.

Antitheton, est figura, qua contraria contrariis opponuntur: vt, Frigida pugnabant calidis, humentia siccis, Mollia cum duris, &c. Antitheton, id est, contrapositum, ab ἀντὶ, id est, contra, & θετὸν positum.

Erotema.

Quæſtio Erotéma, eſt inter numerâta figúras.

Erotema, eſt interrogatio: vt, Quis furor, ô ciues? quæ tâta licentia ferri? ab ἐρωτάω, id eſt, interrogo.

Epexegeſis.

Dicta priùs declârat Epexégeſis apértè.

Epexegeſis, eſt antè dictorum expoſitio vel declaratio: vt, Tolle fuga Turnum, atque inſtantibus eripe fatis. Dicitur ab ἐπὶ, ſuprà, & ἐξήγησις, id eſt, expoſitio.

Emphaſis.

Emphaſis eſt ſenſus maior, quàm verba reclúdant.

Emphaſis, eſt figura, altiorem præbens intellectũ, quàm verba per ſe ipſa declarant: vt, Semper ego auditor tantùm? In Ego, eſt emphaſis, apud Iuuenalem. Emphaſis, interpretatur Significatio, ab ἐμφαίνω, id eſt, demonſtro.

Parelcon.

Quod nihil ad ſenſum facit, eſto Parélcon vbîque.

Parelcon, eſt dictionis aut ſyllabæ nihil ad ſenſum facientis adiectio: vt, Adeſdũ, paucis te volo. Dum, Parelcon, eſt ſyllabæ adiectio. Dicitur à παρέλκω, id eſt, produco.

Euphonia.

Ob pulchram vocem quid factum, Euphónia fertur.

Euphonia, eſt mutatio quædã venuſtioris gratia ſoni: vt Redeo, pro reeo: ab εὖ i. bene, & φωνὴ, vox, quaſi bona vox.

Apoſtrophe.

Verſus ad abſéntem, dicêtur Apóſtropha, ſermo.

Apostrophe, est ad absentem sermonis conuersio : vt, Te nunc appello Aphricane, &c. ab ὑποστρέφω, id est, auerto.

Alloeotheta.

Dic Alloeóthetam contra artem quid variâtum.

Alloeotheta, est accidentium contra artem mutatio : vt, Pars in frusta secant, &c. Continet enim sub se Antiptosin, Synthesin, & plures alias figuras. Et interpretatur aliter posita, ab ἄλλοιος, id est, alius, & varius, & θέτον, id est, positum, θέσις, positio.

FINIS.

PARISIIS,

Excudebat Carolus Rogerius; Anno Dom. M. D. LXXX. Mense Febr.



colorchecker CLASSIC

calibrite